Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Defendit, vestrâ ꝑ libertate nec ullam
Invidiam extimuit, juris patronꝰ et æq.
Hæc igitur de Sleidani historiâ habuimus
q̃ referremus. Ex qbus illud solùm ꝑspici
volumꝰ, fuisse eum non doctrinâ modò,
sed usu rerum etiam ita eximium,
ut, quem in gratiam juventutis la-
borem conficiendum istis in libris
suscepit, eum ꝑstare quoq; et ma-
ximâ cum legentium utilitate
ꝑstare potuerit. &c:

Ex τοῦ ὁλεγομένοις Doct.
Joannis Pappi in Sleidani
libellū de 4. summis
Imperiis.

Digitized by Google

Imperiis libros, quos tamquam
κυκνεῖον ἄσμα eodem quo obiit
anno edidit, et Philippi Cominaei
historiae ex Gallicis Latinae factae:
et Frossardi Gallici item scripto-
ris Latina epitome: tum orationes
quaedam de statu publico Germaniae:
epigrammata quoque, quorum tamen
pauca videre nobis contigit, cùm
edita aliquot alii testentur.
In Jacobi sanè Sturmii obitum
patroni et Maecenatis sui pauca
haec, sed quae de facultate ipsius
in condendis versibus abundè
testentur, scripta reliquit.

Extincto jam Sole, Deum Argentina precare
Fluctibus in mediis densâ et caligine mentis,
Ut regat, et tutâ navim statione reponat.
Urbes quin et Imperii, lugete ruinam
Illius, ingenio quae vos, et divite linguâ
Consilioque potens crebris conventibus actis

reminisci posset. Idem olim Messalae Corvino Oratori summo accidisse memoriae proditum est, sic ut et nominis ipse obliviscaretur: et Hermogeni Tarsensi clarissimo rhetori, in quem haud inscitè Antiochus Sophista eam ob causam sic lusit: Ἑρμογένης ἐν παισὶ μὲν γέρων, ἐν δὲ γέρουσι παῖς: Hermogenes inter pueros quidem senex (valdè enim juvenis Oratoriam profiteri coeperat) inter senes verò puer (propter amissam memoriam) Nec dissimile de Georgio Trapezuntio, qui avorum fermè nostrorum memoriâ vixit, Jovius in elogiis virorum doctorum prodidit.

Extant autem praeter commentarios de statu Reipub. et religionis Carolo V. Caesare, et hos de quatuor summis

priorem verò Tridentinam, cùm
partâ p Carolum Quintum Imp.
victoriâ, q à nostris stabant partib⁹
ad Conciliabulum illud evocarentur.
Cui quidem in legõe, q ejus et fides
et prudentia fuerit, lib. 23. eorum de
Concilio commentariorum potest intelligi.
Cui in legatione Ecclesiæ hujus mi-
nistros, Doctorem Joannem Marba-
chium, et Christophorum Scliun
licet non comites (prior enim
ipse profectus erat) rerum tamen
gerendarum socios habuit. Tandem
anno 56. quo et libros de sumis
impiis scripsit, postremâ Novembris
hanc vitâ discessit: cùm quidem
raro inter eruditos exemplo vis
morbi memoriam ei adeò labe-
factâsset, ut ne trium quidem fi-
liarum, quas primâ adhuc ætate
orbas relinquebat, vel admonitus

leguntur. Eâ verò in historiâ conte-
cendâ Protestantes initio status, et
postea illo fœdere soluto Respub.
nostra, procurante maximè Jacobo
Sturmio, nunquam satis laudato Prae-
torii ordinis viro, et stipendium
et acta quæ vocari solent, suppe-
ditârunt: ut, quod Terentio olim
in scribendis comœdiis Latinis ille
fuit, huic nostro abundè præstiterit
Jacobus Sturmius. Neq; verò in
scribendâ tantùm historiâ ab eo
tempore occupatus fuit: sed necessariis
Reipub. hujus temporibus legationes
quoq; obivit: et duas præcipuè: unam
Gallicanam, quando Henricus II.
Galliæ Rex in has oras, et sub ipsa
conspectum urbis cum exercitu &
festus, à Respub. hæc postulabat, ut
rebus necessariis exercitui subveniretur.

Galliarum Rege, summo et literarum et literatorum patrono usus esset, et ad Conventus Imperii Haganoënsem, anno 1540. et mox sequente anno Ratisbonēsem, cum Regis illius legatis venisset. Hac autem in Urbe cum eodem illo anno habitare coepisset, quadriennio post Protestantium, ut tunc appellabantur, Statuum nomine, unâ cum Ludovico à Bambach Hassico Consiliario Legatus in Angliam missus fuit: qdm eodem tempore eorundem Principum nomine ad Regem Galliarum Legationem obierunt Christophorus à Venningen Wirtenbergicus Consiliarius, Joannes Sturmius, et Joannes Bumo Nidepontanus Medicus, q illo etiam in itinere filiam ei suam despondit. Ex Legatione illâ reversus totum sese ad sui temporis historiā composuit: cujus comentariorum libri 26. etiamnum extant, et cupidissimè

VITA SLEIDANI.

Joannes Sleidanus Anno Domini 1508. Sleidæ non inclebri Comitum à Manderscheidt oppido natus, cùm eadem Sleida anno uno antè, septimo videlicet Cal. Octob. Joannem etiam Sturmium, Argentoratēsis Scholæ fundatorem et parentem nascentē cepisset: cum quo illi postea p omnem vitam constantissima fuit amicitia. Ac Sleidanus quidem post literarum rudimēta in patriâ et Leodii deposita, Coloniæ primùm, mox invitante Sturmio Lovanii. Deinde in Galliâ Parisiis atq; Aurelius optimarum artium et juris utriusq; studiis operam dedit. Et quamquam humanioribus literis magis quàm jurecon-sultorum disputationibus delectaretur: Aurelius tamen juris utriusq; Licētiam, ut nunc loquimur, eo ferè tempore accepit, quo ad constituendam hanc Scholam Sturmius è Galliâ fuit evocatus. Neq; tamen multò post ipse etiam Sleidanus rerum suarum domicilium hac in urbe collocavit, cùm primùm stipendio à Frāciſco I.

Veteres auctores neotericis praferendi 23
num anima conuiuii 414
lna 497
i literati cur plerumq; pauperes 321
Virgilio in Æneide quid propositũ 361
Virgines eruditæ 445
Visum Taubmanni ante obitum 513
Vitæ mediocritas 136
Vitæ genus mature eligendum 150
Vita scholastica misera 255. *eiusdem dignitas* ibid.
Vitæ vehicula 30
Vocabula ethnica in carmine Christiano non adhibenda 257
Vocabulorum discussio 152
Voluptas vera quæ 30
Vtenhouiorum familia 443
Vtilitas vetustorum numismatum 313
Vuæ Apianæ 348

W.

Werteri nobiles Thuringi 254
Wessel tẽtationes in morbo supremo 23
Wettera 266.416
Wigandus Orthius 265
Wolfiorum familia 30[illegible]
Wonsesium 509

X.

Xenophontis scripta 380
Xylandri ratio libros conscribendi 290. *item Ringelbergii* 8[illegible]

Z.

Zachariæ Vrsini commentarii 414
Zoroastres 468

FINIS.

Errata sic emendentur.

Principio id notandum vbiq; fere in marginalibus annos emortuales notatos esse vel O Latino, vel o magno Græcorum, cum Θ ponendum fuerit. p.5.linea 17.lege Ptolemæi, & sic vbiq;:ibid.l.vlt.feritatem. 6.l. 8. interpone nec.16.35.quem.17.28.λείπεται.18.21.lege. ξένον δὲ σιγᾷν κρῆττον, ἢ κεκραγέναι. 28.l.substitit.32.in marg. ἀνέκδοτοι.37.12.excusane:ib.40.aliquanto. 38.l. 26, dele in 42.23.lege. ἀγεὶ δὲ ἐσ φῶς τὴν ἀλήθειαν χρόνος. 44. 12.λύει 46.32.cuperent.47.1.ibi 57.30.Patri.58.11.chorauli. 60. 3. opusculum. 61. 11. γας ρὸς μὲν. ib.l.22.pro optionis l.optimis.66.10. πνέει. 74 18.adde edita 91. 5.locorum. 94.58.iam.95.8.**liever**.ib.l.27.facie 37.quacunque.102.22. epopæiam. 103.l. 30.octauo.108.10.quereretur.114.31.ferre.116 22.cum. 118. 17. πολυπλαγειτοσύνῃσι 119.16.narrandum.125 43.fuit.130 35.filii.135.29.ἐνεργετῆν.143. 8. feret.144.l 5.Academicam.167.l.28. inquisiuisset.173.l.12.ὁμοτραπέξους.176.18. ποττὰν & χάρις.179.4.post libros adde decem 201.7.epiphori.ibid.l.10.πάθη ὑποχονδριακά.203.4.nomen.204 4 ea.217.l 28. visendum.219.l.2.capessere. 239.41.immitti.244.22.testimoniis.247.8.sonum.263 vlt. Norici.264.vlt. βεωβελεῖς.287.13.erat.292.19.κλιμακτὴρ.299. 23 post tentatus adde hilari tamen,&c.308.25.παισὶ.313.10.innumeris ib 36. natura. 314.l.7.ἀξιοπίστοις.316. vlt.enixa.324.l.13.adde post occupatur vt ibid l,20. post proponuntur adde schemata.325.18.prodit.327.29.Christi.333.12.dele quoq;.350.37.conferret. 355.41.octuagesimi septimi.370.9.**Siebenbrun**.388.13.reliquæ.414.17.suppeditatum.422.6.αὐτοχεδίως.

Bayerische Staatsbibliothek München

Psalmi Dauidis carmine redditi 111. 498. *rythmis Germanicis* 448
Psalterium Nebiense quinq; lingue 123
Putschiorum familia 457

Q.

Quadratura circuli 521
Qualis natura tale opus 67
Quatuor consiliariorum scopuli 331
Quæstiones in scholis olim agitatæ 186
Quæstores scholastici eorumq; officiũ 174
Quintilianus 390

R.

Rainaldus Polus 54
Requisita in professore 376
Regiomontani stipendium 8. *mors violenta* 11
Resendius poeta 124
Rhenacum patria Rhenani 132
Richardus Crocus
Ringelbergii ratio conscribendi libros 82 *idem parcus somni* 84
Ritus depositionis in Academiis Germaniæ 460

S.

Sabini vnde nomen 224
Sacrificulorum inepta carmina Ecclesiastica 152
Sanguis Christi Mantuæ adseruatus 76
Scalichius Comes 376
Scaligerorum familia Illustris 217. *Scaligeri Iosephi epistola* 462
Schola Monasteriensis 36
Scholarum trivialium officium 169
Schola Rhodia & Massiliensis 171
Scribendi studium commendatum 126
Sigfridus à Promnitz L. B. 355
Sleida oppidum 342. 176
Smalcaldia 234
Sobrietatis exemplum 252
Sol an nunc propior terræ 128
Solitaria 206
Sorabi 395
Strigilis Grammatica 366
Studium pars & concordiæ 346
SWenckfeldii dogmata 194
Symbolum Lotichii 222. *Beutheri* 340. *Vtenhouii* 445

T.

Tabulæ Bergenses 302. *resolutæ Astronomicæ* 131. *directionũ Regiomontani* 9
Theatrum Ortelii 430
Theodorus Snepfius 360
Teichismatica Dureri 70
Themistoclis responsum 447
Thomas Munsterus 155
Temperantiæ 238. 50. 51. 222
Terræ sanctæ descriptio 393
Thebanus, Troianus, an species hominis 157
Theologiæ studium 50
Theophrastus Paracelsus 243
Testamentũ Capnionis 44. *Erasmi* 95
Thomas Phædra Comadus 91
Thomas Stangius Ilfeldiæ vltimus abbas 395
Tilmannus Mullius 148
Tractatus de imitatione Ciceroniana 404
Tres artes salutares rebus humanis 255
Tres sancti labores vnius matris 193
Tria ingeniorum genera 31
Triplex nobilitatis genus 444
Turcæ Christianis suos libros inuident 124
Tutorum infidelium exemplum 87
Typographiæ primi auctores 1. *eius progressus, & vsus ibid.* 23 *seqq.*

V.

Vahinga 373
Valetudinis cura 277
Vapores quam alte supra terram vehãtur 10
Venetia 217
Verecundia 222
Veringa oppidum 118
Veritatis studium 265
Veritas tandem triumphat 42
Vesicæ grauis morbus 378
Vestitus 222

Veteres

Mons regius oppidum 145
Morborum causa 415
Mors eruditorũ semper immatura 291. *an optanda* 307. *quæ dulcissima* 31
morientes non turbandi 415
Moscua metropolis Moscoviæ 498
Mustela pingue prouerb. 268

N.

Narbo vrbs Galliæ 215
Naturæ consideratio inuitat ad pietatem 11
Naucleri historia 186
Necessaria discenda 388
Nicolaus Dobinus 412
Nicolaus Episcopus 65
Nicolaus Grudius 103
Nicolaus Storch 155
Nihil altum fit, nisi prius humile 384
Nomina sæpe sunt omina 1
Noribergenses Philomathematici 10
Nouum Testamentũ Græce ab Erasmo editũ turbas dedit 93. *Hebraicũ* 300
Numismata antiqua historiæ fax & fundamentum 310
Nummi historiis præferendi 311. *eorum multi deperditi & cur* 311

O.

Oeconomus scholasticus 173
Officia Ciceronis primũ excusa 2
Olor auditus canere 446. 459
Onomasticum Latinum 38. *Hebræum* 41
Opmeerorum familia 405
Oporini nomen vnde 242. *eius officina celebris* 245
Opus commendat artificem 67
Opus reuolutionum Copernici 128
Opus genethliacum Schoneri 131
Oraculum Xenoni datum 387
Oratio de laudibus vitæ rusticæ à Frischlino habita 262
Oratio de laudibus ordinis equestris 363
Ordo in studiis obseruandus 224. 280. *à Beuthero qualis obseruatus* 337. *Orzalia gens* 429
Otho Henricus Elect. Palat. 353

P.

Pabiperga 258
Palæologi inepti 512
Pallas Spangel 185
Panacea Anwaldina 378
Parsimoniæ studendum 414
Patauium 217
Patientia 198
Patria nobilis non facit nobilem 302
Patricii vnde dicti 419
Paulus Bombasius 90
Pausen 67
Pecuniæ contemtus 84
Peregrinationis vtilitas 330. 385
Peregrinatio periculosa 48. *exempla* 212. *literaria* 430
Petrus Bembus 49
Petrus Scotus 122
Petrus Vincentius 326. 355. 386
Philippus Elect. Palat. historiarum amans 16
Philippus Decius 46
Philosophia ex fontibus petenda 130. *an Theologo vtilis* 517
Phormium vnde dictum 37
Pictura poetice vocalis 67
Plato de quibus lætatus 385
Plinius de Iseo Rhetore 452
Poeseos studium sterile 319 321. *Poetica quid* 31
Poetarum genus bibax 238
Poetas in scholis prælegere religio 149
Pœna ob carnium esum Germanis imposita 214
Polychetus 390
Porta cæli schola cur dicta 419
Primus Germaniæ poeta 30. 35
Princeps indoctus cui similis 31
Principi prohibitũ discere literas Latinas 28
Præsagium Wesseli de mutatione religionis 24. *de Celte* 29. *Apiani de suo obitu* 353
Prouidentiam quis negarit 428

Psalmi

Insignia Camerariorum 266. *Frischlini* 365. *Eobani* 114. *Petri Apiani* 348
Institutio adolescentiæ difficilis 153. 155
Interim liber siue sphinx Augustana 195
Ioan. B. & Paulus Henzelii 161
Ioan. Bellinus pictor 68
Ioan. Bucerus 411
Ioan. Draconites 329. *Dalburgius* 19
Ioan. Cusanus 58
Ioan. Cono 92. 135
Ioan. Guinter 295
Ioan. Geiler 136
Ioan. Hagius 209
Ioan. Hildebrand 185
Ioan. Membardus 410
Ioan Paludanus 295
Ioan. Pedioneus 207
Ioan. Posthius 220
Ioan. Sinapius 163
Ioan. Stabius 71
Ioan. Tezelius 259
Ioan. Vngarus præceptor Melanch. 185
Iodocus Stigerus 358
Ioci ac sales Mercurii 221
Ioseph. Scaliger. & Ultimus 217
Isagoge lingua Arabica 519
Itali contemnunt Germanos 37. *inuident iisdem eruditionem* 97
Italia caute peragenda 217. 218
Iudicium Crantzii de causa Lutheri 34
Iudicium scholasticum & eius forma 174
Iulius Pflug 61
Iustinga 62
Iusti sæpe calumniis oppressi 42

K.

Καλλιγραφία *& eius studium* 15. 38. 82

L.

Labores in scholis triuialibus 414
Latinorum & Græcorum discrimẽ 31
Laudani Theophrasti ope Oporinus seruatus 243
Laurentius Surius 28
Lazarus Swendius Xenophontizat 379
Lenitas Melanchth. 189
Leo X. P P. 56. 91
Liberalitas 199. 96
Libri principibus inscribendi 159. *librorum Sanctio* 501
Lingua & idiomata Varia 283
Lis de quatuor Monarchiis 497
Loci communes Philippi 197
Logi poetices iactantia 115
Louanium Academia celebre 14
Lucas Bomphius 225
Lucubratio Canteri 276
Ludimagistri dignitas 206
Ludouici Comminæi commẽtarii 177
Ludouicus Stella 84
Lusus latrunculorum 111

M.

Manuscripta quomodo dignoscenda 281
Marcus Laurinus 311. 315. 297
Magnatum liberos erudire magnum 409
manet immutabile fatum 305
Martinus Mollerus 391
Mathematici Veteres 127
Mathematum præstantia 141
Matthæus Phrisemius ob eruditionem fert repulsam 150
Materia colloquiorum in conuiuiis quæ 414. *Maximilianus I. Cæsar* 237. 26
Melanchthonis temperamentum 220
Melchior Zobel Episcopus nefarie occisus 219
Memoriæ singularis exemplum 339. 146
Mercurialis Virga quid signet 366
metaphoratum studium 61
Michael Humelberger 135
Micylli nomen Vnde 180
Monachi definitio 125
Monachi cur Erasmo infesti 98. *quorundam Vita* 88

Funestus Lotichii casus 218

G.

Gabriel Fallopius 332
Gandauum 443
Germania Graca lingua studiosa 387
Georg. Princeps Lignic. & Brigensis 434
Georg. Princeps Anhaldinus 195
Georg. Heltus 107
Georg. Helmericus 170
Georgii Othomanni laus 325
Georg. Simlerus 185.187
Georg. Sturciades 259
Goldberga oppidum 433
Goltzius ciuitate Romana donatur 315. *Herbipolita cur dictus* 309. *antiquitatis indagator* 312
Gorlicium 325
Grammatica Arabica 425. *Hebraa* 41
Grammatici veteres Latini 462
Graca lingua studium, 7. 47. *ignorantia* 26
Graca lingua infamia notata 149. *eius praestantia* 370
Graecorum librorum penuria 259
Gregorius Tifernas 38
Grynai periculum in Vngaria & Spira 119. *adest Erasmo morienti* 191
Guilielmi Stuckii cum Glareano colloquium 238
Gymnasium Argentinense 343. *Goldbergense* 172. *Noribergense* 131. *Neostadianum* 413. *Gorlicense* 326. *Brigense* 434. *Seruestanum* 506

H.

Heidelberga vnde dicta 450
Hebraicam linguam quanti docuerit Iudaus Capnionem 41
Hebrea lingua studium 39.18.130.345
Heluetia descriptio 238
Henricus Ranzouius 420
Herbarum historia Longolii 48
Hercules Estensis 15
Hermannus Archiepiscopus Colon. 195
Hermannus Tulichius 309
Hermogenes 389
Hermolaus Barbarus 97
Heroidum epistola Eobani 107
Hieronymi opera 92
Hieronymus Aleander 225
Hieronymus Fracastorius 354
Hieronymus Wildeberg 170
Historia patria 122. *historia quomodo legenda* 339 *historia vetusta ex nummis certius, quam ex libris petuntur* 310. *historia laus* 178. *Vtilitas* 241
Historia Turcica 380
Historico quid praestandum 73
Homeri Ilias versa 111.
Homerus Conimbrica quomodo explicatus 124
Homines scarabeis similes qui 279
Honor Longolio habitus 51. 52. *Erasmo* 97. *Frischlino* 365. *Sabino* 231. *Sturmio* 344. *Petro Apiano* 348. *Melisso* 447
Honos non virtuti sed vesti habitus 80. 183. *honoris contemtus* 341
Horologium Argentinense 442
Hypotheses Copernici 128. *Ptolemai quales* 128

I.

Iacobus Battus 89
Iacobus Horlaus 106
Iacobus Latomus 123
Iacob. Sadoletus 55
Iacobus Scheckius 360
Iatromathematica Trismegisti 303
Ilfeldensis schola 395
Indoles puerilis 272. *statim se prodit* 325.437.446
Inepti Ciceroniani 318
Ingenia bona in perpetuo sunt motu 461
Ingenii bona excolenda 6
Ingenia plantis similia 134
Ingenium praecox 273. 61. 101.358
Ingenium tardius 383
Inscriptio adium Sabini 228. *musei Oporini* 245

Dialectica prima Melanch. 191. *Dialogismus Valteii* 271. *disciplina mensalis stipendii Tubing.* 377. *scholastica difficilis* 377. *in schola Trocedorffii* 173. *Ludouici* 390. *Disputatio Lutheri cũ Eccio* 189. *Tubingana* 362. *Dissidium inter Aristotelicos & Rameos* 496. *Docere alios signum scientiæ* 146. *Doctrina triangulorum* 294. *Duo in munere scholastico requiruntur* 386. Δυσωπία 341

E.

EBrietatis noxa 80
E dictum Cæsaris contra libros Iudæorum 43. *eloquẽtia quibus modis paretur* 208 *Entius fluuius* 37. 373. *Eobani cum Homero comparatio* 105. *rex vnde appellatus* 116. *ephemerides Regiomontani quanti primum venditæ* 9. *Stofleri* 74 *Carionis* 104. *ephemeris historica Rentheri* 331. *ephori* 173. *Epicharmi epitaphium* 440
Epitaphium Longolii 57. *Agricolæ* 20
Mosellani 63. *Wesseli* 23
Frobenii 65. *Crantzii* 34
Dureri 70
Stofleri 74
Auentini 78
Gotleni 81
Erasmi 100
Iani Secundi 103 *Lipsii* 4
Eobani 117
Grynæi 120
Gemuseæi 130
Schoneri 132
Apiani 142
Munsteri 145
Marcelli 147
Betuleii 162
Olympiæ 167
Nannii 179
Micylli 181
Macropedii 182
Melanchth. 204
Volmarii 234
Stigelii 236
Glareani 239
Oporini 246
Fabricii 258
Canteri 288
Hartungi 301
Stadii 303
Wolfii 308
Lossii 309
Rudingeri 372
Pithopæi 415
Sylburgii 418
Ortelii 432
Georgii Hôufnagelii 430
Circleri 436
Vtenhouii 444. 446
Witekindi 455
Bochii 499. *Caselii* 518.
epitome historiæ ab Agricola contexta 16 *item à Capnione* 40. *Eruditio affert laudem* 220. *Erasm. Neusteter* 426
Ethica Arist. in tẽplo explicata 186. *exemplũ cãdoris* 64. 220. 405. 434. *exemplum diligentiæ* 13. 18. 59. 83. 141. 501. *exemplorum vsus* 339. *exercitationes oratoriæ* 389. *exteris carnium esus indultus in Gallia* 213

F.

FAber Constantiensis 119
Fabricii Roma 254
fabula Æsopi 127. *facilior olim, quam hodie ad eruditionem via* 283. *familia Hemmingana* 322. *fasti Christiani* 111. *Romani* 302
Ferdinandi Cæsaris de Melanch. iudicium 205. *felices qui* 31
feminæ masculum facinus 370
fons Eobani 117. *fortitudo philosophica* 221. *fortuna animo respondet* 304
forum scholast. cum 389. *Francorum laus* 328. *item* 452. *Friderici Elect. Sax. ad Melanch. epistola* 188. *Frischlini ratio docendi* 361. *eius casus* 364.
Frobenii officina 64. 65. *frustra seruat Euangelium, qui non seruat canones synodorum, quomodo intelligendũ* 17

Franc. doct. 453.

Astronomicum Cæsareum 142.348
Ate Herculi infesta 291
Auentinus vnde 75
Augustinus Marloratus 252
Aulæ Palatinæ laus 40
Aulicum sodalitium ad potandum inuitat Eobanum 113
Aureì seculi imago 431
Auris Batauæ prouerbium 101
ἀυτάρκεια 198
Axioma Eccio obiectum 195

B.

Balinga oppidum 356
Baptista Pius antiquarius ineptus 90
Barbaries defensa 36
Bauariæ descriptio 351
Bellum rusticum 260
Beneficentiæ exemplum 345
Berna Heluetiorum 232
Belgarum poeta princeps 102
Bellum Flacciauum 195
Bessarion 47
Beza Volmarii discipulus 232
Bibliorum lectio diligens 513
Biblia Hebræa à Munstero translata 144. *Capnioni à Cæsare donata* 39
Bibliotheca Fuldensis 427
Bibliothecæ & librorum studium 280
Bohuslaus Hassenstein 25
Bononiensis Academia 217
Brandeburgum oppidum 223
Britannorum eruditio 54.90
Bruschii nomen vnde 183

C.

Cæsares Germanici à quo descripti 224
Camerarii amicitia cum Melancht. 114 *iudicium de Lotichio* 210. *cognomen* 258
Campegii cum Melancht. 192
Candoris exemplum 221
Canonici vnde *dicti* 34
Casus Vulteii 271
Caspar Bornerus 58
Caroli V. animi magnitudo 349. *mathematum studiosus* 142. 349. *in castris literarum studia colit* 349
Carolopolis 328
Carolus Clusius 214
Causæ difficultatis in calculo Astrō. 127
Causæ cur minus à morte abhorrēdum 202
Cautio in literis 265
Certamē memoriæ 339. *potatoriū* 113. *inter Frobeniū & Erasmū* 64 *poeticū* 231
Chamæleon herba ad quid prosit 201
Chinēses typograph. & bombard. vsum *habent* 3
Christianum nasci magnum 509
Chronica Aquilonarium regnorum 33. *Carionis* 104 *Naucleri* 28. *Chronologia Mercatoris* 394. *Sethi Calusii* 463. *Cicero solus imitandus* 50. 208
Comœdia cum Comite Palatino 460
Collegium trilingue Buslidianū 80.97
Colloquium Capnionis cum Argyropylo Romæ 41. *Rhetici cum Copernico* 117. *cum Schwenckfeldianis* 171. *Maulbrunnense* 289. *cū Anabaptistis* 290. *Wormatiense* 119. *Dureri* 260. *comitatūs locus & magnitudo* 10 *Comitia Augustana* 261. *Viennensia* 73 *commētarii Sleidani* 179. *Caroloueici de iis iudicium* 178. *compendiorum vsus* 5. *cōpitus Gratorū* 521 *Conrad. Mutianus Ruffus* 107.115.145 *Consilii dandi modus ab Arist. præscriptus* 331. *coniugium an* vitandū 307 *Conuentus Augustan.* 192. *Ratisbonensis* 194 *Spirensis* 191. *Smalcald.* 194. *Torgensis Cornelii Valerii dexteritas in docendo* 273. *corporis exercitia curæ leues loquuntur, ingentes stupent* 263. *curiositas* 391
Cynthius fluuius 208

D.

Daniel Stibarus Mæcenas eruditorum 211.218
Danubii descriptio 8
Dantiscanus Præsul Varmiensis 231
Declamandi consuetudo 49.389
Depositio Academica 460. *Dialecti-*

INDEX RERVM ET VOCVM obseruatu dignarum, quæ hoc in volumine occurrunt.

A.

ABdia historia 241
Abusus doctrina Euangelica 158
Academici honores à quo non expetiti 143
Adagia Erasmi 81. 91. Clenardi 125
Adrianus Marius 103
Adriani Turnebi de Vtenhouio iudicium 444
Æthiops Rhetorica Professor 126
Agon Mathematicus 302
Agricolæ de Erasmo præsagium 12. 87
Agricola amans peregrinationum 16. quibus auctoribus delectatus ib. quid in Theologicis desiderarit 18. eius mores ib. morbus & mors 19. elogia 20. 21. eius ad Langium exhortatio 36
Alardus Amstelrodam. Agricolæ opera edit 121
Albertus Turcus 225
Alexander Iacobi Scot. regu filius 91
Alexander Hegius & Rodolph. Lang. primi literarum instauratores ex Vvestphalis 13
Almagestum Ptolomæi quanti æstimatum 9
Amici menstruani 31
Amicitia scholastica optima 118
Amores poetarum quid 122
Amphiarai elogium 370
Anacharsis 386
Andreas Grundlerus 165
Andreas Montagna 69
Annales Bauariæ 76
Annaberga oppidum 503
Ancilla non ducenda cui 415
Antiquitatis studium 310. 352. 431
Antverpiæ elogium 81. 430
Annus Septuagesimus tertius senibus grauis 451
Apianus Vnde dictus 141. 347
Apophthegmata Conradi Celtis 30. Aduentini 78
Apotheosis Capnionis 45
Arabica Grammatica 125
Ardor discendi in Sabino 223
Ars poetifica 461
Aristarchi Samii paradoxum 128
Aristophanis comœdiæ 296
Aristotelis de ortu animæ hominis sententia 17
Artes ab aliis ad alios propagatæ 7
Artifices de artibus iudicent 321
Artu pingendi præcepta 69
Astrologia 131. refutatur 323
Astrologicæ prædictiones 302
Astronomia quid 323. 324

Constantinus Porphyrogeneta de Thematibus Orientalib. Græce ac Latine, cum Notis.

Agathias Græce ac Latine cum Notis.

Nilus Archiepiscopus Thessalonicensis, de primatu Pontificis Romani, & de purgatorio Græce ac Latine.

Iornandes de rebus Geticis, cum Notis.

De lingua *Getica siue Gothica* Commentarius, cum characteribus ei linguæ proprijs.

Glossaria Latino Græca, & Græco Latina, cum Notis.

Apuleii opera omnia, post *Colsianam* editionem innumeris locis correcta.

Aristoteles de Mundo, Græce ac Latine, cum Apuleij & aliorum versionibus, accurate collatus, & innumeris locis castigatus. Cui adiecit *Gregorii Cypriu Archiepiscopi Constantinopolitani* Encomium maris.

Nondum edita autem adseruantur hæc:

Arianorum. *Tatiani Harmonia quatuor Euangeliorum*, cum interpretatione verbali, lingua Getica.

Poemata Græca & Latina, ac versa è Græcis Latine, & è Latinis Græce.

Prouerbia Gnomica ex Hispanica lingua Latinis trimetris & dimetris ad imitationem Mimi Publiani versa.

Odæ tres Anacreontica Græcæ in Natalem Domini.

Emanuelis Chrysoloræ tractatus de comparatione veteris & nouæ Romæ, Græce & Latine.

Ex Academia Lugdunensi.

FINIS.

INDEX

Germaniam abijt: vbi primum *Colonia* commoratus, *Cyrilli librum aduersus Anthropomorphitas*, antea non editum, vertit, & Latine edidit; cui adiecit primum eiusdem Autoris librum *De adoratione in spiritu & veritate*, abs se versum: qui antea solus & perperam versus in operibus Cyrilli legebatur. *Abit in Germaniam.*

Inde *Basileam* profectus, & ope *Ioannis Baptistæ Heintzelii*, duumviri Augustani, vetustissimum exemplar in membrana exaratum nactus, in quo erant *Cyrilli Dialogi* & *Homiliæ*, & alia; antea perperam admodum ab interprete habiti; eos de integro vertit. Ibidem etiam *Isidori libros Originum* vna cum *Martiano Capella* ab innumeris mendis ope MS. Codicum, & ex coniectura emendauit. *Basileam venit.* *Vbi quædam vertit & edit.*

Inde *Genevam* progressus, *Arriani Historiam de rebus gestis Alexandri*, turpissime ab interprete versam, ope MS. exemplaris infinitis locis correxit, & noua interpretatione donauit. Vnde Basileam reuersus, cum etiam de matris obitu nuntium accepisset, & iam res Belgicas in meliore paulo statu esse cognosceret; peregrinandi satur domum redijt. Et cum in Frisiam cum Legatis Ordinum Belgicorum proficisceretur, ac *Leida* iter faceret, à Curatoribus Academiæ Professor linguæ Græcæ designatus, anno millesimo quingentesimo septuagesimo octauo; triennio demum post Leidam venit, & Professionem susscepit. Ab eo tempore assidue tam publice docendo, quam scribendo, per annos *triginta duos*, de re literaria optime meritus est *Redit domum.* *Designatur Professor Lugduni.*

Inde rude donatus est, cumque varijs ætatis ingraescentis incommodis conflictatus: id quod ipse hoc epigrammate testatur: *Sentit senectam grauiorem.*

Ter denos docui Leidæ binosque per annos
Cattigenum pubem Gratiugenum ore loqui.
Nunc manibus, pedibusque, oculisque, atq; auribus ægro,
Et senio languens lampada trado alijs.

Tandem anno CHRISTI millesimo sexcentesimo decimo quarto die ... mensis ..... annum ætatis ingressus septuagesimum septimum, in viuis esse desijt. Edita sunt ab ipso hæc: *Obijt.*

Cyrilli Alexandrini Patriarchæ liber aduersus Anthropomorphitas, Græce & Latine: cui adiunctus est eiusdem *Cyrilli liber, quod Christus sit vnus.* *Scripta.*

Eiusdem *Cyrilli de Adoratione in spiritu & veritate* libri septendecim, quos ille primus vertit.

Arrianus de rebus gestis Alexandri Magni Græce & Latine.

Callimachi Hymni & Epigrammata, cum Moschi, ac Bionis Idyllijs, totidem versibus Latine ab eo reddita, & scholijs illustrata.

Constan-

P. Vulcan. nij. Patrem habuit *Petrum Vulcanium*, qui ob insignem eruditionem, pari cum eloquentia coniunctam, magno illi Erasmo charus inprimis atque acceptus fuit, vt Epistolæ eius testantur. Ab hoc optimis præceptoribus traditus, annos circiter sedecim natus, tantos in vtraque lingua & humanioribus literis progressus fecerat; vt æqualium suorum nulli cederet.

Bonau. Vulc. mittitur Louanium. Mox *Louanium* eum ablegauit; vbi cum per biennium egisset, dubitante patre, Iurisne an Medicinæ studio filium addiceret, opportune admodum accidit; vt eo ipso tempore quæreretur iuuenis aliquis Græce & Latine doctus, qui illustrissimo *Francisco à Mendoza*, Cardinali & Episcopo Burgensi, à studijs esset. Cuius rei is negotium dederat *Ioanni Paccio*, Historico Regio, qui tum temporis Louanij agebat. Ac pater commodam hanc occasionem visendæ Hispaniæ, & simul linguæ addiscendæ, non negligendam esse ratus, non grauate eum Paccij eiusdem fidei commisit, qui in Hispaniam duceret, & Cardinali sisteret, commendaretque. Is ergo anno millesimo quingentesimo quinquagesimo nono per Galliam in Hispaniam abductum, Burgis Cardinali tradidit; qui peramanter exceptum in familiam suam asciuit, & stipendium honorificum assignauit.

Inde in Hisp.

Vbi agit in familia Mendoza Card.

Cum autem is tum temporis totus esset in scribendo libro: *De naturali nostra per dignam Eucharistiæ sumptionem cum Christo vnione*, eius opera statim in transcribendis, & Latine vertendis, multis Patrum Græcorum, *Cyrilli* maxime *Alexandrini*, & *Isidori Peluseotæ*, qui coætaneus illi fuit, aliorumque auctoritatibus antea non editis, fuit magnopere adiutus. Eiusdem auspicijs *Cyrilli libros septendecim*, *De adoratione in spiritu & veritate*; primus Latinos fecit.

Vertit Græca quadam.

N. Cabasilæ orationes. Præterea *Nicolai Cabasilæ Methonensis Episcopi Orationes septem*, *De vita in Christo*; antea neque Græce, neque Latine à quoquam editas, Latine vertit; qui liber postea inspiciendus Theologo cuidam datus, vna cum versione intercidit. Vsus est etiam Cardinalis eius opera ad Epistolas Latine primum, deinde etiam Hispanice scribendas. Bibliothecæ etiam suæ, quam Codicibus Græcis manuscriptis instructissimam habebat, eum præfecit.

Cum vero post obitum Cardinalis, frater eius, *Ferdinandus à Mendoza* Archidiaconus Toletanus, eum in familiam suam recepisset; mortuo etiam illo, à patre grauiter ægrotante, per literas ad *Ioachimum Hopperum* scriptas, domum reuocatus, cum post vndecim annorum absentiam, periculosissimo tempore, per Galliam redijsset, quanta potuisset festinatione, & patrem iam vita functum reperisset: ac miserum patriæ statum æquis oculis aspicere non posset; compositis ibi rebus suis, in

Domum reuocatur.

Germa-

cit iacturam ingentis Patroni. Anno octuagesimo septimo Nonis Ianuarij adlectus est Hagæ comitis in ordinem aduocatorum. *Hagæ aduocatorum numero adscribitur.*

Postea annos *decem* continuos vixit in *Gallia*, nulli bono inuisus, & gratus acceptusque primarijs regni viris, quorum nomina consecrata sunt æternitati. *Degit in Gallia.*

Anno nonagesimo primo renunciatus est causarum patronus in suprema curia Parlamenti, à Principe Senatus *Achille Harlæo*, cum cuius vnico filio *Christophoro*, quem Christianissimus rex *Henricus* Magnus honore legati ordinarij decorarat, profectus est in Angliam. Inde pertæsus desultoriam vitam fixit sedem *Lugduni Batauorum*, & conspirantibus suffragijs Curatorum Academiæ, Consulumque eius vrbis, designatus est Eloquentiæ professor anno sexcentesimo secundo, sexto Eid. Maias. Post obitum vero *Pauli Merulæ* cepit explicare *Cornelium Tacitum* Augustæ Historiæ principem. Docuit etiam coniunctim publice ius Romanum, ijsdem vltro literq; inuitantibus ad eam operam studiosæ iuuentuti impertiendam; nec ordine motus est, quasi nescius exercendi, sed honesta missione donatus, stipendij nullam partem imminutis, vt onere subleuaretur. *Designatur Lugdun. eloquentiæ professor.* *Docet & historica & iura.*

Anno millesimo sexcentesimo vndecimo ab illustrissimo potentissimorum ordinum consessu, specimen scribendæ Historiæ inunus pro parte iniunctum est. *Iussus scribere historiam.*

Anno decimo tertio sexcentesimi seculi mense Augusto febre correptus est, quæ delirio ac vigilijs continuis misere ipsum attriuit, donec omni robore exutus mortalitatem expleuit vicesimo secundo Augusti, circa horam pomeridianam tertiam. Edidit publico bono hæc: *Obitus.* *Scripta.*

De indiciis belli Belgici libros tres.

Poemata.

Monita ciuilis sapientiæ versibus iambicis.

Orationem ad studiosos Leidenses ob cædem commilitonis tumultuantes.

Orationem *in obitum Iosephi Iusti Scaligeri.*

Et alia nonnulla opuscula tum soluto, tum adstricto sermone.

Ex Academia Lugdunensi.

BONAVENTVRA VVLCANIVS. ⊙.1614.

NAtus est hic *Brugis* Flandrorum anno Christi trigesimo octauo, supra mille quingentos, die trigesimo mensis Iunij. Pa-

Eo ipso morbo durante de studijs nihil remisit; sed hinc inde bonos autores conquisiuit: & paulo ante mortem Hebraicum quendam, autore *Morech Nebuchim* ex Arabico translatum, qui Philosophicis fundamentis contra Ethnicos disputat, Hanouia à Iudæo sibi missum, amicis ostendit: & illius libri lectionem sibi iucundissimam fuisse affirmauit. Auicennam etiam ex Arabico in Latinam linguam transferre in animo habuit; sed mors & hoc, & alia eius opera affecta, interrupit.

Obitus. Morbo enim, quem indicauimus, adaucto placide in inuocatione Filij Dei Iesu Christi expirauit, anno decimo tertio, supra mille sexcentos, die decimosexto Iunij, hora octaua vespertina, cum annum undesexagesimum fere complesset: & per annos ferme triginta in Academia Haidelbergensi fideliter docuisset. Sepultus est honorifice ad D. Petri in Sacello Academiæ. *Ex programmate funebri & oratione M. Balthasaris Baumbachii, professoris Haidelbergensis.*

DOMINICVS BAVDIVS.

Natus 1613. die 22. Augusti, ætat. 53. inchoat.

NAtus est hic *Insulis* Flandrorum die sexto Eid. Aprileis, anno sexagesimo primo, supra sesquimillesimum. Pater ei fuit cognominis, mater *Maria Hyems*, par lectissimum coniugum, & inter rara fidei exempla numerandum. Tyrocinia studiorum egit *Aquisgrani*, quo pater cum familia profugerat ob sæuitiam Ducis Albani. Patrem ibidem amisit, quo anno inita est pacificatio Gandauensis.

Aquisgrani rudimenta discit.

Mittitur Lugdunum.

Paulo post eius obitum missus est *Lugdunum Batauorum*, vt illic pars fieret nascentis Academiæ. Ibi per octo menses commoratus redijt Gandauum, quo se mater, vsa beneficio pacis, receperat; inde profectus est *Geneuam*, vbi per sesquialterum annum Theologiæ sacris operatus est, & sæpius publice disputauit propositquę sub præsidio *Theodori Bezæ, Antonii Faii*, & *Lamberti Danæi*. Inde *Gandauum* reuersus anno octuagesimo tertio, sub eodem Danæo theses Theologicas asseruit coram frequenti hominum conuentu.

Inde Gandauum & Geneuam.

Dat ibi operam Theologiæ.

Lugduni etiam iurisprudentiæ.

Postea contulit se *Lugdunum Batauorum*, vbi cum per menses quindecim assiduam iuri operam nauasset, titulum Doctoris consecutus est, sub auspicio *Hugonis Donelli* pridie Nonas Iunias anno octuagesimo quinto. Sub finem eius mensis accessit numero comitum splendidissimæ legationis, quæ tunc ab illustrissimis ordinibus missa est ad reginam *Elizabetham*. Illic innotuit multis à fama vel dignitate claris, sed vni instar omnium maxime charus fuit *Philippo Sidneio*, cuius morte fecit ia-

Vbi Doctor iuris renunciatur.

In Angliam cum legatis abit.

Charus Sidneio.

tione teſtatur; ſe iſtum quadraginta annorum Computum pro omnibus Hebræis conſcripſiſſe: vt vbique terrarum obſeruetur: cum ex terra Iſraelis prodire debeat lex & temporum præſtitutio. Anno Chriſti nonageſimo quarto cum illuſtris *Ioſ. Scaliger*, vir diuini ingenij, Cyclometrica edidiſſet, & quadraturã circuli poſſibilem eſſe oſtendiſſet: Chriſtmanus contra libro, cui titulus: *Tractatio Geometrica de quadratura circuli*, nullo modo circulum quadrari poſſe demonſtrauit. *De quadratura circuli.*

Nec vero in Chronologicis & Geometricis controuerſijs tantum ſe exercuit: ſed obſeruationibus vel maximè deditus fuit, & quædam inſtrumenta Mathematica inuenit: vt ex *obſeruationibus* eius *ſolaribus* apparet, anno primo ſeculi ſexcenteſimi ſupra mille, Baſileæ excuſis: in quibus explicatur verus motus ſolis in Zodiaco, & vniuerſa doctrina Triangulorum ad rationes apparentium cœleſtium accommodatur. Decennio poſt, anno vndecimo ſupra mille ſexcentos, in lucem emiſit *Theoricam Lunæ*, ex nouis hypoteſibus & obſeruationibus demonſtratam; vt facilime verus locus Lunæ in Zodiaco ſecundum longitudinem & latitudinem, quolibet tempore, definiri poſſit. Præterea oſtendit viam breuiſſimam ac certiſſimam, qua tempus nouiluniorum & pleniluniorum inueſtigari queat; quod vnicum ſupputandarum Eclipſium eſt fundamentum. Eodem anno *Computum Græcorum de Paſchate* celebranda ab *Iſaaco Argyro* Monacho ante annos, ducentos & quadraginta, compoſitum, è M. S. Græcis Bibliothecæ Palatinæ deſcripſit; Latine vertit; in epitomen redegit; ſcholijs auxit; & in gratiam Chronologiæ ſtudioſorum typis Vogelinianis euulgauit. Paulo poſt ſub initium anni duodecimi, ſupra mille ſexcentos, *nodum Gordium* ex doctrina ſinuum explicauit: adiunxit etiam *appendicem obſeruationum*, quæ per radium artificioſum habitæ ſunt, circa *Saturnum*, *Iouem*, & lucidiores ſtellas fixas. *Obſeruationes ſolares.* *Computus Græcorum.*

Ad mores quod attinet, non diſceſſit ab ijs, quos vetuſtas tribuit accolis ſuperioribus Rheni, quos dixit, *apertos, frugi, hoſpitales*. Vno verbo dicam, vere Philoſophus fuit, & quidem Chriſtianus. A veritate enim agnita nulla mutatio, nec ſpes emolumenti, eum abſtrahere potuit. Natura ſolitudinem amabat: frequentiores interpellationes refugiebat. Ipſe domi ſcriptionibus & obſeruationibus intentus. Linguarum præter vernaculam fuit peritus nouem: *Arabica, Syriaca, Chaldaica, Hebraica, Græca, Latina, Gallica, Italica, Hiſpanica.* *Mores.* *Accolæ Rheni ſuperiores quales.* *πολύγλωττος & Chriſtianus.*

Ictero correptus ſemeſtre ferme ægrotauit; quem morbum licet indies ingraueſcere & augeri ſentiret, pedes inſuper paulatim intumeſcere animaduerteret: tanta tamen patientia tulit: vt domi philoſophari, non ægrotare videretur. *Morbus eius dem.*

Eo ip-

Redit Haidelbergam. Hebræa linguæ profeſſioni demandatur.

miniſtratore, illuſtriſſimo Principe *Iohanne Caſimiro*, anno Chriſti octuageſimo tertio redijt; & collegij Caſimiri, cuius antea alumnus fuerat, regens factus eſt. Poſtea ei Hebrææ linguæ profeſſio demandata fuit. Quam cum ſingulari diligentia per annos ſeptem, & menſes aliquot, ſuſtinuiſſet, anno nonageſimo ſecundo ad profeſſionem Logices vocatus eſt Ariſtotelicæ: quam ea ſolertia explicauit *viginti duos* annos, vt diſcipulos attentos ſtudij in audiendo pœnitere non debuerit.

Item Logices.

Quicquid vero temporis à negotijs Academicis liberum habuit: illud omne Orientalibus linguis, & ſtudijs Mathematicis impendit. Ea de cauſa iuſſu ſcituve Sereniſſimi Principis *Friderici* quarti Electoris, anno milleſimo ſexcenteſimo octauo extraordinarius Arabicæ linguæ profeſſor eſt conſtitutus. Fuit ingenium eius non vni ſcientiæ, ſed pluribus natum. In Mathematicis enim anno nonageſimo, *Muhamedis Alfragani* Arabis *Chronologica & Aſtronomica elementa* è Palatinæ Bibliothecæ veteribus libris vertit, expleuit, & ſcholijs illuſtrauit. Addidit etiam commentarium, qui rationem *Calendarii Romani, Ægyptiaci, Arabici, Perſici, Syriaci & Hebræi* explicat; & interualla præcipuarum ærarum ita exponit vt ab Olympiadibus & vrbe condita, vſque ad noſtram memoriam, per annos Nabonaſari, C. Iulij Cæſaris, & Chriſti, certa temporum ſeries conſtare poſſit.

Et Arabicæ linguæ. Studia & ſcripta eius Mathematica.

Epiſtola Chronologica.

Anno nonageſimo tertio edidit *Epiſtolam Chronologicam* ad clariſſimum virum Iuſtum Lipſium: qua conſtantem annorum Hebræorum connexionem demonſtrauit, & non leues aliorum errores refutauit. Occaſionem eius epiſtolæ dederat Lipſius, qui Chriſtmanum, quod Scaligerum erroris arguerat, in Alfragano nuper edito, nonnihil epiſtola * quadam punxerat. Eodem anno ſubſecuta eſt *diſputatio de anno, menſe, & die paſſionis Dominicæ*: in qua Calendarium Hebræorum iuxta proprios canones confirmatur, & ſolennitates menſium, paſchatumque vniuerſæ, ad veras Epochas conſtituuntur. Refutat ibidem Scaligeri fundamentum, quod in præfatione operis de emendatione temporum poſuit: Iudæos in Palæſtina ſeu terra ſancta habitantes, ab Europæis ſic diſſentire; vt ſemper vel anno vno, vel menſe ſerius feſtiuitates ſuas peragant: quod ex computo Palæſtinorum, atque ex inuentione Tekupharum probare nititur. His Scaligeri rationibus opponit Chriſtmannus *Calendarium Palæſtinum* Venetijs editum anno Iudaico, quinquies milleſimo trecenteſimo trigeſimo quinto, in feſto Suſan Purim feria ſexta, hoc eſt, anno Chriſti milleſimo quingenteſimo ſeptuageſimo quinto, 25. Febr. In quo Calendario Rabbi *Obi* filius *Simeonis*, Iudæus Palæſtinus, ex Synagoga Sephet iſtius Calendarij auctor, ſtatim in præfa-

* *I. Lipſ. cen. 2. ep. 91. Diſputatio de anno, menſe, & die paſſionis Dominicæ.*

tione

Principis *Friderici* tertij Elect. Palat. cum multis alijs dimissus, in collegio tum *Dionysiano*, hodie *Casimiriano* appellato, aliquandiu Academiæ beneficio vixit.

Sed & hoc ipsi ex mutatione Academiæ adempto, ad peregrinandi studium animum appulit; & cum excellente Philosopho & Medico *Thoma Erasto*, *Basileam* abijt, & medicinæ operam dare cepit. Inde *Vratislauiam* Silesiorum se contulit, vbi multis mensibus apud generosum *Andream Dudithium* vixit. Postea *Viennam* inuisit & *Pragam*. *Peregrinatur.*

Ex Bohemia Neostadium venit. Ibi Alphabetum Arabicum cum Isagoge scribendi legendique Arabice, conscripsit; quo *primo* ostendit rationem scribendarum, seu in contextu orationis tecte efformandarum literarum Arabicarum. *Deinde* docet, quæ sit legitime descriptarum, ac necessarijs iustisque punctis insignitarum, genuina lectio seu enunciatio. Totum tractatum in *tria capita* distribuit: *primum* complectitur explicationem Alphabeti; *secundum* præcepta ac modos eleganter pingendi: *tertium* methodum legendi. Denique praxis scriptionis & lectionis Arabicæ subiungitur. Excusus typis est libellus Neostadij anno octuagesimo secundo in officina Harnisiana. *Isagoge linguæ Arabicæ.*

Erat nouum tunc temporis & insolens quiddam Arabicos in Germanica characteres videre, & hominem Germanum non tantum Arabicam linguam callere: sed & alios docere eandem posse. Vnde non parum autoritatis Christmanno accessit; id quod ex *Francisci Iunii* Theologi celeberrimi, epistola videre est, in qua ad eum Otterburgo sic scripsit: *Gratulor tibi, mi Christmanne, & gratias ingentes habeo, quod in linguam Arabicam visum est incumbere, & pusilla rudimenta tua publicæ committere. Deterruit me hactenus ab eo instituto & librorum paucitas & grauitas occupationum. Te librorum optime scriptorum commoditas ad hoc studium incitauit. Quod Deus bene vertat, accuratam scribendi rationem gaudeo primum abs te Christianis exhiberi; eoque pacto spem facis, quæque accuratiora magis ac magis à te in hoc argumento proditura. Quod si feceris, bene de Ecclesia DEI, optime de arte Medica, cui nauas operam, mereberis.* Hæc Iunius. Neque vero mirum cuipiam videri debet, quod Iunius illam rudimentorum Arabicorum editionem tanti fecerit. Nam neque in Italia, neque in Gallia tum typi Arabici sculpti erant. Et demum anno octuagesimo nono Romæ à Sixto V. P. P. institutum est prælum Arabicum: ex quo prodierunt *Auicenna*, *Euclides*, & *quatuor Euangelistæ*, qui libri omnes pulcherrimo charactere sunt impressi, vt etiam ductûs & connexiones Arabicarum literarum manuscriptis respondeant. *Epist. Franc. Iunii.* *Arabica lingua serius in Europa innotuit.*

Neostadio Christmanus Haidelbergam, Palatinatus ad-

honeste, atque omnino recte gerendis, & ad hæc omnia edocenda iuuentute occupatus: neq; quicquam serio agi putauit: si facta & omnis vita cum dictis & præceptis & iactationibus non conuenirent. Hæc perpetua fuit optimi senis philosophia: hæc eius ad mortem vsque, & pene in ipsa quoque morte meditatio & exercitatio. Hinc tantum illius tota vita alios iuuandi studium: vt non, sicut ille Imperator, diem, sed horam se perdidisse crederet: si quæ forte esset elapsa, in qua nihil beneficii expendisset. In ipso denique morbo, vnica hæc erat eius querela, quod nemini in lecto decumbens prodesse posset.

Scripta. Scripta, quæ edidit, tam eleganti doctrina tantaque prudentia referta sunt: vt summos homines adeoque duces ipsos in medijs bellorum tumultibus, ijs legendis se oblectasse constet. *Henricus Meibomius* vir cl. & professor in eadem Academia ordinarius, memoriæ collegæ & senis optimi hoc epigrāma epitaphium dicauit:

Epitaphium.

Quem pauci æquarunt, superauit nemo CASELI
Fessa sub hoc tumulo molliter ossa cubant.
Gratia magnatum, fama immortalis, honores,
Caniciesq; annis proxima decrepitis,
Incusare vetant Parcas: maturrima mors est,
Quam præeunt isthæc omnia, dante DEO.
Restabat patria in cœlis, vt posceret illam,
In causa morbi vis vehementis erat.
Parcite defuncto lessum componere: viuit
Ante homines fama, manibus ante DEVM.

Ex programmate funebri.

Θ 1613. d. 16. Iun. ætat. 59.

IACOBVS CHRISTMANVS.

Ioannisberga. IAcobo Christmano patria obuenit *Ioannisberga*, Mogūtinæ ditionis oppidum, anno Christi millesimo, quingentesimo, quinquagesimo quarto, mense Nouemb. Puer cū prima artiū fundamenta iecisset, è ludo triuiali in illustrem Neuhusianam scholam commendatione tum aliorum, tum Cl. V. *Conradi Marii*, Senatoris Ecclesiastici, propter ingenij præstantiā promotus est. Quo in Gymnasio dum versaretur, Hebrææ linguæ fundamenta ponere cepit, & Iudæis Wormatiensib. ob id studium tunc temporis innotuit. Neuhusio paulo post in Haidelbergense Pædagogium translatus est, & inde in *Sapientiæ* collegium receptus: vbi industriā, diligentiam, modestiā, & pietatē præceptorib abūde probauit. Eo ex collegio post obitū Illustr. prin-

Neuhusii dat operā literis.

Venit Haidelbergam.

gesimo tertio. Inde viduus vixit, liberis semper à nouerca metuens egregio tã diuturnæ cõtinentię & in suos pietatis exẽplo.

Cum autem ingens viri esset fama, non potuit ea latere principem, in cuius territorio natus erat: Ducem illustriss Brunsuicensium *Iulium*, præsertim cum Academiã Helmstadii condidisset, & magnis præmiis doctissimos quosq; homines eo inuitaret. Ab hoc igitur etiã vocatus fuit Caselius. Sed, quod eum amaret dux Megapolensium, *Ioannes Albertus*, atq; paulo post interueniret mors optimi illius principis Iulij, tunc quidem Helmstadium Caselius non venit. Verum enimueronihilominus hæsit in animo successoris Herois illustriss. *Henrici Iulij*: cui ex celebritate nominis, & scriptis, & aliquot coram habitis sermonibus notissimus erat. Is ergo, pro summa heroici ingenii bonitate, non quieuit priusquam illum patriæ suæ restituisset. *Vocatur Helmstadiũ.*

Vixit itaque Helmstadii Caselius totos *viginti & quatuor* an. omnibus bonis carissimus, parens studiosorum adolescentum, atq; in his, præter plurium aliorum morẽ, etiam inopum: quorum tam multi hodie per eum florent, vt nullam credamus in Europa nationem esse, quæ magno isti seni multis propterea nominib. obligata non sit. Passus tamen etiam hic suos est manes. Vt enim de reliquis nihil dicamus, per mortes suorum ijt pene solus omnibus suis superstes. *Vbi docet, viginti quatuor annis. Beneficentia Caselii.*

Et implicatus etiam ipse fuit controuersiæ à D. *Daniele Hoffmanno* Theologo motæ: de Philosophiæ in Theologia vsu atque vtilitate. Hoffmannus enim ob tres versus, Caselium sibi insectandũ delegit: eumq; pro tali hæretico, cuius similis intra mille ducentos annos non vixerit, publice traduxit. Sed sopita omnis ea contentio ex * decreto illustriss. ipsius principis fuit: vt scripta publice super ea re edita testantur, atq; Caselij innocentia palam facta. Tandem ætate potius, quam morbo cõfectus Aprili mense ad diem quintum Id. paulo ante vesperã, in vera Filij Dei agnitione, & liberationis ex hac miseriarũ valle flagrantissima expectatione, pie & tranquille obijt: postquam mensibus superioribus aliquot longe solito infirmior esse cœpisset, maxime tribus vltimis: & fatali lecto, viribus omnibus paulatim deficientibus, affixus dies plusculos fuisset. *Controuersia Hoffmannæ implicatur.* * *Edito vtraque lingua Wolffenbyti anno* 1601.

Exspirauit, vt dictum, die 9. April. anno millesimo sexcentesimo decimo tertio ætatis an. octuagesimo, quam quidẽ ætatẽ ipse ne sperare quidem, alij vero tam imbecilli corpori, vix optare ausi fuissent. Verum & Deus in imbecillibus sæpe suam ostendit potentiam, illudq; verum esse probat: *Ego tum vita tua, & longitudo dierum tuorum* & ipse Caselius quotidiano corporis motu, & perpetuo temperantiæ studio aduersus ancipitem valetudinem semper se muniuit. *Obitus.*

Vir fuit & pie doctus & docte pius: totus in rebus ipsis pie, *Mores.*

eo tempore, & instituto vitæ, & amore nostrarum literarum remissius illud me egisse. Cui honori meo gratulaberis, si soles, aut illudes. Per me enim etiam tibi hoc licet. Neq; tamen me magis iureconsultum, quam doctum hominem profiteor. Itaq; doctissimorum notitias amicitias, iudicia expeto & pene hæc sola magnifacio. Hactenus Caselius. Reliquit in Italia celeberrimos viros sibi amicissimos, *Petrum Victorium, Paulum Manutium, Ioannem Vincentium, Pincellū Carolum Oricellarium, Carolum Sigonium, M. Antonium Muretū, Petrum Angelium,* huiusque fratrem, *Antonium, Bargæos, Onuphrium Panuinium, Hieronymum Meium, Cyriacum, Strozzam,* & multos alios, quorum nomina recensere longum sit, quibus omnibus deinceps percarus semper fuit. Inprimis autem Victorij consuetudo illi magno fuit bono, quod & ipse cum summa præceptoris veneratione semper agnouit. Coluit illic etiā & audiuit Iureconsultos, inprimis *Bonum & Burgalinum* Bononiæ, *Calafatum, Crotum, & Plautium,* Pisis.

Amici eius in Italia.

Philosoph. fœra à Caselio tradita.

Cæterū præter alia hoc Germani huius optimi senis laboribus & studiis debent, quod genuinam illam Philosophiam partim ab aliquot seculis per complures, quos vulgo Scholasticos vocant, maxime in Italia, excitatam propagatamque, partim, atque elegantius quidem, excultam & disseminatam passim à Græcis exulibus, *Gaza, Trapezontio, Philelfo,* & qui hos cæterosque eius gentis secuti sunt, *Ficino, Politiano, Mirandula, Barbaro, Victorio* & aliis, in Italia porro didicit, atque in eius penetralia quam plurimos perduxit

Redit Rostochium.

Ex Italia sub finem anni millesimi, quingentesimi, sexcentesimi septimi, ad munus suum rediit Rostochium. Neq; multo post in aulam accitus ad principis *Ioannis Alberti,* quem ante, summi atq; ob beneficia in literatos meritissimi honoris causa nominauimus, filium *Ioannem,* pubertatis iam annos egressum docendū, eo se recepit, atq; hoc officio, summa cum laude atq; applausu omnium, *quadriennium* functus est, cū de diuturniore tempore actum non esset. Læto animo se illinc, aulicarum molestiarum pertæsus, adulto iam etiam discipulo, in Academiā recepit, vt porro iuuentuti prodesset publice ac priuatim, vt certe profuit maxime, rebus ipsis testibus.

Præficitur principi instituendo.

Ad scholam reuertitur.

Interim vero dum in aula moraretur, anno millesimo, quingentesimo, septuagesimo primo prid. Cal. Octobr. vxorē duxit, *Andreæ Mylij,* ducum Megapolensium consiliarii primarii, filiam, *Gertrudem*: ex qua suscepit *Ioannem Vlricum Margaritā,* Theodori Adamij coniugem, *Annam* item *Sophiam,* quæ Theodoro Hupæo nupsit, *Ioannem Carolum, Ioan. Guilhelmum, Elisabetham, Ioannem Iulium, Ioannem Andream, & Helenam.* Concesserunt omnes fatis, præter Margaritam. Vxorem illam amisit quarto Id. Febr. anno millesimo, quingentesimo octuagesimo

Coniugium.

Liberi.

transegissет in omnis generis literis; ex Germania in Italiam tam visendæ regionis, quam augendæ eruditionis gratia, binas suscepit profectiones, atque in ambabus illis sic satis diu ibi studiorum causa, etiam antea eruditissimus moratus, voluntate inprimis & impulsu *Ioannis Alberti*, Megapolensium ducis, cui, vt eruditionis perpolitæ maximo amatori & propagatori, ingenium eius & virtutis studium innotuerat. *In Italiam proficiscitur.*

Prius iter Italicum mense Sextili, anno sexagesimo suscepit: quando recta, quantū quidē locorum, per quæ transeundū fuit, aliorumq; vicinorum contemplatio permisit, *Bononiam* contēdit. Ibi celeberrimis eius loci Iureconsultis, vt antea quoq; alijs in Academijs, operam dedit, & præterea in omni literarum genere viro omnibus doctis notissimo, *Carolo Sigonio*. Postea cū videretur satis diu eo in loco substitisse; *Florentiam* transijt: vbi item magni illius *Petri Victorii*, passim gentiū celebratam recōditiorem eruditionem & insignem virtutē admiratus, ei non solum assiduus quotidianusque ac carissimus, sed & diuturnus auditor mansit. *Bononiam venit.* *Carolus Sigonius.* *Petr. Victorius.*

Inde, peragratis visisq; cæteris florentissimæ regionis vrbib. ac Gymnasijs, in Megapolitanum Ducatum redijt anno sexagesimo tertio Reuerso, cum à Ducibus Megapolitanorum decreta ei fuisset Philosophiæ & Eloquētiæ professio, Rostochiū 3. Nonas Quintil. eodem anno sexagesimo tertio abijt, eamq; lubens adijt, & cum singulari discentium fructu, an. duos obijt. Inuasit autem interea temporis illa loca pestilens lues Permissu igitur illustr. Principis sui in Italiam iterum abijt, sub initium anni sexagesimi quinti, vt ad doctrinæ eruditionē feliciter inchoatam accessiones maiores faceret. Exegit tum peregre triennium fere, vt plurimū cum Victorio, homine magnæ & doctrinę & ætatis: quiq; clarissimus apud omnes, summæq; autoritatis habebatur ab omnibus per omnem Europam. Pisis vtriusque Iuris Doct. renunciatus est publice, autoritate amplissimi Iureconsultorum ordinis, nemine dissentiente, adhibitis solennibus ritibus, post præmissas vsitatas atq; in hoc genere necessarias disquisitiones: idq; 5. Cal. Feb. anno millesimo quingentesimo sexcentesimo sexto. Legum enim studio operā dudum impenderat: quod tamen, exploratis sui ingenij & rerum rationibus postmodum omisit. De illa promotione ipse in epistola quadam ad I. Schosserum poetam ita: *Ego cum amicis, vt periculum valetudinis facerem, Pistorium, Lucam, Pisas excurri. Vide alias ineptias meas, in iureconsultos incidi homo φιλόσοφος, quietioris & vitæ & doctrinæ studiosior, quam tractandis litibus aptior, ij in suum ordinem summa voluntate me retulerunt V. kal. Febr. cum intellexissent disciplinæ legum ciuilium me nobilissimis doctoribus Bononiæ operæ & temporis aliquid impendisse: etsi aperte fatebar, ab eo tem-* *Fit professor Rostochii.* *Iterum adit Italiam.* *Iuris Doctor renunciatur.*

ministrauit; vti & Decanatum Philosophicum laudabiliter tertiùm gessit. Marchionis denique Onoldini alumnorum, principali auctoritate sibi commissorum, commoda paterno plane affectu promouit: id quod grati qui sunt grato animo deprædicabunt. *Erasmus Smid professor Wittemberg. in oratione funebri, D. Frider. Balduinus in concione funebri.*

Θ 1613. die 9. April. æt. 80.

IOANNES CASELIVS.

Maiores Caselii.

EDitur hic in lucem anno Christi, millesimo quingentesimo trigesimo tertio, die decimo octauo Maij *Gottingæ*, patre *Matthia Caselio*, matre vero *Catharina Colobradea*. Genus ipsi fuit clarum & pernobile ab ipsis atauis, nobilissima *Chesseliorum* in Geldria, siue in Sicambris, vt olim nomina fuere, familia orto, ex qua multi & in aulis principũ, & in bello floruerunt, maxime *Caroli* Burgundionum ducis ætate. Arx adhuc, prope ripam Mosæ fluuij, in colle sita, nomen familiæ retinet, *Chesselium* dicta. Quanquam ipse & veterum Romanorum exemplo, ad Latinam linguam accõmodatius, & amissis bonis, amicorum suasu *Caselius* appellari maluit. Auus ei fuit *Gothardus*, qui prouectiori ætate cum coniugem duxisset *Margaritam Piddelliam*: ex ea liberos tamen vndecim suscepit: in quibus fuit *Matthias*, natu quintus, pater Ioannis huius, homo boni ingenij, bene eruditus, integri placidique animi.

Chesselium.

Auus Caselii.

Pater.

Vertit solum ob turbas in patria.

Hic propter belli calamitates & acerbas de religione Christiana excitatas dissensiones, è patria excessit in Angliã & Scotiam, ipsam quoque Hispaniam petere ausus, citra metum Inquisitionis Totum tradidit se religioni, eiusq; causa nihil non ærumnarum subire paratus, doctrinam Euangelij publice professus est. Obijt Göttingæ, anno, vt coniectura amicorum fert, octuagesimo octauo supra mille quingentos. Mater Caselij fuit femina primariæ familiæ, quæ cùm 95. annorum esset, plurimasq; cum marito asperrimis illis temporib. calamitates pertulisset, mortua est Arxlebij. Locis, quibus parens exul fuit, nimirum *Göttingæ*, *Rothemii & Gandersæmii*, vt etiam *Northusæ*, fundamenta bonarum literarum posuit, præceptore inprimis vsus *M. Neandro*, viro clarissimo. Postea Wittembergã se contulit, *Philippo Melanchthoni*, & omnibus doctis, plures annos familiarissimus & carissimus. Inde Lipsiã concessit, vbi magno illi Camerario non minus fuit acceptus. Illic Philosophicæ scientiæ, vt & aliquot annis post Imperatore *Maximiliano* II. poeseos laurea, & tam ab hoc, quam à *Rodolpho* II. nobilitatis auitæ renouatione ornatus est. Posteaquam autem & Lipsiæ, & Rostochij, & Francofurti ad Viadrum, bonam ætatis partem trans-

Mater Caselii.

Wittembergam abit Caselius.

Inde Lipsiã.

Honores ei collati.

beam. Faciat ille mecum secundum voluntatem suam; vernacule, Ich hab den lieben Gott nun genug probiret mein leben lang/ er wird mich itzo nicht verlassen. Cum eum Pastor * ac Superintendens vespera illa, quæ noctem obitus eius præcessit, inuisens interrogasset, quidnam ageret? respondit: *hic ia- eo, & luctor cum Domino meo Iesu Christo ad exemplum Iacobi, non dimissurus eum, donec animæ meæ benedicat.*

* *D. Fridericus Balduinus S. Theol. D. & P.*

Præcessit obitum eius signum quoddam non contemnendum, aut silentio inuoluendum. Inter primos statim dies morbi sui mane expergefactus, visus est sibi videre prope lectum suum arcam oblongam, & in ea virum sibi similem iacentem. Cumque initio deceptionem visus, aut inanem imaginationem putaret, eleuato capite illud attentius adspexit: atque rem ita esse non aliter habere deprehendit. Quo viso tantum abest vt exterritus fuerit: vt hilariter alijs referret, & præmonitionem diuinã agnosceret. Cui euentus etiam nimis vere respondit. Die enim vicesima quarta Martij, circa horam quartã matutinam, sub auroram, benedictionem à Iesu Christo colluctante, fide & patientia iam victo adeptus, inter ardentissimas preces beate exspirauit, & ad cælestem Palæstinã transiit, anno ætatis duodequinquagesimo ad finem decurrente, relicto sui apud populares & exteros, primos & imos, vt acerbo & luctuoso, sic longe honestissimo affectu ac desiderio. Sepultus est in cæmiterio suburbano, vt ipse mandarat, inter nota sepulcra, filij nempe cognominis, & cl. v. *Rhodomani*, collegæ olim & amici coniunctissimi.

Visum ante obitum.

Obitus Taubmani.

Sepultura.

Fuit vir humanus, affabilis, comis, facundus, placidus, candidus, *omnium horarum homo*: in serijs grauis & serius, in alijs iucundus, & citra affectationem iocosus, non sine Gratijs naturalibus, candido semper Mercurij, nunquã nigro Momi sale, sermones suos conspergens, neminem dicaciter perstringens, aut mordaciter insectans: sed præsentibus honestam hilaritatẽ felicitate singulari concilians. Quo nomine cum aliorũ quorũuis, tum inprimis Principum multorum gratiam & amorẽ promeruit. Fuit pro modulo facultatũ, DEI inprimis benedictione, principum munificentia, & frugalitate propria mediocriũ, liberalis erga egenos, maxime studiosos. Sæpe alicui opitulaturus ipse aliunde numos mutuo accepit. Officiosus præterea fuit in expediendis aliorum negotijs, tum intercedendo, tum cõmendando, ad interrogata respondendo, & modis alijs quibuscunq;. Omnes autem virtutes suas fecit insigniores pietate vera: quã diligenti verbi diuini auscultatione, lectione, * meditatione, ac precibus ardentibus, aluit, confirmauit, probauit.

Virtutes ac mores.

* *Biblia tota decies nouies perlecta sibi scribit, præfatione in Plautum, editionem nouissimam.*

Summum Academiæ illius magistratum anno millesimo, sexcẽtesimo, octauo, dexteritate iudicij & solertia singulari ad-

Munia Academica.

ſurus eundem correctum & illuſtratum, ſi vita ſuppetijſſet longior. Et ſicut in eo totus erat, vt ſolæciſmos ac barbariſmos, è contagio ſuperiorum ſeculorum adhuc reliquos exſtirparet: ita & laſciuiam ingeniorum, in obſoletis præter neceſſitatem, data opera & κακοζηλίαν quadam, ac neſcio cuius tranſmarinæ eruditionis oſtentatione luxuriantium, repreſſit. Exſtat hac de re *diſſertatio de lingua Latina*; quam in publica panegyri, præſente auguſtiſſ. Auguſto Saxoniæ * Duce recitatam, poſteaque auctam publici iuris fecit.

Paleologos ineptos taxat

** Rectore tũ Acad. Wittemberg.*

Statim etiam proximo à demandata ſibi publica prouincia anno, matrimonium contraxit cum *Eliſabetha*, ex honorata Matthæorum familia prognata. Suſcepit ex ea filios tres, filias vero duas: quos liberos ἐυσεβῶς amabat, & ad pietatem probitatemque à teneris adſuefaciebat: gratus agnoſcens DEI donum, ſeque aliquando immortalem morituram dicens

Matrimoniũ

Præſagit ſibi mortem.

Mortis enim memor fuit ſemper, nec vnquam ad eam expauit. Sexta ante obitum hebdomade, cum in nuptiali quadam cœna M. *Eraſmo Schmid* collegæ adſideret, admodum ominoſe de imminente ſibi morte loquebatur: *Videbis*, aiebat, *non diu à me mortem abfuturam. Ita ſane ex omnibus corpuſculi mei virium qualitatibus colligere neceſſe habeo. Nec eam abhorreo quicquam, DEO meo, quocunque tempore me euocauerit, parituris. Scio illum meos non diu relicturum.* Die viceſima ſexta Februarij, anni decimi tertij ſupra mille ſexcentos, febri infeſtari cum cepiſſet maligna: nihil in votis habuit magis; niſi vt, ſi DEO ita videretur, aut valetudini reſtitutus, officij munere fungi poſſet: aut in vera Chriſti agnitione obdormiſceret, & ad deſideratam illam patriam cœleſtem transferretur.

Febri corripitur.

Acceſſerunt deinde, vt fit, ſymptomata alia grauiſſima: quæ corporis vires grauiſſime afflixerunt. Quo violentius autem corporis vires proſtratæ erant: eo fortius & fides & patientia & ſpiritus alacritas inualuere. Cum quidam amicus * & collega eum inuiſeret, & bene ſperare iuberet: ſuaſque & aliorum preces ad Deum ipſi promitteret: *Omnino*, reſpondit, *illa ſunt, quæ Deum expugnant. Fac vt dixiſtis tu, cum aliis bonis. Non herbæ aut malagma me ſanabit: ſed Domini verbum. De medicamentis dudum deſperaui. Illa nihil facient, videbis, niſi Deus peculiarem addat benedictionem.* Alio die cum idem acceſſiſſet, & morbum inualuiſſe vidiſſet: exhortatus eum eſt ad patientiam, ſuggerens Deum fidelem eſſe, qui non ſinat nos ſupra vires noſtras tentari: ſed ita tentationes moderetur, vt ferendis ijs per gratiam diuinam pares eſſe valeamus: reſpondit, *Ah omnino, omnino fidelis eſt DEVS. Fidelitatem eius iam ſatis abunde perſpexi antea; vt de ea dubitandi cauſam non ha-*

Sermones eius ſupremi.

** M. Eraſm. Schmid.*

Taubmanus vere Taubmanus esse incipiebat: & non præceptorum solum, sed & peregrinorum plurimorum oculos in se conuertebat. Inprimis autem in poesi ita proficiebat: vt supra vulgus poetarum longissime excellere iudicaretur: & consuetudo ac vsus eius, ob festiuitatem non affectatam, à magnis viris expeteretur. *Christophorum* quidem *Homagium*, poeta præstans, quem Taubmanus tum propter staturam corporis, tum propter poeticam excellentiam, *poetam magnum* appellare solebat, Homagius igitur optima quæque de Taubmano sibi pollicitus, & hominis ingenioſa festiuitate delectatus, suam aliquando, qua à *P. Melisso* ornatus fuerat, lauream, ioculario quidem, sed vero omine, capiti Taubmani imposuit, & à gestiente gestari voluit. Nec multo pòst ipse Melissus, quem *poetarum Aquilam* appellare solebat, virtutis ergo Taubmanum laurea donauit. Viderunt nimirum accurati ingeniorum æstimatores, & agnouerunt in ipso excellentia DEI dona: quæ & fauore suo & honore excitatum iuerunt.

Christophorus Homagius.

A. P. Melisso laurea donatur Taubmanus.

Poeta ergo Taubmanus non tam creatus, quam natus, *Wittembergam* anno nonagesimo secundo venit, Academicis studijs ingenium vberius exculturus. Hìc quæ erat eius modestia, de lauru ipse verbum fecit nullum, contra quam nunc permulti iactabundi solent. Wittembergæ triennium, & quod excurrit, ita posuit: vt eruditio eius iam non amplius sese intra Academiæ spacia contineret, sed passim in Germania, & cum alibi, tum in illustrissimi principis *Friderici Wilhelmi* proelectoris, aula admiratores inueniret, & voluntatem summorum etiam virorum sibi deuinciret. Quam ob eruditionis ac virtutis famam anno nonagesimo quinto, die decima octaua Octobris, poetices & humanioris literaturæ professioni, Academia illa nominante & Proelectore approbante, fuit præfectus.

Wittembergam venit.

Vbi inclaruit.

Et in professorum numerum cooptatur.

Hoc in officio ad annum vsque duodevigesimum qua fide ac diligentia versatus sit: auditorum eius ignotum est nemini. In publico iuuentuti sæpe illud DEI effatum inculcabat: *maledictus, qui facit opus Domini negligenter*, idem & sibi dictum existimans. Operas publicas intermittere, nisi vel valetudine, vel alijs sonticis causis impediretur, religio ei erat. Id vnum agebat semper, vt diuinæ poesèos penetralia iuuentuti referaret: linguam Latinam perpurgaret; & bonorum auctorum editione illustraret.

Docet octodecim annos ibi.

Præstitit hoc omnium doctorum calculo egregie, si quisquam vnquam, in *Plauto*: cuius Comœdias, quæ exstant, publice enarrauit omnes, & anno duodecimo seculi sexcentesimi cum lucubrationibus eruditissimis, foras dedit. Præstitit idem in *Virgilio*; quem item totum iuuentuti prælegit, emis-

Lucubrationes Taubmani.

 surus

Taubmanoque nouercam, minime tamen illam iniuſtam, ſuperinduxit. Nec enim alio, quam materno affectu ipſum fuit proſecuta: quemadmodum haud raro illam nouercæ ἐυσεβείαν ad alios deprædicauit. Nec illa etiam male affectum ſuum collocauit. Taubmanus enim qua fuit pietate, non modo gratam ſemper nouercæ ἐυσεβείας memoriam retinuit: ſed & θρεπτηρίοις redditis ἀνταπολαργεῖν ſtuduit. Quicquid enim δωρημάτων pro teſtimoniis, pro intimationibus, & id genus alijs accepit: eius partem maximam nouercæ miſit: eiuſque in ſenio inopiam luculenta ope ſubleuauit. Vitricus priuignũ ſuũ, cũ annũ exegiſſet duodecimũ & in veſtiſpicina durare amplius aut nollet aut nequiret: Culmbachũ abductũ, Muſis & Pietati illic loci felici ſane auſpicio conſecrauit. Admiſſus nouitius tum diſcipulus in Muſæum rectoris Culmbacenſis, & examine tentandus, quæ erat hominis ſimplicitas & ingenuitas, ibi ſe hoſpitem, aut verius patrem inueniſſe ratus, ſarcinulam ſuam, non ſine ſuaui rectoris riſu, ſub ſcamnum recondit. Interrogatus ita reſpondit: vt quamuis per ætatem & iuſtæ ingenij culturæ defectum minus forte ſatisfecerit, animi tamen apertam ingenuitatem, & ingenij latentem quandam vim, ſimplicitate adhuc quaſi ſopitam oſtenderit.

In eam Taubmani pietas.

Ducitur Culmbachium.

Simplicitas Taubmani.

Inuenit autem Taubmanus ibi ætati ſuæ culturam idoneam qua nec in diſcendo confundebatur, nec, qui mos hodie plurium eſt magiſtrorum, altioribus captu obruebatur. Ipſe etiam diligentia ſua cum præceptore mutuas egit operas, & preces ad DEVM pro felici ſtudiorum ſucceſſu fundere deſtituit nunquam. Ac quanquam panem oſtiatim quærere quotidie cogeretur: animo tamen onus paupertatis ſemper tulit æquiſſimo: vt qui meliorem aut lautiorem vitam antea nunquã erat expertus. Nec quicquam hoc optimo & doctiſſimo viro detrahere laudis debet: quin potius gloriæ eius plurimum adiungit. Ipſe certe ſæpiſſime de hac pueritiæ ſuæ egeſtate fuit lætatus & gloriatus: piorumque hominum eleemoſynas grato animo prædicauit. Didicit ita à primis annis boni conſulere mediocria, odiſſe luxum, & quod caput eſt in Deo potius, quã in cauſis ſecundis, confidere.

Feliciter ibi docetur ac diſcit.

Pane oſtiatim mendicato victitat.

Culmbachij itaque quadriennium quaſi confecit: quo eos, DEO adſpirante conatibus pijs, fecit progreſſus, longe vt alius iam eſſet: & apud multos ſpem & exſpectationem excitaret eximiam. Cumque ſub idem tempus, anno Chriſtiano octuageſimo ſecundo, ſupra mille quingentos, illuſtriſſimus princeps *Georg. Fridericus*, Marchio Brandeburgicus & Onoldinus, ludum illuſtrem Hailsbrunnæ aperuiſſet, in quem ex omni ditione ſua bonæ indolis pueros conquirerentur: hic etiã Taubmanus eo fuit miſſus, vt pietati & virtuti litaret. Ibi iam

In ſcholam Heilsbrunenſem mittitur.

Taubma-

Inde Rector Academiæ Magnificus creatus, dignitate laudabiliter vſus, mox ad eam biennio continuandam reuocatur. Tandem laboribus ſtudiorum fractus, anniſque grauis, correptus aſthmate diem obijt poſtridie Kalend Martias, anno Chriſti milleſimo, ſexenteſimo decimo tertio, ætatis ſuæ ſexageſimo ſeptimo Filium reliquit *Willebrodum*, qui aliquot ſcriptis editis patri ſe non indecorem futurum promiſit. *Creatur rector Acad. Lugd.* *Obitus.*

Scripta à patre edita ſunt hæc: *Commentarius in Dialecticam* P. Rami: alius forma Dialogi conſcriptus: Tractatio *de praxi Logica*: *Ethica* methodo Ramæa conſcripta: *Snellio-Rameum* Philoſophiæ ſyntagma: *Commentarius* in aureum Philippi Melanchthonis *de anima* libellum: Explicationes *in Arithmeticam* P. Rami: *Partitiones Phyſicæ*: Prælectiones in *Geometriam* P. Rami: Annotationes *in Ethicam*, *Phyſicam*, *Sphæram* Valerij: Commentaria *in Rhetoricam* Thalæi, & ſi quæ aliâ. *Ex Academia Lugdunenſi anno decimo quarto edita.* *Scripta.*

FRIDERICVS TAVBMANVS.

☉ 1613. d. 24. *Martii, ætat.* 48. *currente.*

BOno communi datur *Fridericus Taubmanus* anno computationis Chriſtianæ, ſexageſimo quinto, ſupra mille quingentos die incertum an decimo quinto, an vero quo baptiſmate initiatum annales Eccleſiaſtici teſtantur, decimo ſexto Maij, in oppidulo Franconiæ *Wonſeſio*. Quod oppidulum etſi exile & obſcurioris famæ ſemper fuit: ita tamen hoc ciue ſuo creuit & inclaruit, vt cum multis celeberrimis etiam vrbibus de palma certare poſſit. *Wonſeſium patria Taubmani.*

Illud certe ſemper pio gratoque affectu agnouit Taubmanus: quod non inter Turcas aut gentes ἀθέους ſed in eo cœtu, cui nomen Ieſu Chriſti eſt pro charactere, natus, & per lauacrum regenerationis Eccleſiæ veræ inſitus ſit: cuius vt membrum viuum æternum maneret, precibus aſſiduis à DEO contendit. *Chriſtianũ naſci magnum.*

Patrem habuit *Marcum*, virum quidem literis non imbutum, ſed opificem; ſic ſatis tamen honoratum, & vici illius conſulem: matrem *Barbaram Hofmannam*: quæ marito illo defuncto re ita exigente, alteri honeſto viro nupſit. Qui natura quidem vitricus, affectu tamen pater, Taubmanum, quanquam in re tenui, ſtudiorum culturæ deſtinauit, euentu vt res docuit felici. *Pater.* *Vitricus affectu & animo pater.* *Nouerca minime nouerca.*

Ipſe etiã vitricus, mortuâ Taubmani matre, aliã duxit vxorẽ,

Taubma-

familia cum vetere tum splendida, in vrbe Hollandiæ nõ ignobili, *Oudewattera*, ad Iselam flumen: quæ antea *Cornelium* quoque *Valerium*, postea *Iacobum Arminium* dedit, celeberrimi nominis viros. Hic prima literarum tinctura imbutus, mox cum disciplinæ altioris capax videretur esse: *Vltraiectum* ablegatur, ad eam scholam, in qua antea floruerat *Georgius Macropedius*. Atque hinc anno altero post ob parentis obitum domum commeans, aliquandiu apud matrem hæsit, Poeticæ studiose incumbens, quam tamen postea iterum neglexit.

Oudewattera.

Vltraiectum mittitur.

Vix puerilem ætatem egressus in Germaniam superiorem se contulit, ac primum quidem *Coloniam Agrippinam* adijt, vbi annum integrum sub *Valentino Nabodo*, viro Mathematum peritissimo, operam Arithmeticæ & Geometricæ nauauit. Inde *Heidelbergam* profectus, sub *Immanuele Tremellio* Hebræam linguam addiscere cœpit Hinc pestе eiectus *Marpurgum* in Hassiam concessit, vbi diutius commoratus ad docendi munus traduci se passus est, & literas Græcas Latinasque, totamque adeo artium ἐγκυκλοπαιδειαν, cum magno applausu & fructu, iuuentutem docuit, suique nominis famam per totam Germaniam late diffudit. Eoque in loco anno millesimo quingentesimo septuagesimo secundo, magistrali laurea, quamuis reluctantem decorauit *Bernardus Copius*.

Peregrinatur. Valent. Nabodus. Immanuel Tremellius. Docet Marpurgi.

Cum autem persuasum sibi haberet, peregrinatione prudentiam ciuilem comparari: in *Italiam* ire statuit: exactisque in Germania annis quatuordecim, primum *Pisas* profectus est, vbi sesquennium Medicinæ operam dedit: inde *Romam* adijt, epitomen olim orbis. Mox ex longa peregrinatione redux, anno seculi millesimo quingentesimo septuagesimo octauo in natale solum, *Oudewatteram* remeauit, vbi aliquantisper consedit. Inde *Lugdunum* commigrauit, ac paulo post viduam duxit patriæ suæ diuitem satis. Ibi coemtis ædibus primum priuatim adolescentes & aluit & in disciplinis humanioribus erudiuit magno cum labore & studio singulari Cum vero sub id tempus Academia ibidem noua erecta esset, curatorum vocatu operam suam publice Academiæ impendit, ac continuos triginta quatuor annos primo linguam Hebraicam inde Mathematicas disciplinas interpretatus est.

In Italiam abit.

Redit in patriam.

Migrat Lugdunum.

Ibidem docet.

Anno seculari millesimo sexcentesimo, ab Illustrissimo principe *Mauricio* Hassiæ Landgrauio, literis propria manu scriptis, inuitatus, vti se veteris amicitiæ ergo inuiseret, anno demum tertio post illuc se contulit. Et mox honeste iterum dimissus, aureo torque, & effigie Principis donatus, & quadrigis denique eius atque impensis honoris ergo Francofurtum deductus, domum rediit.

Inuitatur à Mauricio Hassiæ Landgranio.

A quo honorifice dimittitur.

Inde

hæc edidit. Primum *carmina varia*, quibus multorum & nuptias & tumulos ornauit. Deinde versibus *Psalterium Dauidis* descripsit: *Virgilium*, *Horatium*, *Ouidium*, *Lucanum*, *Ciceronem* notis & scholijs illustrauit: *Collectanea* nouarum quæstionum ad *Erotemata Logica* Philippi edidit: dedit & *Rhetorica* præcepta. Latent etiam in scriniis eius *orationes*, quas Wittebergæ, Lipsiæ & Seruestæ habuit vna cum alijs scriptis & commentariis doctissimis. In Gymnasio Seruestano *annos triginta* demtis septimanis sex, *Aristotelem*, *Homerum*, *Virgilium*, *Ciceronem*, *Demosthenem*, *Horatium*, *Thucydidem*, *Lucanum*, & id genus quamplurimos vtriusque linguæ auctores optimos. Et quanquam calculi doloribus sæpe maceraretur, raro tamen lectiones publicas intermittebat: sed iisdem tanta industria præerat, vt eadem vim sibi & prope mortem afferre visus fuerit. Singulis enim diebus binas horas publice docebat: reliquas in optimos auctores commentando & scribendo consumebat: donec viribus in dies langueſcentibus d. 18. cal. Octobr. anni 1611. in febrim ardentissimam incideret: qua tamen medicamenta præscribente cl. V. *Ioanne Sagittario*, Physices in eo Gymnasio professore, denique caruit. Sed paulo post vehementiores, quam ante hac vnquam, ex calculo vesicæ dolores iterum percepit: quibus cum ei noctu & interdiu multum fuit conflictandum. Constanti autem animo dolores acutissimos & certam iamque imminentem mortem tulit: seque totum ad felicem ex hac vita migrationem paratum esse non semel D. *Samueli Fabricio*, verbi diuini apud Seruestanos ministro, significauit, vera animi submissione peccata sua DEO confessus, ab eodem sibi veniam dari serio petijt, nihilque aliud, quam sacræ scripturæ dicta eximia in ore habuit, præsertim illud Iobi: *Scio: quod Redemptor meus viuit*: Item Ioannis: *Sic DEVS dilexit mundum*: & illud Apostoli: *Nemo nostrum sibi viuit*: Nec non 42, 51, 90, Psalmos. Item cantionem illam Germanicam ex illo Stephani Protomartyris, *Domine Iesu, suscipe spiritum meum*, **Wenn mein stündlein vorhanden ist** &c. Et sic tandem placide, nullo incomposito gestu vel motu, dormienti similis, beatam animam DEO reddidit, & in fide Christi, vnici Seruatoris, obdormiuit, d. 3. Nonar. Octobr. inter horam 7. & 8. matutinam, cum vixisset annos 73. hebdom. 28. dies 5.

Diligentia in docendo.

Morbus nouissimus.

Consolatio in agone.

Obitus.

E oratione funebri habita à M. Ioan. Coppenio Seruestano Anno 1612 calend. Febr. Haidelbergæ.

RODOLPHVS SNELLIVS.

☉ 1613. *die* 2. *Mart. æt.* 67.

EDitus est Rodolphus Snellius anno millesimo, quingentesimo, quadragesimo sexto, parentibus honestissimis, familia

quam profuisse videtur. *Stenius* enim iussu Elect. Palatini in Ludis illustribus inferioris Palatinatus operam nauauit *Neuhusii & Neostadii* per annos septem aut octo, postea in ordinem Professorum Haidelbergensium cooptatus est. *Bersmanus* vero ab illustriss. principe *Ioachimo Ernesto*, principe Anhaldino, præmijs amplissimis est inuitatus. Hic princeps laudatissimæ memoriæ, cum esset eruditissimus, & eruditorum amantissimus, & pietatis atque omnis etiam humanitatis studiosissimus,

Gymnasium Seruestanũ.

Gymnasium Seruestæ anno 1581. die 16. calend. Decembr. fundauit: idemque magnifice dotauit, multisque priuilegijs ac honoribus, & reditibus haud exiguis auxit & locupletauit: & multos fide & doctrina prestantes viros magnis euocatos sumptibus ac stipendijs, in singulis disciplinarum generibus Professores eidem præfecit:

Eius rector Bersmanus.

Bersmanum vero *Rectorem* constituit. Vbi cum diuitias illas ingenij ipse explicaret, non magno negocio omnium ad se studia atque ora conuertit. Nam eo docente concursus audiendi causa non modo ex vrbe, sed etiam ex vicinis Academiis, in quibus antea magna cum laude intelligentiæ magnoque cum applausu audientium docuerat, fiebant. Inde ex eius schola excellentissimi viri exierunt: quorum alij Ecclesiæ DE, alij Reipub. alij scholis vtiliter inseruierunt, aut etiamnum inseruiunt. Honoris causa saltem aliquos nominasse sufficiat.

Auditores & discipuli eius:

E numero auditorum Bersmani fuit *Otho à Grünrad*, Senatus Ecclesiastici Haidelbergæ quondam præses: Bersmani auditor fuit cl. V. *Bartholomæus Coppen* Theol. D. ac professor: Bersmaniæ alumni disciplinæ fuerunt *Daniel Nebel, Rector Buchouius Echtius*, I. C. clarissimi, *Bartholomæus Pitiscus*, Theolog. & aulæ Palatinæ nuper à sacris concionibus: *Wolffgangus Hossius*, Philosophus & medicus experientissimus: aliique quamplurimi,

Integra fulta: petitur quis fama corona.

Mores & vita priuata.

In vita eius priuata fulgebat summa modestia, in regendis animi motibus continentia, in familiaritate humanitas, in loquẽdo comitas, in audiendo facilitas, in decernendo lenitas, in ignoscendo benignitas, in iudicando iusticia, in animaduertendo æquitas, in iniurijs patientia, in liberalitate moderatio, in omnibus denique rebus decorum.

Coniugium ac liberi.

In coniugio vt iucundo ita fœcundo vixit 36 annos 7. hebdomadas, & dies aliquot: suscepitque ex coniuge liberos *decem, quatuor* filios, & *sex* filias: ex quibus quatuor superstites, sex naturæ debitum persoluerunt ante patrem. Liberos omnes à teneris in omni virtutum genere instituendos curauit, vt monendo & docendo præclaris virtutibus & literis imbuti parentum vestigiis insisterent.

Scripta.

Scripta, in quibus eius pietas, doctrina, & ingeniũ spirant, hæc

cendo, & honestate in recte beateque viuendo ita se gessit: vt a suis obseruaretur, ab omnibus amaretur. Anno 1568. ob fidelissimam in schola Portensi præstitam operam in Academiam Wittembergensem ad *professionem liberalis animæ* vocabatur: vbi eius doctrinam, fidem, industriamque eximiam plurimi magno suo cum commodo sunt experti. Anno 1571. *Lipsiam* concessit, commissa ei primum professione Poetica, quo in anno simul Philosophicæ facultatis Decanatus munere functus est. Anno deinde 1575. ibidem vxorem duxit, D. *Petri Helleborni*, Theologi, filiam: cuius sororem aliquot annis post D. *Simo Stenius* in matrimonium accepit: vt ita qui studijs ante erant, affinitate etiam iuncti essent. Eodem anno 75. *Ioachimo* illo *Camerario* mortuo, in ipsius locum & Electoris illustrissimi mandato, & Academiæ consensu surrogatus est Bersmanus, vt *Græcæ & Latinæ linguæ* professor esset, simulque *Ethicæ* Aristotelicæ. Huic professioni summa fide & industria semper præfuit, Spartamque suam non tam κομψὰ, quam χρήσιμα (quod de Epicharmo alias dicitur) neque ad ostentationem subtilia magis quam vtilia tradendo egregie ornauit, minime obscure cum vim acumenque ingenii & doctrinæ copiam, tum acris & subtilis iudicii facultatem & memoriæ præstantiam, rerumque experientiam declarans: quoad sæua tempestas multis Germaniæ in Academiis oboriebatur. Ea oblata occasione, quæ iam aliquot annos nec quicquam virtutem eius oppugnauerat fortuna, tandem effecit, vt qui tum fluctus in optimos quosque deriuabantur, in illius etiam caput redundarent. Et quanquam ob veram religionem expositus inuidiæ, maledictis ac sannis, & dentibus leonum concussus est, oppressus tamen non est. Solent enim clementia DEI, qui suorum nunquam obliuiscitur, pii homines cum exitium ipsis ante oculos versatur maxime recreari, erigi, & confirmari.

Inde Wittebergam 1568.

Paulo post Lipsiam.

Vbi matrimonium contrahit.

I. Camerario surrogatur.

Quare eiusdem benignitate ex iisdem asperitatibus non solum Bersmanus, sed alii etiam præstantissimi viri, quorum quidam *formulæ Concordiæ* valde discordi, subscribere recusabant, quidã piarum Ecclesiarum Insectatorum falsa dogmata probare omnino nolebant, emerserunt: quos inter etiam fuit is, qui cum Bersmano ab ineunte ætate familiarissime vixit D. *Simo Stenius*: cuius gloriæ, quæ ita tum sese extollebat, vt aliquorum luminibus officeret, multi vel detrahebant occulte, vel inuidebant aperte: sicut gloriæ comes est inuidia, quemadmodum solis vmbra.

Cum Stenio dimittitur Bersman.

His duob. doctiss. viris, qui magno robore mentis orthodoxã religionẽ intrepide defenderunt, casus ille non tam obstitisse, quam

ſtriam & diligentiam ſingularem, non modo feliciſſimos progreſſus in Græcis Latiniſque literis fecerit: ſed etiam in Philoſophiæ ſtudio magna cum cura ita exercitatus fuerit, vt in Academia Lipſenſi cum alijs iuuenibus non ſine laude eos honores, qui ampliſſimi, confecto ſtudiorum Philoſophicorũ curſu, decerni ſolent, conſequeretur.

Proficiſcitur in Galliam & Italiam.

Hiſce progreſſibus, in ſtudijs Lipſiæ factis, in *Galliam & Italiam* eſt profectus, vt doctiſſimos quoſque viros, quorum tum nomen magna in laude & gloria poſitum erat, videret & audiret: & in ſuo quemque genere ſibi imitandum deligeret, & diuerſarum gentium naturam & mores cognoſceret, ſimulque *ſtudium Medicum* in Academia Lipſenſi inchoatum, continuaret. In eo tantum profecit ingenio & induſtria, vt adhuc adoleſcentem inuſitata quadam dicendi facultate de obſcuris dilucide, de confuſis ac perturbatis ordinatim ac diſpoſite, de dubijs euidenter, tum *Paduæ* tum *Ferrariæ* diſſerentem multi audirent.

Medicinæ ſe dedit.

Et poeticæ.

Arti *poeticæ* quoque tantum operæ ac ſtudij dedit, vt Poetarum noſtro ſeculo celeberrimus, ne dicam princeps habitus fuerit. Iis inſuper horis, quæ à ſtudijs grauioribus & neceſſarijs vacuæ reddebantur, in *lingua Italica* ſe exercebat adeo, vt breui ſermonem Italicum ſibi familiariſſimum redderet. *Chronologiæ* præterea, *Coſmographiæ* & omnis *antiquitatis* tantam habuit noticiam, vt id vnum tota vita egiſſe videretur.

Redit ex Italia Wittembergam.

In Italia per *triennium* cum vixiſſet, artibus ingenuis inſtructior, & à linguarum externarum cognitione locupletior, *Wittembergam*, optimam illam diſciplinarum & artium officinam petijt: auditurus doctorum virorum, de ijs quæ hactenus animo perceperat, iudicia. Hic cum ingenium ei à prauis opinionibus abhorrens eſſet, & Profeſſores ad vnum omnes coleret ac veneraretur, & cum ciuibus Academicis facile & amice conuerſaretur: quamplurimi ipſius humanitate & familiaritate gaudebant, cumque eo colloquia inſtituere cupiebant: quos ille nec reſpuebat nec auerſabatur. Præcæteris autem arctiſſima familiaritate complexus eſt D. *Simonem Stenium* Lomacenſem, qui tum etiam ſtudiorum cauſa commorabatur: & quo cum antea in ludo Miſnenſi & Academia Lipſenſi coniunctiſſime vixerat propter eximiam pietatem, morum ſuauitatem, & præclariſſimas animi corporiſque dotes.

Ad ludi Portenſis informationem vocatur.

Ex Academia Wittembergenſi ab illuſtriſſimo Electore Saxoniæ non repudiandis præmijs & conditionibus in *Ludum illuſtrem Portenſem*, ad iuuentutem ſcholaſticam optimis tum moribus tum artibus inſtituendam, eſt vocatus. Quo in officij munere & ſedulitate in laborando, & prudentia in docendo,

GEORGIVS BERSMANNVS.

⊙ 1611. d. 5. Octobr. etat. 73.

PAtriam BERSMANNVS habuit *Annæbergam*, vrbem Miſniæ celebrem, ſenatorio ordine prudenti, ciuium integerrimorum frequentia, & fodinarum metallicarum copia florentem. Nam fodinarum metallicarum magnam curam agunt, & ſi quæ collapſæ ſunt, eas labore ac ſumptibus non paruis in integrum reſtituunt, cuniculos nouos addunt: & per artifices peritos omnis generis mineras indagant, & examinant: vnde *cadmiæ, ſulphuris, vitrioli, lithargyrij, ochræ*, & aliarum mineralium rerum cumuli & acerui ingentes, montium inſtar, congeſti ibi viſuntur. Sita eſt vrbs ſub climate cœli temperato, aereque fruitur puriore. Natus autem Berſmanus eſt anno Chriſti 1538. die 6. Id. Martij, parente honeſto ac probo *Henrico Berſmanno*, Annæbergæ ærarij pauperum præfecto.

Annæberga patria Berſmanni.

Tempus natiuitatis Berſmanni.

Hic filium in omni virtutum genere primum in patria educauit. Deinde cum ingenium eius in literis addiſcendis eluceret: in ſcholam illuſtrẽ *Miſnenſem* annos natum *vndecim* eundem miſit. Eo in Ludo nactus eſt præceptores diligentiſſimos, *Georgium Fabricium* in Latinis, in Græcis *Hiobum Magdeburgum* viros in omni eruditionis & virtutis genere perfectos: quos ille vt parentes amauit ac coluit: ab ijs contra ipſe vt filius diligebatur. Admirabantur enim iſti præſtantiſſimi viri, & ingeniorum cenſores acerrimi, excellens adoleſcentis ingenium: & quemadmodum agricolæ ex floribus arborum fructus ſolent præſagire: ſic iam tum ex illa floreſcente indole ijdem excellentem quandam frugem, & ſecuturam omnium virtutum & doctrinarum maturitatem diuinarunt. Libentiſſime igitur ei rectam ac breuem, quæ ad omnium rerum ſcientiam duceret, viam monſtrarunt. Habuit ibidem condiſcipulum & contubernalẽ *Philippum Camerarium*, Ioachimi filium, poſtea florentiſſimæ Reipub. Noricæ conſiliarium: & *Simonem Stonium*, quem deinde ſtudiorum quoque ſocium nactus eſt in Lipſenſi & Witebergenſi Academia.

Educatio & ſtudia adoleſcentiæ.

Condiſcipuli eius.

Cum vero iis literis Berſmanus, quibus ætas puerilis informari ſolet, quã fideliſſime à præceptoribus *annos ſex* continuos inſtitutus in illa ſchola eſſet: *Lipſiam*, eruditiſſimis in omni doctrinarum genere viris affluentem, ſe contulit. Et cum incredibili humaniorum artium ac linguarum ſtudio flagraret: ad politiores diſciplinas adeo incumbebat; vt breui tempore, tum propter inſigne & excellens ingenium, tum propter indu-

E ludo Miſeno Lipſiam ſe confert.

Mores Keckermanni & vita priuata.

Famæ appetens non erat; vt qui sciret, *virtutem sibi esse precium*. Priuatim ita viuebat, vt non lingua tantum, sed & vita philosopharetur: nec ex eorum numero erat, qui ad viuendum disertissimi sunt, sed in cathedra: sicut *Athenienses*, vt Plutarchi habet apophthegma *ad pugnandum fortes, sed in tabula*. Si qui salutandi gratia, vt fere indies, accedebant; facile omnes admittebat, comiter cum ijs conferebat, adeoque meliores & doctiores vere discendi cupidos semper dimittebat. Obtrectatores, qui deesse virtuti nunquam solent, generosissimo vindictæ genere vltus est, *contemtu & silentio*.

Valetudo ex adsiduitate studiorum.

Denique cum à contentione animi non desineret, nec desinere præ amore sapientiæ posset; valetudinem eius & vires corporis paulatim imminui necesse fuit. Mature præuiderunt amici futuri mali causas: quas tamen præsentire ipsum ardor ille studiorum, & negotium, quod agebat, posteritatis, non permittebat. Et si quando ingrauescentis morbi causa à publicis lectionibus, Medicorum suasu, abstinebat: violentum iusticium in amœnioribus literis domi consumebat. Postquam vero paulatim intestinum illud malum, quod iamdudum per omnes corporis meatus sese diffuderat, erumpere cepisset:

Morbus diuturnior.

morti paratus, nihil morbum aut mortem morabatur. Decubuit *non fere spacio*, ardenti febri, lentoque morbo exhaustus. Totum corpus ita medicamentis subactum: aquis elotum: doloribus consumtum erat; vt nihil præter nomen & vmbram Keckermanni restaret. Animus interim viuus & valens, futuræ beatitatis gaudijs fruebatur: nec aliud optabat, quam vt corporis ergastulo liberatus, quamprimum, cum DEO æternum viuere posset. Cuius sui voti paulo post à Deo compos est factus. Venit enim tandem exoptata illa hora, & vitæ, quem

Desiderium moriendi.

expectabat terminus. Hunc cum præsensisset, alacri voce: *Teneo*, inquit, *vitæ meæ finem, ab æterno DEO mihi præscriptum, immaturum eum quidem, sed felicem. Beatitudinis enim meæ partem deputo, quod ad beatitudinem citius transferor. Quid enim iuuat, aut quibus gentis diu ludi, aut lentissimo tranquillitatis tædio lassari; si nauiculam hanc vitæ meæ citius in portum immitto? Quare agite, qui mecum adestis, vota DEO nostro reddamus*. Ita inter

Voces nouissimæ.

precandum, & CHRISTI SALVATORIS identidem repetitas voces, animulam DEO placidissime reddidit, cum in terris egisset annos duodequadraginta, die vicesimoquinto Augusti, anno millesimo sexcentesimo nono. *D. Dauid Pareus in orat. de Iesuitarum strophis, & Petrus Sestrencius in laudatione funebri.*

Obitus Keckermanni.

GEOR-

Methodus formandorum ſtudiorum.
Syſtema Ethicæ.
Syſtema Politicæ.
Synopſis OEconomicæ.
Syſtema Phyſicæ ſeptem libris comprehenſum.
Syſtema Aſtronomiæ.
Syſtema Geographiæ.
Syſtematis Logici plenioris pars altera.
Gymnaſium Logicum.
Curſus Philoſophici diſputationes theoreticæ.
Curſus Philoſophici diſputationes practicæ.
Scientia Metaphyſica compendioſum ſyſtema.
Diſputationes Politicæ ſpeciales:
I. De Monarchia Perſarum.
II. De ſexaginta Rebuspublicis priſcis.
III. De Republica Athenienſi.
IV. De Republica Spartana.
De natura & proprietatibus Hiſtoriæ commentarius.
Politica ſpecialis gemina, prior Polonica, poſterior Germanica.
Apparatus Practicus.
De reſolutione orationum Ciceronis.
Præparatio ad ſacram Cœnam.
Commentatio Nautica.
Zwo Predigten zu Dantzig gehalten.
Præcognitorum Philoſophicorum lib. 2.

In libraria autem eius latitare dicuntur tum alia, tum hæc, quorum ipſe nonnullorum in editis mentionem facit: *Libri adhuc inediti.*

Syſtema Optica.
Syſtema Geometriæ.
Grammatica Hebræa.
Hiſtoria Eccleſiæ VValdenſium.
Centuriæ ſiue problemata hiſtoricarum controuerſiarum.
Syſtema prudentiæ Scholaſticæ.

Hinc indefeſſum eius & pene incredibile, ſi cum ætate contendatur, apparet ſtudium, legendi, docendi, commentandi. Nihil in omni ætate ſanctius habebat, quam tempus: idque adeo ſcrupuloſe dimetiebatur; vt non annorum & menſium modo, ſed & dierum & horarum accurata ei ratio conſtaret. Neque vero id ſine ratione, aut exemplo. Quicquid autem librorum ab eruditis edebatur; id vt anxie conquirebat; ita non minori ſedulitate euoluebat; longe abiens ab illis, qui multa congerunt, ſed non multum legunt ac tractant. *Diligentia & ardor ſtudiorum.* *Librorum lectio.*

non ſolum auditoribus publice priuatimque gratus atque vtilis fuerit: ſed & euulgatis non paucis ingenij præclari monumentis, nominis celebritatem acquiſierit. Qua permotus Senatus Dantiſcanus anno milleſimo quingenteſimo nonageſimo ſeptimo *ad Correctoratum* inclyti, quod ibi eſt, Gymnaſij, literis honorifice ſcriptis eum inuitauit. Ei vocationi cum grauibus de cauſis aſſentiri tunc non poſſet, maxime quod ab Athenis Haidelbergenſibus & dulciſſimo Muſarum conſortio, abſque ſummo dolore & ſtudiorum diſpendio, abſtrahi nequiret: in priſtino docendi munere permanſit.

Vocatur Dantiſcum.

Non aſſentitur.

Iterum à Senatu Dantiſcano ad Gymnaſium ſuum inuitabatur.

Anno autem milleſimo ſexcenteſimo primo rurſus ab eodem Senatu *Dantiſcano* ad profeſſionem publicam in Gymnaſio patrio ſolenni diplomate vocatus eſt. Quam iteratam vocationem diuinam eſſe ratus & amplexus, minime ex Academia, quæ ceu dulcis nutricula integro eum *decennio*, gremio ſuo benigne fouerat, diſcedendum putauit: quin præter *Philoſophicæ* facultatis etiam à ſuprema *Theologica* publicum diligentiæ & doctrinæ teſtimonium conſequeretur. Publico igitur ritu præſtitis ab eo iuxta leges publice & priuatim præſtandis, S. Theologiæ Licentiæ gradum ei, quaſi pro ſolenni ad docendum ordinatione, contulit vir reuerendus & Theologus clariſſimus D. *Dauid Pareus* anno milleſimo ſexcenteſimo ſecundo, die viceſimo tertio Martij.

Eo ſe confert petito teſtimonio in Theolog.

Dantiſci docet Philoſophiam.

Haidelberga in patriam vbi venit; de Senatus voluntate ad Philoſophiæ adyta iuuentutem ducere cepit; via plane compendiaria. Nam ſibi ipſe certos circumſcripſit cancellos, intra quos verſaretur, ſtatoque annorum paucorum *trium* dico ſpacio *orbem ſcientiarum* abſolueret. Hoc fine, quod Haidelbergæ inceperat, ſuo quodam filo ac methodo artes & diſciplinas Philoſophicas non ſine magnis ijſque aſſiduis laboribus concinnauit: & ſola face diuinæ illius magiſtræ Logicæ, ita digeſſit; vt ſatisfacere ingenijs non moroſis poſſe videantur. Quo tamen facto minime iuuentutem ab *Ariſtotele*, à *Platone*, reliquisque docti pulueris Magiſtris abduxit: ſed multo magis ad eoſdem, omnis eruditæ doctrinæ fontes, deduxit. Prodierunt autem typis potiſſimum *Guilielmi Antonii Hanouienſis* typographi exſcripta hæc:

Compendioſa eius docendi ratio.

Syſtema diſciplinarum conſcribit; & quo fine.

Scripta eius.

Præcognitorum Logicorum tractatus tres.
Syſtema Logicæ maius.
Syſtema Logicæ minus.
Compendioſum Logicæ ſyſtema.
Syſtema S. Theologiæ.
Rhetorica Eccleſiaſtica.
Syſtema Rhetoricæ.
Contemplatio Phyſica de loco & terræ motu.

Methodus

IOANNI BOCHIO BRVXELLENSI
S. P. Q. ANTVERP. A SECRETIS
PRÆPROPERA MORTE SVBLATO
IDIBVS IANVAR. M. DC. IX.
SABINA BOCHIA F.
EX ASSE HERES PARENTI OPTIMO
CVM LACRYMIS POSVIT.
SOLA VIRTVS EXPERS SEPVLCRI.

Ex Psalterio ipsius Bochii post obitum eius edito.

BARTHOLOMÆVS KECKERMANNVS.

Θ. 1609. d. 25. *Augusti, alii Iulii.*

1571. *Patria & parentes.*

NAtus est *Bartholomæus Keckermannus* in celeberrima Borussiæ metropoli *Dantisco*, parentibus honestis & orthodoxæ religioni addictis, patre *Georgio Keckermanno*; qui ex honesta Keckermannorum familia *Stargardiæ* in Pomerania ortum trahens, liberalibus disciplinis à puero eruditus, in aula *Barnimi* Pomeraniæ Ducis, multis annis honorifice habitus fuit; post vitæ aulicæ pertæsus, *Dantiscum* venit, ibique vxore ducta *Gertrude*, ex honorata *Loringorum* familia, femina honesta & religiosa, matre Bartholomæi Keckermanni, annos vltra triginta priuatam vitam egit, orthodoxæ fidei, vna cum fratre M. *Ioachimo Keckermanno*, vrbis pastore, suo loco confessor ac propugnator etiã cum vitæ ac fortunarum periculo.

Institutio primæ ætatis.

I. Fabricius præceptor Keckermanni.

Fundamenta Bartholomæus præclara pietatis & literarum iecit sub disciplina viri reuerendi, & Cl. D. *Iacobi Fabricii*, S. Theolog. D. Gymnasij Dantiscani Rectoris, orthodoxæ fidei contra Anabaptistas, Samosatenianos, Papistas, aliosque ὀρθοδόξιας aduersarios, assertoris constantissimi.

Mittitur VVittember. Keckerman. Inde Lipsiã.

Anno ætatis decimo octauo in Academiam *VVittembergensem* missus sub Electore *Christiano* I. vere Christiano & illustrissimo, biennio Philosophiæ & Theologiæ primitias hausit. Inde in *Lipsensem* Academiam digressus, ac semestre ibidem moratus, *Heidelbergam* venit anno millesimo quingentesimo nonagesimo secundo. Ibi consecutus ab inclyta facultate Philosophica *gradum magisterii*, primum vtramque ex ordine Regentiam *Contubernii* Academici aliquandiu cum laude administrauit. Postea à Sereniſſimo Electore Friderico Quarto ad gubernationem *tertiæ classis* in illustri *Pædagogio* vocatus: mox etiam Præceptoribus *Collegii*, quod *Sapientiæ* vocant, adscitus: tandem ab amplissimo Senatu Academico etiam publicæ *professioni* S. *linguæ* præfectus est. In quo munere ita versatum norunt omnes, quotquot ea in schola tum vixerunt; vt

Mox & Heidelbergam. Ibi fit magister & regens Cõtubernii. Docet in Pædagogio: & postea in collegio Sapientiæ. Denique in Academia Hebræam linguam.

Moſcua. Inde *Moſcuam*, immenſam & regiam vrbem, celeri peruenit curſu, cum Principis diplomate. Tantum autem hoc in itinere frigus illum corripuit, & pedes potiſſimum: vt calore naturali exſtincto, primum rigerent, deinde prorſus ſtuperent. Ipſe rem initio neglexit: ſed vbi in hypocauſto concaluit: tanti cum paulatim dolores inuaſerunt; vt præ cruciatu exquiſitiſſimo, ne ſomnum quidem capere poſſet: adeoque de pedibus reſecandis ageretur. Ibi accerſitus chirurgus ipſius magni ducis, ſpei nonnihil ſalutis ſupereſſe dicit: fomenta applicat: ſed non ſperato cum ſucceſſu.

Frigore inſolens corripitur.

Æger tædio diuturni doloris confectus traha ſe ad Lubecenſem quendam ciuem, Moſcuæ cum Naruienſibus habitantem, vehendum curat. Mœrentibus enim familiare eſt, animæ curas migratione aliqua diſcutere. Apud hunc dum forte animi gratia à prandio talis ludit: ecce tibi, derepente Slobada ſeu tractus ille ab armatis occupatur: tyrannus ipſe *Baſilides*, in medio cum filijs inuehitur, veſtitu atro, quod ominis ſiniſtri loco illic. Miles illico in domos irruit, conclauia diripit, veſtimenta inquilinis deripit, ſupellectile nulla relicta diſcedit. Bochius in præſenti periculo in fugam ſe dare, nudo corpore latebras quærere, egregie à prædonibus vapulare, donec mane facto, à ſuis inuentus, & domum ad affinem deductus, chirurgi ope, & metu illo prouehente, valetudinem recuperauit. Cauſa autem iſtius prædationis fuit, quod Germani ad Baſilidem tyrannum à Metropolite Moſchorum calumnijs delati erant, quaſi Germani, in quibus Liuones, delicijs Moſchos corrumperent, coctisque varij potus generibus, pecunia emungerent, & maſculos animos eneruarent. Sed hæc alibi * ipſe copioſius exponit.

In vita diſcrimen coniicitur.

Ex tantis cladibus ad ſuos reuerſo, ab ampliſſimo Senatu Antuerpienſi Syndici munus defertur: quæ dignitas ibi non eſt exilis aut vulgaris. In quo dum verſatur officio, varia ſcripſit: ſenecta deinde adrepente *Pſalmos Dauidicos* carmine conuertere in animum induxit, & ſubſeciuis horis, ac à munere publico vacuis operam impendit, heroicum eligens genus, quod maieſtate ſua ad ipſius argumenti reique dignitatem, quæ in Pſalmis tractatur proxime accedere videtur. Quod opus cum abſoluiſſet, & iam ſub prælo eſſet, Deo ſic volente præmoritur lucem viſuro. Epitaphium eius in Pſalterio illo refertur eiuſmodi:

**Annotationib. in Pſal. 147.*

Deſignatur Syndicus Antuerpiæ.

Vertit Pſalmos Dauidis.

Obitus.

Epitaphiũ.

Quis ſitus hic? Bochius, ſatis hoc: nam cætera dicent
Candor & integritas, ingeniumque vi i.

IOAN-

insuauissimos labores cognoscendi & dirimendi controuersias. Vbi vero cognouit cum Rami doctrina coniunctam esse illius dogmatis disceptationem; magno animi ardore pestiferum id genus amouere conatus est. Idem Berlepschius omnes vias persecutus est; quibus scriptum aduersus Dresserum editum à Ramæis, profligaret, & in autores iusta seueritate animaduerteret. *Memini*, inquit, *Parisijs quantas turbas, quantas cades peperit Rami secta*. Quin & in hæc verba grauitate magna erupit: *quid quaritis? Ramismus est gradus ad Caluinismum*. *Scriptum in Dresserum.*

Docuit deinde & vixit Lipsiæ Dresserus ad finem vitæ ita: vt ingenij vi, doctrinæque copia, & dicendi facultate, certarit cum nemine: studio vero, industria & sedulitate faciendi muneris impositi operas, æquare bonos omnes cupierit. Amicitia vsus est præcipuorum in Germania, & extra eam virorum, quorum fama literis celebratur. Item ei mouit *I. Bodinus* de quatuor Monarchijs: quem errorem communem ei cum iudæis Dresserus refutatum iuit scriptis, quæ foras data ab ipso sunt. Naturæ concessit Lipsiæ anno septimo supra mille sexcentos, die quinto Octobris; cum vixisset annos septuaginta vnum, mensem vnum, dies tredecim. *Lis de quatuor Monarchijs.* *Obitus Dresseri.*

Elucubrauit tum alia, tum hæc: *Rhetoricam*, inuentionis, dispositionis, & elocutionis exemplis, sacris & profanis quam plurimis illustratam: *Gymnasmatum literaturæ Græcæ libros tres*, orationum, epistolarum, & poematum ex auctoribus sacris ac profanis, cum exemplis modum scribendi monstrantibus: *Isagogen historicam* per millenarios distributam, & ad annum vsq; nonagesimum primum, supra mille quingentos deductam: Varias item orationes in vnum corpus redegit, iucundas lectu & dignas scitu: cum alijs libellis iuuentuti scholasticæ vtilibus. *Ex programmate funebri, scriptis Dresseri, bibliotheca, & alijs.* *Scripta.*

IOANNES BOCHIVS.

BRuxellis hic honesto loco natus, literis optimis à puero est excultus. In iuuentute, cum inter Illustr. Principis *Georgii Radiuilii* Cardinalis domesticos Romæ ageret, *Bellarmini* lectiones, quibus controuersias aduersus huius æui hæreticos explicuit, cum illo principe, qui opera eius in studijs vtebatur, assiduo frequentauit, operamque in Theologico studio posuit. Postea humaniorum literarum, & iuris ciuilis studia amplexus: in ijs ita versatus est, vt excelleret. ☉. 1609. *die* 13. *Ianuarii.* *Est in familia Radiuiliana.* *Audit Romæ Bellarminum.*

Toto anno septuagesimo octauo, supra sesquimillesimum, tractu illo peragrato, quem *Ostlandicum* vocant, tandem è Liuonia in Lituaniam peruenit sub auctumnum. Ac *Vilna* illius regionis metropoli *Smolenscam* Russiæ profectus est: Boristhenemq; primũ cymba post quatriduũ traha concretũ, transiuit. *Peregrinatur.* *Vilnæ.*

cepit priuatim. Postea allectus à patria ad scholæ triuialis informationē, & in Philosophicorū professorum numerum, literas Græcas ac humaniores docuit: laboremq; omnem promouendis scholæ commodis ac subleuandis discentum necessitatibus, impendit Decanatûs etiam munere non semel functus.

Coniugium. Anno sexagesimo quinto coniugem duxit *Iulianam*, filiam *Erasmi Sarcerii* Theologi: quæ diem suum obijt anno nonagesimo octauo. Inde transijt ad secundas nuptias Lipsiæ cum M. *Cordes* relicta filia. Patriæ Academiæ & Senatûs pædagogio, quod in Cœnobio S. Augustini instituit, cum ad annos sedecim inseruijsset: *tenam*, ex Academiæ decreto, & Principum Electorum, Palatini & Saxonis, tutorum consensu atq; mandato, ad profitendam doctrinam eloquentiæ & historiarum, loco Iusti Lipsij, qui paulo ante discesserat, fuit accersitus. Quo & venit, atque anno septuagesimo quarto, mense Nouembri orationem ibi de Eloquentiæ & historiarum studio publice habuit: quæ inter cæteras eius orationes exstat.

Tenam vocatur.

Item Lipsiã, & ad scholã Portensem ac Misnensem. Paulo post ab illustriss. Principe *Augusto*, Saxoniæ duce, & Electore, optio ipsi facta est inter tria munia: *vnum* in ludo illustri ad Salam, *alterum* in Academia Lipsensi, quod mortuo Ioachimo Camerario pridem vacare ceperat: *tertium* in ludo illustri ad Albim. Hic obsecutus est Deo & magistratui, & ex pluribus delegit Misnensem ludum, cum præsertim intelligeret Principi Electori constitutionem illius vel inprimis curæ esse. Legatus hac in re fuit *Ericus Volckmarus à Berlepsch*, Electoris Consiliarius intimus, & Thuringiæ præses. Qui & imposterum affectionem paternam in ludum illum: in Dresserum vero beneuolentiam summam constanter declarauit. Præfuit ei annis sex.

Misnensem præfert.

Ericus Volckmarus à Berlepsch.

Lipsiam accersitus fit professor. Inde anno octuagesimo primo in Academiam Lipsensem vocatus est: ad docendum vtramque linguam loco *Gregorii Bersmanni*; vbi ipsi paulo post commendata est ex aula *continuatio historiæ Saxonicæ* cum honesto stipendio. Venit autem Lipsiam eo tempore; quo (verba referimus ipsius Dresseri) anceps malum in Academiam illam inuaserat: dum nonnulli argutias Rami, repudiata doctrina Aristotelis & Melanchthonis, inuehere conarentur: alij religionis quædam dogmata ad sensum Caluini inflecterent. Vtrumque extremum declinare ipse cupiebat: & quoniam concertatio de Rami nouitatibus Philosophicam communitatem vehementer conturbarat; abstinendum sibi ab eius consortio esse putauit, ne in medium certamen atque discrimen se obijceret. At Berlepsius, Electoralis commissarius, cum à proposito dimouit, graui oratione appellans: *Quid tu*, inquiens, *tibi sumis? an non putas me quoque lites & conflictiones studiose fugere? interim tamen subire me oportet*

Dissidium inter Aristotelicos & Ramæos.

insua-

Cepit Græce conuertere *quadraginta quatuor Psalmos Germanicos*, in Ecclesia cani solitos, vt ipse scripsit; **Dem bösen Feindt zu leidt / wann schon solche Werck das ansehen nicht haben / daß sie** Mœcenates **oder** Typographos **bekommen.**

Scripsit orationem *de Eua: maioribus enim meis operibus iacentibus*, inquit, *λογογραφειν & parua opuscula scribere placuit. Quiescere enim nullo modo possum, subinde cogitans illud Ieremiæ* 48. *Maledictus qui opus Domini facit negligenter.*

Scripsit orationem de *Agar*, de *Ruth*, de vtraque *Hanna*, matre Samuelis & Prophetissa Lucæ secundo, de *Vidua Sareptana*, de *Iesabele* & *Athalia*, de *Hulda* prophetissa, de *Raguelide*. *Opus* præterea *Panhæreseων* Græce, & Latine conuertit. Pleraque enim Theologica prius Græce, deinceps Latine elaborauit. *Conciones* etiam adornauit *Eslingenses*, & quinque terrestres planetas Græce: nec non conciones contra *Gentilismum* & *Antitrinitarios*.

Reuersus deinde ad laudationes feminarum, scripsit orationem de *Susanna*, de *Iuditha*, de mulieribus sub Antiocho Epiphane interfectis, de *Rizpa* & *Hircanide*, de *Iephtiade* virgine, de 2. tyrannicis Salo. de *Elisabetha*, de *Maria* Deipara, de *Hæmorrhousa*, de *Tabita*, de *Rhoda*, de *Lydia*. Ita per nouem annos feminas celebrauit: & vitam Iacobi Andreæ, olim cancellarij Tubingæ, prolixe descripsit: adeoque in lingua Latina & Græca diuersarum rerum reliquit scripta volumina *septuaginta octo* quod ab alio nostro æuo vix factum. Siquidem in totidem saltem describendis, nedum commentandis ac elimandis, vita vnius tota occupari posset. *Ex oratione funebri, habita à Vito Müllero Theol. & Philosoph.*

MATTHÆVS DRESSERVS.

Θ. 1607. die 5. Octobr. ætat. 71.

PAtria huic in Germania contigit Thuringia, eiusque prouinciæ caput *Erfordia*: vbi modicis parentibus natus est, anno salutis instauratæ tricesimo sexto, supra mille quingentos, die vigesimo quarto Augusti memoriæ S. Bartholomæi consecrato, & infami laniena illa Parisiensi, quæ post annos ab huius ortu trigesimo sexto accidit. Puer literis imbutus in patria est: inde *Islebia* in Comitatu Mansfeldiæ. Post incrementis laudabiliter factis ad scholas publicas sese contulit primum Wittembergam, ad audiendum Lutherum & Philippũ: sed diu ibi non mansit, propterea quod perpetuis morbis ibi conflictaretur. Reuersus Erfordiam, præceptorem habuit in Græca lingua *Mauritium Sidemanum*. Inde paulo post ipse docere cepit: & tandem Magister artium renunciatus est Erfordiæ anno quinquagesimo nono; & ibi artes dicendi docere

Erfordia.

Institutio pueritiæ.

VVittember. abit.

Redit in patriam.

Docet ibi.

Auxit *compendium Æthiopicum Heliodori*, quod anno quinquagesimo primo conscripserat, addita historia de periculis patris & bello Protestantium.

Scripsit contra *Strigilim* Frischlini: & magnum opus, quod *coronam anni* nominauit, & ad cuius excusionem diu typographum desiderauit, tandem anno nonagesimo secundo Wittemberga prodijt.

Minuta opera Crusii.

Postea cum grandibus operibus difficulter Typographos inueniret; ad minuta se conuertit: ediditque *Orationem de Irena*, de *Eberhardo Barbato*, de *Friderico Barbarossa* Imperatore, & vxore *Beatrice*, cum epitaphio vtriusq; Græco Latino: duas conciones Græco-Latinas de *Iohanne Baptista*: orationem *de Friderico Ænobarbo*.

Incepit & commentaria *in Homeri Iliadem*, & Pulcheriam orationem.

Annales Sueuiæ.

Anno nonagesimo quinto prodijt oratio *Caluensis*, & *annales Sueuiæ*: quos scripsit ἐνὶ καὶ τῷ αὐτῷ καλάμῳ, δικνεκεῖ ἐν τῷ γράφειν στάσει, οὐ καθίσει: in quorum annalium conscriptione amplius ducentos autores percurrit.

Anno nonagesimo nono excusa est ipsius oratio de *Amalasuenta*, cum alijs scriptis, quæ ad reginam Angliæ misit.

Edidit *Antipoppysmum*, & tertiæ vxoris epicedia, cum tribus orationibus scholasticis in promotionibus ante habitis, orationem *de tempore bene locando*, de dicto *Dic cur hic*, de duobus seculis, de *Esthera*, oratione funebri ornauit M. *Leonhardum Engelhardum*, Stutgardianum Pædagogiarcham.

Postea scripsit orationem de *Abigaila* & *Bethseba*, de *Rachele*, de *Lea*, de *Miriam* Mosis sorore, de *Raaba*, de *Debora* & *Iahele*.

Composuit & orationem funebrem Generosi baronis *Henrici à* Landaw / æterna memoria digni.

Scripta nondum edita.

Supersunt & plura alia nondum excusa, ingenio & industria magna elaborata; vt *commentaria in totum Homerum*, res magni laboris: *Catechesis* concionum centum quadraginta sex

Conciones in templo Græce à Crusio excepta.

Aliquot etiam codicibus in forma quarta ab anno sexagesimo tertio in templo, supra genua calamo excepit & collegit concionum Græcarum *septem millia* & amplius.

Nam anno sexagesimo quarto die tertio Maij inter professores sedens, primo Latine, sicut anno præcedente, excipere solitus est: Postea decimoquinto* Iunij subito quasi ἐνθουσιασθεὶς, illam concionem, quam Latine inceperat, Græce continuauit, concionante tunc D. Theodorico Snepfio ex capite quarto Actorum: quod fuit initium Græcarum concionum, ad annum vsque emortualem.

** Verba sunt ipsius Crusii.*

Cepit

dit in infantia: quando etiam tum, cum nondum erecto corpusculo incedere posset, πτερνοδίῃ digito in puluere vel arena figuras, tanquam literarum characteres, formare à matre obseruatus fuit. Inde etiam postea, cum virium imbecillitate, febribus, alijsque exerceretur, & in thermis aut balneis esset: studia tamen nunquam intermisit. Ex ea studij pertinacia & lucubrationibus continuis, acies oculorum ipsius adeo fuit hebetata; vt eminus difficulter cernere potuerit. Quare sub prandij & cœnæ tempus à nepotibus anagnostis, quotcunque vel ex nundinis vel aliunde potuit nancisci libros nouos, prælegi sibi curauit: aut si nouos habere nullos posset, antiquos præsertim historicos & polemicos Theologicos, ex varijs bibliothecis petitos, etiam quos iam olim in iuuentute ac constante ætate legisset: & ex singulis, quod ipsi solenne, locos communes collegit. Lectiones publicas adsiduitate magna, & non nisi præmeditatus obiuit: habuitque ad minimum quibus docuit annis *vi[illegible] mille*. Disputationes singularum facultatũ, præsertim Theologorum & Philosophorum, magno cum studio frequentauit; & vtplurimum ipse etiam aliquid opposuit; vti & nunquam defuit perorantibus de argumentis grauibus ac fructuosis. Baccalaureos in Academia Tubingensi septem in Decanatibus promouit *trecentos & triginta*: Magistros totidem, vno excepto. Fama doctrinæ & virtutis eius fuit tanta: vt innotuerit summis Viris per Germaniam, Italiam, Galliam, Hispaniam, Angliam, Sueciam, Daniam, Bohemiam, Vngariam, Græciam, Turciam, Ægyptum, & Palæstinam: habueritque discipulos in omnibus fere regnis, & in ipsa Barbaria Christianos. Inde ex remotissimis locis quotidie fere innumerabiles ad ipsum scriptæ fuerunt literæ, & ab ipso rescriptæ. Viuet igitur Crusius, dum homines erunt, tum in animis bonorum, tum in scriptis, quæ posteritati elucubrauit plurima. Cõscripsit enim sex *Grammatica Latina* partes, quas pro schola Memmingensi in duo volumina contraxit: duas item *Græca Grammatica* partes congruentes, graui ipsius Camerarij iudicio approbatas: *Quæstiones in Rhetoricam* Melanchthonis edidit, multis in scholis & pædagogijs vsitatas: librum *poematum* Oporinus excudit: confecit copiosissimum *in commentarios Schenckii indicem*. Conscripsit *Catechismum Græcum & Latinum*, πολίτευμα ἀρχαῖον. Iussu Illustriss. Principis Ludouici conuertit *Græce compendium Herbrandi*: vt mitti posset Constantinopolin: conuertit & *historiam P. Vilhelmi Tyrii* de bello sacro, eamque in compendium redegit. Collegit *Lexicon Barbaro-Græcum* ex literis ad se Constantinopoli missis. Conscripsit Græcè & Latine *Turcograciam*: paulo post & *Germanograciam*, cum tertio responso ad Patriarchã Constantinop. *Compendium* insuper *Rhetorica* pro scholis & monasterijs ducatus Wirtemb.

Anagnostæ Crusii nepotes.

Diligentia in docendo.

Baccalaurei & Magistri à Crusio promoti.

Celebritas & fama.

Scripta Crusii.

O Deus assistas precibus, tuaque omina firma!
Laus tibi, summe Deus. Nam tu mea gloria solus.

Precatio in morbis.

In morbis, quibus vltimis annis laborauit, sæpius hanc precationem repetiuit. *O sol iustitia, ô veneranda Trias, laudaui te hactenus, & me in Christo moriturum, quandocunque Deus veniat, protestatus sum sanctæ Triadi: etiamsi fere subito mors me inuadat.* **Ja Herr in dir stirb ich / ich werde begriffen wie es seye. Allein vor verderblichen Sünden behüte mich.**

Beneficentia in egenos.

Cumque prodesse omnibus, nocere autem nemini vellet: exules & egenos pro modulo facultatum iuuit, eosque cum verbis consolatus est, tum viatico instructos humanissime dimisit, optima quæq; singulis precatus. Tenerrima itidem στοργῇ prosecutus est coniuges tres, & liberos, ac nepotes: quos liberali sumtu à pueris educauit: &, ne post mortem suam studiorũ ipsis deessent subsidia, stipendium pro illis, cognatis eorum, alijsq;, Tubingensi in contubernio, florenorum *mille quadringentorum* fundauit, hypocausto ibi conducto, quod *Crusianum* appellatur. Matri, vt supra diximus, ἀντιθρεπτήρια quoq; egregie addidit: eiusque benedictioni acceptum tulit vitæ, contra suã spem longioris, spacium. Etsi enim in infantia de vita eius desperatum fuit, ac puer tenuissima vsus est valetudine, adeo vt congerrones illudentes ei *caluariam*, ein Todtenschädel / vocarint: attamen ætate omnes condiscipulos, longe se & corporis robore & valetudine firmiores, superauit. Id quod ipse grato animo agnoscens, sæpe *DEI miraculum* se appellauit, ac iunioribus exemplum suum, cõmonefaciens eos de pietate parentibus debita, frequenter inculcauit. Ad eam autem longæuitatem plurimum profuit vita temperans & sobria: qua naturam paucis cõtentam omni tempore est imitatus. Domi enim tam in cœna, quam in prandio exiguum cibum potumq; sumsit: foris in conuiuijs, ad quæ à magnatibus, virisq; doctis crebro inuitabatur, hilaris erat, & comis, sed temperantissimus. Quo nomine grata ac iucunda fuit eius consuetudo senibus iuxta & iunioribus, nobilibus & ignobilibus. In procliui enim ipsi erat ex historijs antiquis, & nouis varia depromere virtutũ ac vitiorum exempla: neque facile auctor nominari potuit de Latinis, Græcis, Hebræis, Italis, Gallis, Hispanis, quem ipse non euoluisset. Absoluto quouis conuiuio domum reuersus, diligenter annotauit, quæ ab alijs pie, ingenioseque dicta factave essent, vel ab alijs audiuisset: semperque adiecit; *redii domum hac vel illa hora νήφων, aut νηφάλιος, bene habens, & ad horã decimam studia quotidie continuans.* Diligentia enim fuit tanta, vt ab hora quinta tam hybernis, quam æstiuis diebus ad prandium vsque, & statim à prandio ad cœnam, à cœna ad decimã vsque, literis & libris tum euoluendis, tum conscribendis operam daret. Et huius quidem scribendi studij argumentum edi-

Pietas in suos.

Crusianum stipendium.

In pueritia imbecillis valetudinis fit Θείᾳ Χάριτι μακροβιώτατος.

Temperantia.

Comitas in congressibus.

Diligentia & studiorum ratio.

qui horum mentionem in carmine facit, is idola sibi adiumento adsumit. Videat, qui hoc facit, ne sit abnegatio Christianismi. Nec admitto colores, qui afferri possunt: Vt, fieri propter ornatum carminis. Abeat ad Plutonem hic ornatus aut maiestas carminis. Itane sordent nobis Deus Pater, Filius, & Spiritus sanctus? Itane displicent nomina Patriarcharum, Prophetarum, Apostolorum, & aliorum? Horum altum est silentium in carminibus Christianorum hodie multorum. Ita & Græcos ad se venientes, & alios, remisit ad fontes sacrarum literarum: ἰτητέον, inquiens, πρὸς τὰς πηγὰς τοῦ Ἰσραὴλ. ἀλλ' οὐ πρὸς λίμνας καὶ ἐντάλματα ἀνθρώπινα. Σὺ κυρήξεις τὸ εὐαγγέλιον καθαρῶς τῇ ἑλλάδι. Sæpe & hos versiculos repetebat:

Diuinum verbum manet omnia secula firmum:
Cætera quæque suo sunt peritura die.

Vtebatur & tali similitudine: *quemadmodum in prælio aliquo, rebus desperatis, signifer periens, suo se vexillo inuoluit, magnoq; animo moritur: & fidem erga Imperatorem suam ita demonstrat: sic & ego, Domine Iesu Christe, spe longioris in terra vitæ amissa, quandocunque hora mea venerit, me in vexillum tuæ de omnibus spiritualibus nostris hostibus victoriæ partæ, sub quo signo iam inde à sacra mei baptizatione militaui, includo, & solo tuo maximo promerito nixus tibi animam meam trado, Amen.*

O Deus adsistas, ex te nam pendeo totus!
Tu Crusi confide Deo, cui sunt tua curæ.

Sub initium cuiuslibet anni forma precandi vsus est huiusmodi: *Domine DEVS, ô sanctissima Trias, gratias tibi ὁλοκαρδίως ago: pro innumeris & maximis beneficiis in me tuis. Nam cum ante annum vicesimum sextum post sesquimillesimum nondum essem, me hominem creasti, non bestiam: hominem autem ex legitimo matrimonio, hominem Christianum, tum baptizatum in te, tum institutum in Catechismo à parentibus piis. Me in scholis à bonis præceptoribus erudiendum curasti: à teterrimis hæresibus me custodiuisti: Memminga Tubingam me paterne deduxisti: gratiam & honorem ibi docendi permisisti: Constantinopolinme verbum tuum perscribere voluisti: Græcorum notitiam habere permisisti: Vxores tres & multos liberos dedisti: sed cruce etiam varia crebraque merito & paterne castigasti: grauissimis aduersariis exercuisti: sed gloriose liberasti. Ex periculis serpentum, gladiorum, calumniarum, lapsuum, morborum eripuisti: me ad longam senectutem, quam sperare ausus non essem, perduxisti, & adhuc satis vegetum seruas. Pro his omnibus, & aliis, quæ enumerare non possum, beneficiis, ô sacrosancta Trias, tibi toto pectore gratias ago, agamque dum viuam. Da gratiam porro, & opera, quæ inuocato nomine tuo scripsi, ad gloriam tuam & multorum vtilitatem profer & dirige. Tandem etiam beatum obitum & vitam æternam mihi dato. Per Iesum Christum vnicum Saluatorem nostrum & Dominum, Amen.*

Crusii ad Deum gratiarum actio sub initium anni.

O Deus

Præsagiebat nimirum animus, finem huius & initium alterius vitæ appropinquare: inde quasi diuinitus admonitus, seipsum consolans sæpe dixit:

Crusi, ne pauens: sed adora vulnera Christi:
Perpetuas laudes nam paritura tibi.

Gratiarum actio pro Bibliis conseruatis.

Paulo ante mortem gratiarum actionem composuit pro conseruatis Biblijs, inde ab initio ad nostra vsque tempora, inter tot diaboli & hæreticorum machinationes ac impostu-

Morbus nouissimus.

ras. Statim deinde mense Februario vires deficere ceperunt adeo: vt domi se continere, atque lectionem Batrachomyomachiæ, mense præcedente inchoatam, suspendere cogeretur. Accessit tussis ex catarrho & inappetentia: vt nec cibum, nec potum adsumere vllum potuerit: quibus spiritus, laboribus, curis & vigilijs exhausti, reficiendi erant. Et quamuis omnem fidem, operamque medicus adhiberet: depelli tamen febricula μεσεμβρινὴ non potuit: viresque paulatim collabascere ceperunt, sed sine dolore. Nam nullum se dolorem sentire aliquoties confirmabat: & nisi persuasum à D. Ziglero, infirmitatem animaduertente, ei fuisset; vt in lectum sese componeret, domique contineret: sicut Plato ætatis octuagesimo primo anno scribens, ita & ipse, eadem ætate, scribens & stans mortuus fuisset. Vt autem ante bene valens frequenti Eucharistiæ vsu fidem confirmarat, ita & sub finem vitæ fecit; tandemque vicesima quinta Februarij hora prima matutina, sine horrore omni præter adstantium exspectationem ex hac vita discessit. Sepultus est postridie in templo, vt vocant, Georgi-Martiniano, funus prosequente Academia & ciuitate, concionemque D. Andrea Osiandro habente.

Obitus Crusij.

Funus.

Ita absoluit Crusius vitæ suæ curriculum, inter labores catenatos curasque adsiduas; vnde patet diaria omnium Christianorum calamitas, inprimis literatorum, & eorum, qui scholis sese manciparunt. Hinc forte haud inepte Nicodemus Frischlinus præceptorem definijt, *personam, quæ cum gemitu officium faciat*: nec falsum Trocedorfius ille dixit hoc disticho:

Definitio præceptoris.

Artes tradebam totius tempore vitæ;
Et, quæ sunt mundi præmia, pauper eram.

Abiecto autem opum studio, per omnem vitam nihil antiquius ipsi fuit, quam vt gloriam DEI promouere, & benefacere quamplurimis posset. In carminibus noluit mentionem à studiosis fieri vel *Apollinis*, vel *Palladis*, aut huiusmodi: *Ego* (inquiebat aliquando ad poetam quendam) *semper adolescentes à talibus nominibus dehortor. Mariæ Virgini cultum & inuocationem DEO debitam negamus; cur inuocarem Apollinem, aliosve diabolos? Christianus tenetur ex animis hominum idola remouere:*

Reiicit voces & phrases Ethnicorum.

qui

autem cordati parentes in eo vel vnice post animæ salutem laborant: vt ante obitum liberis suis de necessarijs prospiciant: ita Crusius erga scripta, nondum impressa, affectus fuit. Laborauit enim plurimum, varijs ad varios scriptis literis, plurimisque coram compellatis: de typographo illis vt prospiceret. Id quod annis sequentibus impetrauit: præsertim tum, cum illustrissimus dux Ludouicus inaugurationi noui collegij Tubingæ interesset, eidemque *Coronam anni* Crusius humilime offerret. Sæpe dicere solitus hinc fuit: non minori labore publicationem librorum, quam conscriptionem sibi constare. Testamentum etiam, quod de rebus suis inter filias plurium vxorum diuidundis perscripsit, mature ac solenniter fecit. Occupatus quoque circa stipendij fundationem fuit: vt posteritati etiam consuleret. Tandem cum exacto ætatis suæ anno octuagesimo vires corporis præsentisceret in dies decrescere, nec non oculi magis magisq; caligare & diffusis radijs vibrari inciperent; sicut nihil in votis magis habuerat per omnem vitam, quam pie, honeste, & cum vtilitate aliorum viuere: ita tum summo desiderio ex hoc miseriarum pelago pie excedere desiderauit: eaque de causa omnes res suas, ea qua fieri potuit prudentia disposuit. Sub initium enim anni ætatis suæ octuagesimi primi, conuocauit totum cum rectore Vniuersitatis Senatum, & Professores reliquos, & officiales, præsente etiam nobilissimo viro *Matthæo Enzlino*, Wirttembergico consiliario intimo: atque in domo Vniuersitatis, quod antea à priuato factum non erat, coram omnibus DEO nostro gratias deuote egit, commemoratis beneficijs, quibus per decursum præcedentium octoginta annorum affectus fuisset. Orauit eundem, vt illustrissimos Principes Wirtembergicos, aliosque sinceros verbi diuini & iustitiæ custodes, totam Academiam, singulaque illius membra, protectioni suæ commendata haberet ad finem vsque mundi. Postmodum splendidum suis sumtibus conuiuium ipsis præbuit; donato prius Vniuersitati insigni poculo, centum florenis æstimato. Inde bibliothecam duobus florenorum millibus indicatam; quam summo labore ac sumtibus ex varijs Europæ & Asiæ etiam locis conquisierat, disposuit: atque cum amicis de loco sepulturæ, de loculo, de lapide sepulcrali consilium inijt. Libenter enim & frequenter de discessu suo sermonem habuit, contra multorum doctorum iuxta & indoctorum hominum consuetudinem. Epitaphium etiam sibi scripsit eiusmodi, quod tabulæ postea inscriptum:

Et de typographo libris suis prospicit.

Conuiuium quasi ἐξιτήριον instituit.

Bibliotheca Crusii.

Sepulturæ locum elegit.

Epitaph. sibi scribit.

Ἐνθάδε παιδευτὴς, Μαρτῖνος Κρούσιος εὕδω,
Ἑλλάδος ἐν Τυβίγγῃ· μούνῳ σοι Χριστὲ πεποιθώς.
Crusius hic recubo, docui qui Græca Tubingæ
Atque Latina diu, Christo confisus in vno.

Præsa-

Iterum transfertur Acad. Eslingam.

rum in agro Wirttembergico grassari cepit. Itaque ex Senatus decreto Eslingam Academia se contulit: vbi mense Septembri docere ceperunt professores. Sed cum sub finem Decembris remitteret lues, amplius nongentis hominibus Tubingæ sublatis; redijt eo anno sequenti verno tempore Academia, cum prius domum reuersura Senatui Eslingensi φιλοξένῳ καὶ εὐεργέτῃ prandium ἐξιτήριον dedisset.

Reuertitur.

Anno septuagesimo tertio, cum Imperator *Maximilianus* secundo esset legationem missurus ad Selimum secundum, Turcarum tyrannum: legationis princeps *Dauid Vngnad*, liber Baro in Sonneck, ab illustrissimo principe *Ludouico* concionatorem petijt aulicum. Missus est igitur è stipendio illustri D. *Stephani Gerlachij*: quo cum Crusius misit ad Patriarcham Constantinopolitanum primam epistolam Græce scriptam: quod idem fecit anno sequenti, quo & Augustanam confessionem Græce à *Paulo Dolscio* conuersam. Responsa ad eas literas accepit anno septuagesimo sexto, quæ omnia, iussu illustrissimi ducis Ludouici, de Græco in Latinum conuertit, vti & compendium Herbrandi. Anno septuagesimo nono denuo Constantinopolin scripsit, missis simul libris florenorum quadraginta duûm. Bilem mouit mutua isthæc scriptio Pontificijs: qui, nescio quid veriti, prohibuerunt, ne libri Lutheranorum transportarentur ad Græcos. Postea cum Germano-Græcia & Turco-Græcia in lucem emissæ essent; statim aduersarij sese opposuerunt; inter quos Stanislaus Socclouius sese acerrimum præbuit, cum Georgio Scherero Iesuita, & Io. Baptista Ficklero I C. Perrexit autem Crusius legere M S. codices Constantinopoli emptos: in quibus Græco-Barbarum Michaelis Contacuzeni Chronicon. Ex hoc Barbarogræcam linguam, vt hodie in vsu apud Græcos est, didicit, primusque in Germania eam docuit. Cum itaque literis & scriptis apud varios Græciæ Episcopos, tum in Ægypto, tum in Græcia, & Constantinopoli agentes, innotuisset Crusius: Græcorum multi è Græcia in Germaniam profecti, ipsum salutarunt; quos singulos recensere longum foret. Hoc prætermittendum non videtur; quando cum eo fuit quidam *Nicolaus Kali* Græcus, ex Corona vrbe Peloponnesi, pedem catena vinctus, homo idiota, vulgari lingua Græce loquens; sensit Crusius accentus in plerisque dictionibus ita se habere; vt à Grammaticis in veteri lingua pura notati essent: quæ res vt auditu iucunda ipsi accidit; ita in veritate rei Grammaticæ non parum confirmauit. Nam eo vsque regulæ de accentibus argutiæ ipsi fore visæ fuerint. Ab anno nonagesimo secundo, cum vires labascere animaduertisset: ad pium ex hac vita discessum se præparauit; cũ & eo anno filius ipsius vltimus rebus humanis eximeretur. Vt

Scribit ad Patriarchã Constantinopolitanum.

Mittit eidem Augustanã confessionem.

Et libros non Græcos.

Discit Barbaro-Græcã linguam.

Accentus Græcorum.

Parat se ad mortem.

autem

scripta perlegit, expendit, correxit, commendauit. Mense Nouembri eiusdem anni cum M. *Samuele Heilando* in collegium Philosophorum receptus, & lectio itidem poetica ei oblata est; quæ deinde M. Culingio commissa fuit.

Anno sexagesimo quarto, Octobris die decimo octauo, Decanus Philosophorum Crusius designatus est: qua de causa tum hic, tum sequens annus ipsi laboriosissimus fuit. Conuersatus est sæpius cum Magnatibus, eo tempore Tubingæ agentibus, cum Barone Vngnadio, Vergerio Episcopo Italo, Principe Lituano Radeuilio, Ioanne Sturmio, Hieronymo Wolfio, alijsque plurimis. Per diem ter docebat Græca, Rhetoricam, & orationes Ciceronis: duas lectiones ipse audiebat D. Schegkium in organo, postea in Galeno, Liblerum in Physicis: tres mensas conuictorum alebat: Decanus ipse aliquot orationes habebat: numerus auditorum in Homero tantus erat; vt auditorio accessionem adiungere necesse fuerit. *Decanus artium designatur.*

Anno sexagesimo sexto, peste Tubingæ grassante, edictum ab Vniuersitate propositum est: vt qui scholam sequi vellet, de loco Eslingæ * sibi prospiceret. Qua de causa Rector Academiæ D. Schegkius auctor Crusio fuit: vt per mensem aut domi se contineret, aut alio excurreret. Quod consilium secutus *Friburgum* Brisgoiæ profectus est; vbi ab Hartungo, alijsque doctoribus honorifice exceptus, *Basileam* perrexit: & ab Oporino humaniter, à toto Senatu magnifice habitus, quatuor fere menses ibi hæsit. Interea autem temporis domi matrem, quæ ab ipso, anno ætatis suæ quinquagesimoquinto demum literas edocta, postea dies noctesque Biblia sacra euoluit, & filiam epidemica lue exstinctam amisit. * *Commigrauit Academ. eo cum quadringentis studiosis. Peste grassante Friburgũ & alio excurrit. Amittit matrem & filiam.*

Anno sexagesimo septimo mense Ianuario, reuocatus est Basilea Eslingam; vbi commorabatur Academia. Reuersum Facultas artium gratulabunda egregia excepit cœna: ipse rebus suis compositis ad lectiones ordinarias redijt: priuatim vero opus Aristotelis relegit. *Reuocatur Eslingam.*

Anno sexagesimo octauo cum Vniuersitate, ex beneuolo & honorifico Eslingensi hospitio, reuersus feliciter, & docere Tubingæ cum cæteris aggressus est. Tunc Senatus Academicus è studiosis eos, qui contra publicum edictum, & citra causam iustam, remanserant; ciuitate scholastica exclusit propter inobedientiam, & Magistratui oppidano tradidit. *Redit cum Academia Tubingam.*

Anno sexagesimo nono, per Iunium legit historias *Zonaræ*: audiuit Schegkium in organo, item in arte parua Galeni: & Liblerum in Physicis per annos sex. Liberatus etiam tunc lectione Rhetorica, integro manente salario, successorem habuit M. *Georgium Burckardum*.

Anno septuagesimo primo, mense Iulio exeunte, pestis ite-

CHAP. XIII. 1 Barnabas and Saul are separated by the Holy Ghost. 4 Elymas the sorcerer withstandeth them. 6 Sergius Paulus believeth. 9 Paul smiteth Elymas with blindness. 13 John departeth from them. 14 Paul preacheth in the synagogue of Antioch. 42 The Gentiles desire to hear him. 43 Many follow them. 45 The Jews envy. 46 Paul and Barnabas turn to the Gentiles. 48 Many believe. 50 The Jews stir up persecution against them. 52 The disciples are filled with joy.

Now there were in the church that was at Antioch certain prophets and teachers; as Barnabas, and Simeon that was called Niger, and Lucius of Cyrene, and Manaen, which had been brought up with Herod the tetrarch, and Saul.

2 As they ministered to the Lord, and fasted, the Holy Ghost said, Separate me Barnabas and Saul for the work whereunto I have called them.

3 And when they had fasted and prayed, and laid their hands on them, they sent them away.

4 So they, being sent forth by the Holy Ghost, departed unto Seleucia; and from thence they sailed to Cyprus.

5 And when they were at Salamis, they preached the word of God in the synagogues of the Jews: and they had also John to their minister.

6 And when they had gone through the isle unto Paphos, they found a certain sorcerer, a false prophet, a Jew, whose name was Barjesus:

7 Which was with the deputy of the country, Sergius Paulus, a prudent man; who called for Barnabas and Saul, and desired to hear the word of God.

8 But Elymas the sorcerer (for so is his name by interpretation) withstood them, seeking to turn away the deputy from the faith.

9 Then Saul, (who also is called Paul,) filled with the Holy Ghost, set his eyes on him,

10 And said, O full of all subtilty and all mischief, thou child of the devil, thou enemy of all righteousness, wilt thou not cease to pervert the right ways of the Lord?

11 And now, behold, the hand of the Lord is upon thee, and thou shalt be blind, not seeing the sun for a season. And immediately there fell on him a mist and a darkness; and he went about seeking some to lead him by the hand.

12 Then the deputy, when he saw what was done, believed, being astonished at the doctrine of the Lord.

13 Now when Paul and his company loosed from Paphos, they came to Perga in Pamphylia: and John departing from them returned to Jerusalem.

14 But when they departed from Perga, they came to Antioch in Pisidia, and went into the synagogue on the sabbath day, and sat down.

15 And after the reading of the law and the prophets the rulers of the synagogue sent unto them, saying, Ye men and brethren, if ye have any word of exhortation for the people, say on.

16 Then Paul stood up, and beckoning with his hand said, Men of Israel, and ye that fear God, give audience.

17 The God of this people of Israel chose our fathers, and exalted the people when they dwelt as strangers in the land of Egypt, and with an high arm brought he them out of it.

18 And about the time of forty years suffered he their manners in the wilderness.

19 And when he had destroyed seven nations in the land of Chanaan, he divided their land to them by lot.

20 And after that he gave unto them judges about the space of four hundred and fifty years, until Samuel the prophet.

21 And afterward they desired a king: and God gave unto them Saul the son of Cis, a man of the tribe of Benjamin, by the space of forty years.

22 And when he had removed him, he raised up unto them David to be their king; to whom also he gave testimony, and said, I have found David the son of Jesse, a man after mine own heart, which shall fulfil all my will.

23 Of this man's seed hath God according to his promise raised unto Israel a Saviour, Jesus:

24 When John had first preached before his coming the baptism of repentance to all the people of Israel.

25 And as John fulfilled his course, he said, Whom think ye that I am? I am not he. But, behold, there cometh one after me, whose shoes of his feet I am not worthy to loose.

26 Men and brethren, children of the stock of Abraham, and whosoever among you feareth God, to you is the word of this salvation sent.

27 For they that dwell at Jerusalem, and their rulers, because they knew him not, nor yet the voices of the prophets which are read every sabbath day, they have fulfilled them in condemning him.

28 And though they found no cause of death in him, yet desired they Pilate that he should be slain.

29 And when they had fulfilled all that was written of him, they took him down from the tree, and laid him in a sepulchre.

30 But God raised him from the dead:

31 And he was seen many days of them which came up with him from Galilee to Jerusalem, who are his witnesses unto the people.

32 And we declare unto you glad tidings, how that the promise which was made unto the fathers,

33 God hath fulfilled the same unto us their children, in that he hath raised up Jesus again; as it is also written in the second psalm, Thou art my Son, this day have I begotten thee.

34 And as concerning that he raised him up from the dead, now no more to return to corruption, he said thus, I will give you the sure mercies of David.

35 Wherefore he saith also in another psalm, Thou shalt not suffer thine Holy One to see corruption.

36 For David, after he had served his own generation by the will of God, fell on sleep, and was laid unto his fathers, and saw corruption:

37 But he, whom God raised again, saw no corruption.

38 Be it known unto you therefore, men and brethren, that through this man is preached unto you the forgiveness of sins:

39 And by him all that believe are justified from all things, from which ye could not be justified by the law of Moses.

40 Beware therefore, lest that come upon you, which is spoken of in the prophets;

41 Behold, ye despisers, and wonder, and perish: for I work a work in your days, a work which ye shall in no wise believe, though a man declare it unto you.

42 And when the Jews were gone out of the synagogue, the Gentiles besought that these words might be preached to them the next sabbath.

43 Now when the congregation was broken up, many of the Jews and religious proselytes followed Paul and Barnabas: who, speaking to them, persuaded them to continue in the grace of God.

44 And the next sabbath day came almost the whole city together to hear the word of God.

45 But when the Jews saw the multitudes, they were filled with envy, and spake against those things which were spoken by Paul, contradicting and blaspheming.

46 Then Paul and Barnabas waxed bold, and said, It was necessary that the word of God should first have been spoken to you: but seeing ye put it from you, and judge yourselves unworthy of everlasting life, lo, we turn to the Gentiles.

47 For so hath the Lord commanded us, saying, I have set thee to be a light of the Gentiles, that thou shouldest be for salvation unto the ends of the earth.

48 And when the Gentiles heard this, they were glad, and glorified the word of the Lord: and as many as were ordained to eternal life believed.

49 And the word of the Lord was published throughout all the region.

50 But the Jews stirred up the devout and honourable women, and the chief men of the city, and raised persecution against Paul and Barnabas, and expelled them out of their coasts.

51 But they shook off the dust of their feet against them, and came unto Iconium.

52 And the disciples were filled with joy, and with the Holy Ghost.

Ivy, 1, 2, 3, 4, 5, 6, 7, 8, 9, 10, 11, 12, 13, 14, 15, 16, 17, 18, 19, 20, 21, 22, 23, 24, 25, 26, 27, 28, 29, 30, 31, 32, 33, 34, 35, 36, 37, 38, 39, 40,

Additur nobilibus Werteris informator.

Eodem anno è collegio illo, bona cum gratia præceptorum, ad adolescentes è Thuringia nobiles *Philippum & Antonium de Werter*, in ædes Iacobi Froschesleri, commigrat. Vsi fuerant illi ante Hieron. Wolffij, Oetingensis opera, & ante hunc G. Fabricij Chemnicensis institutione. Factũ est id sciru permissuq; Senatus Vlmensis, cui obligatus Crusius erat: quẽ consensum Sturmius hac epistola impetrauit:

Epistola Sturmii ad Senatum Vlmensem.

Sunt hic nobiles adolescentes duo è familia Werterorũ, quorum frater Wolffgangus cupit eis padagogũ præfici, qui schole nostræ rationem teneat & sequatur, atq; absoluto cursu cum ipsis in Galliam aut Italiam proficiscatur. Rogo vt permittatis, non solum, meo, qui id maximopere cupio nomine: verum etiam Werterorum causa, qui digni sunt hoc beneficio ob humanitatẽ & religionis studiũ, & honestatẽ familiæ, quæ in Thuringia valde celebris est. Promittit Crusius, hoc quadriennii studio & tempore confecto, simulac reuocauerit eu rediturum ad vos, & facturum id, quod iã faceret, si aliquid imperaretis. Eo tempore perlegit Crusius *Hesiodum, Pindarum*, multa Latina & Græca. Post discessum Buceri & Fagij in Angliam, audiuit *Hedionẽ, & Marbachium*, successores: quorum lectionibus adiunxit Hebrææ linguæ studiũ omnibus verborum radicibus annotatis, per Iobum, Psalteriũ & Genesin, præceptore *Emmanuele Iudæo Delio, & Kubero.* Absoluerat iam Sphæram Procli, Arithmeticam Erisij, Geographiam Melæ, Sphæram Iohannis de sacro Busto, Euclidem. Euoluit etiam in Græcis Heliodori Æthiopica, Apollonij Argonautica: quædam in Hermogene, & organo Aristotelis: in institutionib. Iustinianeis. Musicam iam dudum à patre acceperat, qui etiam artis componendi cantus gnarus fuit.

Anno quinquagesimo cum Interimisticæ religioni, vt alibi, ita & Argentinæ, locus daretur: Crusius cum nobilib. discipulis oratorias Sturmij audiuit lectiones, vna cum Theologicis. In Hebraico itidem stylo sese tunc exercuit proponente argumẽta breuiuscula Kubero: priuatim autem legit Sophoclem, Aristophanem, Dionysium Halicarnasseum, Ciceronem, explicans discipulis etiam Virgilij Georgica & Æneidem totam, cum Electra Sophoclis.

Tubingam abit.

Argentina, testimonijs à Sturmio cæterisque professoribus, vti & discipulis ornatus, verno tempore *Tubingam* se contulit, an. quinquagesimo primo lectiones philosophicas & Theologicas auditurus. Interimistico illo tẽpore Tubingæ, in templi choro missa celebrabatur: inferius Euangelici docebant: studiosorum autẽ mensæ precium erat ad summum 24. florenorũ. Inde Vlmam profectus Scholarchis *Wolffgango Stamlero* D. I. *Henrico Neidhardo*, obtulit suam operam, modo ab illo Interim liber esset. Responsum tulit: iniquis temporibus eum venire: & bonæ frugis alioquin adolescentes non retineri. Liber igitur pronuncia-

Vile mensæ precium.

Ab Vlmensibus liber pronunciatur.

ludum missus est, vbi pro victu precio annuo quindecim florenorum indicato, sub *Gregorio Leonhardo*, Latine & Græce docto, ita in literis versatus est; vt Senatus Vlmensis subsidiũ annuum quindenorum florenorum, continuandis studijs, ei decreuerit. Grãmaticis inprimis à puero fuit deditus, vt quæ contemtum sui per omnem vitam vindicant. Accidit, vt quodam die à præceptore examen Syntacticum institueretur: ibi Crusius, condiscipulis qui biennio amplius Græca illa audierant, obmutescentibus, interrogatus ὀρθῶς ad singula ita respondit: vt magister ad adstantes conuersus dixerit; quanã in parte dolium hoc aperiemus: vt vinum non profluat?

Ibi subsidiũ ei à Senatu.

Grammaticæ inprimis studiosus.

Anno quadragesimo quinto, mense Iunio ab Vlmensibus *Argentinam* missus est, vt in collegio Prædicatorum, in quo adolescente triginta amplius à ciuitatibus alebantur, cum artib. liberalibus, linguisque Theologiæ operam daret. A rectore I. *Sturmio* lectiones secundæ classis audire est iussus, etsi iam tum Logicæ Melanchthonianæ præcepta, ipsasq; dialectos Græcorum calleret, ac Græce ἀκριβῶς scriberet. Proximo deinde Pascha cum progressiones haberẽtur solennes, primo ipse loco & argenteo* nummo donatus, in primam adscendit oratione recitata. Ibi præter lectiones, quas præceptore *Gerardo Seuero*, alijsque doctis viris, audiuit, subsecuis horis aduersa etiã valetudine laborans, euoluit dialogos *Luciani*, *Xenophontem* totũ, Testamentum Græcum totum, cum multis Demosthenis & Æschinis orationibus. Quippe Græcæ linguæ ita amans à puero fuit, quasi animus præsagiret, non in Ecclesia, sed in schola aliquando doctorem futurum. Ibi etiam I. Sturmio oratori operam dedit tanto discendi cum desiderio, vt parens per literas dehortari ipsum à studij pertinacia necesse habuerit.

Vlma Argentinam mittitur.

Eius in studiis ἀκρίβεια.

* *Sex baciorum.*

φιλέλλην à puero Crusius.

Iterum ergo anno quadragesimo septimo mense Aprili, cũ progressiones discipulorum fierent, Crusius primum locum obtinuit, ad publicas ἀκροάσεις cum brabeio admissus. Quinto à promotione die orationem Græcam, vt in promotione Latinam, de bello Germanico, publico in auditorio recitauit, πρῶτος δὲ τὸ ἐν Ἀργεντίνῃ ἐπιχειρήσας, præsentibus cum alijs, tum honoris causa *Martino Bucero*, *Petro Martyre*, *Caspare Hedione*, *Marbachio*, *Fagio*, *Felsio*, alijs. Mox, vt qui feriari poterat nunquã, aliam habuit orationem Latinam, de* *Demetrio* Fabro: quam, vti & superiorem Latinam, *Winkelius*. Ienensibus declamationibus, nonnihil mutatam, inseruit. Audiuit tum in Theologia *Bucerum*, *Hedionem*, *Marbachium*, *Fagium*: in politicis Aristotelis, *Felsium*: *Sturmium* in Ciceronis de finibus libris, rhetoricis Aristotelis, Theocrito, alijs: in Hebræis *Michaelem Delium & Dauidem Küberum*. Priuatim euoluit *Isocratis* orationes, *Homeri* totum, *Platonis* apologiam, Critonẽ, Gorgiã, alia,

Habet orationem Græcã.

* *Verba sunt Crusij.*

* *Ex act. Apost. c. 19.*

Præceptores eius in Acad. Argentinensi.

quamuis ei & cibus & potus affatim apponeretur, tamen vt pecuniam extorqueret, laqueum ipsi fuit minatus. Mox alij irruptione facta superuenere: propter quos ipse in columbario sese occultauit: vxor vero alio fugiens, bis in via est spoliata. Accidit paulo post, vt apud Georgium Hernitum pastorem Scharensteten sem mensa ad cænam apparata, Cęsarianorum manus irrumperet. Ibi alijs alias latebras petentibus, Crusius cũ coniuge in ossuariã duobus feretris sibi obductis, se abscondit: & quamuis, qui fuit militaris furor, tum in cæmiterio tum in ipsa ὀστοθήκῃ diligenter omnia, laterna adhibita ossibusq; ferro turbatis, excuterentur: reperti tamen ipsi, DEO ita eos protegente, non sunt. Latitarunt in loco illo fædo, decem noctis horas, idq; frigore intensissimo: hoste interea omnia diripiente, pecora mactante, carnesq; coquente, & miseras mulierculas inhoneste tractante. Illis dilapsis pater Vlmam per viarum ambages tendens, incidit in viginti Hispanos, à quibus tunica exutus, & cingulo, pera, gladio, ac pugnione spoliatus est. Mater vero itidem tum vitæ discrimen adijt, quando quidã Cæsarianorum, pecuniæ extorquendæ causa, collo eius cingulum inserit, gulam elisurus, ni Deus ἀπὸ μηχανῆς adfuisset. Canis enim domesticus heræ audiens quiritatus, de lectulo, in quo accubabat, desiliens, hosti crus admordet: quo gladium stringente mater laxamentum nacta euasit, domo tota mire dehonestata, librisque conscissis vndiquaque constrata.

Occultat se cum vxore in ὀστοθήκῃ.

Idem Crusij pater dum militum vim *Vlmæ* declinat, *Interim* Sphingem amplecti nolens, ab Vlmensibus dimissus, & à Marchione Alberto ecclesiæ Wartenfelsiæ præfectus est. Inde *Curiam* euocatus in Xenodochio ibi docuit; vbi iterum periculo non caruit & ob terræ motum & militem Marchionicum contra Carolum quintum.

Anno quinquagesimo secundo Ecclesiastes *Bottensteini* designatur, Alberto illo Pabepergensia occupante. Episcopo autem post intra menstruum spacium omnia recuperante, expulsus, apud fratrem Sultzbachij, & apud Ioan. Starckgrauiũ Ambergæ, suis sumptibus se sustentauit: donec munus docendi in pago, cui Schlichta nomen, duobus Amberga milliaribus distante, ei commissum est: vbi primus euangeliũ docuit, & anno quinquagesimo tertio, die septimo Martij, diem supremum clausit. Ex illo igitur *Martino, & Maria Magdalena Trummerina*, originẽ duxit hic noster Martinus Crúsius vulgo Krauß anno vicesimo sexto supra mille quingentos, die decimo nono Septembris, intra tertiam & quartam pomeridianam, natus *Griberna*, tribus à Bottensteino oppido milliaribus, episcopatus Bambergensis.

Natalis Crusii.

Vlma mittitur.

Domi a patre prima elementa doctus, in Vlmensem deinde

ludum

Electorum libri 2. in quibus, præter Censuras, varii ptisci Ritus.

De recta pronunciatione Latinæ linguæ Dialogus.

Ad Valerium Maximum Notæ.

In Tragœdias, quæ L. Annæo Senecæ tribuuntur, animáduersiones.

Iudicium de Consolatione M. Tullij Ciceronis, nuper, vt volunt, primum reperta: quo libro seipsum Cicero de filiæ morte consolatus dicitur.

Satyra Menippæ, Somnium & Lusus in nostri æui Criticos.

Apologetica.

De vna Religione liber, aduersus Dialogistam Theodorum Cornhertium.

Dispunctio Notarum Mirandulani codicis ad Corn. Tacitum, aduersus Lucium.

Reiectiunculæ Sannionis cuiusdam Batani, pro Diua Virgine Hallensi.

Epistolæ.

Epistolarum Centuriæ 10. ex his quinque sunt Miscellaneæ, tres ad Belgas, vna ad Italos & Hispanos, vna item ad Germanos & Gallos.

Epistolica Institutio, ex dictantis ore excerpta.

Ex centuria 3. Miscellanea ad Belgas epist. 87. Item I. Lipsii vita ab Auberto Miræo descripta.

MARTINVS CRVSIVS.

Martini Cruſii auus fuit *Petrus Cruſius*, Bottenſteini in montanis Pabepergenſis epiſcopatus, ciuis, ſartor, ceteruiſiæ coctor, & ſenator ibidem per viginti annos: natus circa annum milleſimum, quadringenteſimum, ſexageſimum, diem ſuum obiit anno decimo quinto, ſupra mille quingentos. Auia *Margareta Schallerina* è viuis abiit anno milleſimo, quingenteſimo, trigeſimo ſexto. Pater vero ei fuit eoghominis, in lutem editus circa annum nonageſimum, ſupra mille, quadringentos. Hic poſtquam varijs in locis operam literis dediſſet, & Berlini cantoris officio functus aliquantiſper eſſet: Witteinbergæ ſacris initiatus eſt à Brandeburgico præſule, anno decimo ſexto, ſeculi milleſimi, quingenteſimi.

Eccleſiaſtico igitur miniſterio dicatus ille, quaterdecies locũ mutare coactus, damna fecit grauiſſima, & periculis expoſitus fuit varijs. Bellum Germanico flagrante Cæſarianus miles,

Obiit 1607. die 25. Febr. ætat. 81.

Auus Cruſii paternus.

Auia.

Pater.

Eius pericula & clades.

Catalogus librorum Lipſii.

Syllabus Operum I. Lipſij.

Hiſtorica ſacra.

De Diua Virgine Hallenſi liber, quo beneficia eius & Miracula fide atque ordine deſcripta.

De Diua Virgine Sichemienſi ſiue Apricolle liber, quo noua eius Beneficia & Admiranda deſcribuntur.

Hiſtorica Romana & externa.

Admiranda, ſiue de magnitudine Romana libri 4.

De Militia Romana libri 5. Commentarius ad Polybium.

Poliorcetica. lib. 5. qui ſunt de Machinis, Tormentis, Telis.

De Amphitheatro Romano liber.

De Amphitheatris quæ extra Romam liber.

Saturnalium ſermonum libri 2. qui de Gladiatoribus.

De Cruce libri 2. ad ſacram profanamque hiſtoriam vtiles.

De Veſta & Veſtalibus Syntagma: quod ab auctore emendatum auctumque breui proferet Officina Plantiniana.

De Bibliothecis Syntagma.

Commentarij pleni in Corn. Tacitum.

Animaduerſiones in C. Velleium Paterculum.

Louanium, ſiue oppidi & Academiæ eius deſcriptio, lib. 4.

Politica & Ethica.

Politicorum, ſiue ciuilis doctrinæ libri 6. qui ad Principatum maxime ſpectant.

Monita & Exempla Politica, libris 2. qui Virtutes & vitia Principum ſpectant.

De conſtantia libri 2. vere aurei, qui alloquium præcipue continent in publicis malis.

Manuductionis ad Stoicam philoſophiam libri 3. L. Annæo Senecæ, aliiſque ſcriptoribus illuſtrandis.

Commentarii & ſcholia in L. Annæum Senecam philoſophū.

Diſſertatiuncula apud Sereniſſimos Belgicæ Principes Albertum & Iſabellam Auſtrios: item commentarius perpetuus in C Plinij Panegyricum, Traiano Imperat. ſcriptum ſiue dictum.

Variarum Lectionum libri 3. in quibus pleræque ad M. Tullium Ciceronem, M. Terentium Varronem, & Sex. Propertium Notæ.

Antiquarum Lectionum lib. 5. in quibus varia ſcriptorum loca, Plauti præcipuè illuſtrantur aut emendantur.

Epiſtolicarum Quæſtionum libri 5. in quibus ad varios ſcriptores, pleræque ad T. Liuium Notæ.

Electo-

instituerat *Facem Historicam* tum & *Ritualium* libros scribere: & in eos congerere, quidquid esset in moribus ritibusque priscis obscurum. Atque in facem quidem grandiores illos tritus, *De sacerdotibus*, *De Magistratibus*, *De Militia*, *De Bibliothecis*, *De Nuptiis de Funeribus*, & qui tales, volebat includere: eamq; iam cœperat accendere, duplici *Syntagmate*, vno *de Vestalib.* altero *de bibliothecis*, præter Militiam Romanam, publicato. In *Ritualium* autem *libris*, minores & singulos ritus, literarum quodam ordine, explicasset: testibus item exemplisque firmasset. Sicut Lexica quædam verborum vtiliter habentur: sic ista rerum volebat esse. *Ritualium libri.*

Itaque *communis* hic quidam velut *Commentarius* fuisset, Latinorum, Græcorum, Poetarum, Oratorum, Historicorum, Philosophorum, & scriptorum miscellorum: Hæc inquam, instituerat, & materiem, ab annis fere *triginta*, parauerat, vt manuscripti eius *Electorum*, seu locorum, vt vulgo indigetant, communium libri testantur: sed disponere & extruere, valetudo & fatum præueniens vetuerunt.

Cæperat & *Admiranda Hebraica* (cuius gentis Rempublicam *Carolus Sigonius* eleganter descripsit) itemque *Ægyptiaca*, *Iberica & Gallica* adornare: ex quibus sola Hebraica pænè adfecta posteris reliquit. Daturus & libros tres *De institutione iuuentutis*, *Compendium* item *Historiarum*, suadente inprimis *Henrico Vweno*, I C. si Deus vitam dedisset longiorem. Scripserat & *Thrasean*, siue *De mortis contemptu opus* Philosophicum: quod pro omnium gustu non futurum cum præsensisset, iudicio suppressit, calumniam vitare satius ducens, quam deprecari. Argumentum tamen hoc attigit, sed caute, in sua ad *Stoicam philosophiam Manuductione*. Monitorum & exemplorum politicorum libros quidem duos publicauit, sed vix trientem operis destinati. Nam duo alij, qui *ciuilem Prudentiam*, itemque duo, qui *Militarem* erant tractaturi, perierunt antequam nati. *Cent. 4. miscell. ep. 68.*

Inter schedia etiam post obitum repertus est *commentarius in L. Annæum Florum*, pæne absolutus, itemque *orationes binæ De lectione & vtilitate historiæ*, totidemque *panegyricæ Virgini Matri* dictæ, & *Miracula Diuæ Virginis Louanienſis*, non plene tamen pertexta: quæ omnia Wouerius Antuerpiæ fideliter sancteque adseruat. Cætera, vt *Historia Brabantiæ*, *exempla*, *Monitaque Politica*, vix sunt inchoata. Præter Florum, reliquit & veteres aliquot scriptores, in his *Liuium*, *Suetonium*, *Plinium*, Notis aut Emendationibus ad margines librorum, à se inter legendum illustratos. Atque hæc de vita Lipsij: * librorum elenchum subijcimus. **Omnia edita sunt duobus tomis distincta Lugduni in folio.*

hebetatos oculos, ad ſpecula quædam & virores colligunt: ſic ipſe hic animum exhauſtum aut oberrantem ſolitus eſt reuocare. Hic extra tumultus ciuicos, inter herbas, inter flores, hilari atque hiante oculo oberrabat: & modo ad hunc occidentem, modo ad illum exorientem manus vultumque circumferebat: & mira quadam voluptate curas hic omnes fallebat & labores. Sic & olim philoſophi ac ſapientes, ab vrbe atque inſano foro remoti, hortis ſe oblectarunt, atque in ijs diuina illa ſcripta pleraque procuderunt, quæ miramur, quæq; nulla temporum ſeries aut ſenectus abolebit.

Adfectus in canes.

Amauit à puero *canum* omne *genus*, & Louanij tres ferè aluit gradu quodam magnitudinis diſcretos: *Sapphirum* catellum, gente Batauum, *Mopſuum* catulum, domo Antuerpia, & *Mopſum* canem, gente Scotum. Hos & in tabula depingi iuſſerat, & notas ac carmen cuique non minus ingenioſe, quam lepide ſubſcripſerat Pictores & calcographi Mopſum, præ cæteris dilectum, ipſi nonnunquam adpingunt, quod illo comitatus, etiam ad Athenæum ſeu profeſſionis publicæ locum, prodire ſit ſolitus: etſi non deeſſent, qui negarent Muſarum clienti hunc comitatum aut contubernium conuenire: quique genus hoc omne ad *Martis* aut *Dianæ* aſſeclas ablegarent. Ipſe contra repoſuit & adſtruxit, * ſi mortalium vllos, caninum hoc conſortium litteratos inprimis decere, & eloquentiæ ac ſapientiæ candidatos. Ægyptij hoc adſerunt, qui Anubin ſuum canis ſpecie fingebant: quia videlicet vtriuſque regionis ille Deus, ſupera atque infera permeabat, vt Hecate Græcorum. Atqui ſapientes habentur illi, qui alta, qui ima ſcrutantur, & canis exemplo peruigiles diu noctuque agitant. Quid, quod ijdem cum virum diuinis deditum, vatem aut ſacrorum doctorem, Hieroglyphicis exprimerent, canem ſignabant, quod ſcilicet, præter ſagacitatem, clamare ac quaſi latrare iſtos deceat, in improbos & bonis inſidiantes. Et ſacræ literæ non refugiunt imagine iſta vti: quibus *canes pro Domo Dei latrantes* ſunt doctores & eccleſiaſtæ. Iam Græci, eoſque ſecuti Romani, canem Mercurio comitem ſiue adſtitem dederunt: quia, vt Plato ait, ſagax & ingenioſum hoc animal facundiſſimo & promptiſſimo Deorum conueniebat. Si autem Mercurio, id eſt, artium bonarum præſidi, aſſiduus ille comes: cur ab iſtarum artium candidatis arceant? Itaque amarunt Iudæi, Ægyptij, Græci, Romani, cæteri: nec vllum magis animal ipſa natura nobis iunxit.

* *Cent. 1. ad Belgas ep. 44.*

Scripta affecta.

Præter illa autem ſcripta, quæ diximus, ſtatuerat & alia plurima bono publico vulgare, habebatq; adfecta, aut in ſchedas relata non pauca: ſed Deo, vitæ laborumque arbitro, viſum incidere & euocare. Veterum ſcriptis illuſtrandis, iam olim inſti-

Porro vt Philosophum decebat, *censum* item non amplum habuit, & cum bona mente modestiam omni in re tenuit: illud non raro vsurpans; *Census & stipendia.*

Sibi habeant sua regna Reges, sibi diuitias diuites.

Opes aut stipendia ampla non ambiuit quidem, sed oblata congiaria siue honoraria (vt sensit non semel viros, cum sacri tum profani ordinis principes, in se, benignos ac liberales) nec reiecit. Ordines Brabantiæ *sexcentos*, vt vulgato more loquar, Florenos siue *Francos nummos* quotannis pendebant: *sexcentos* nummerabant Buslidiani gymnasij trilinguis Curatores. *Philippus* 2. Hisp. Rex Catholicus, Belgarumque Princeps additis *mille annuis* auxit procurante *Petro Enriquez*, Comite Fontano, qui regio tunc nomine prouinciam Belgicam administrabat: idemque Rex *Historiographi* etiam sui *stipendio* donauit. Serenissimus *Albertus Austriacus* virum optime de Reipubli. merstum, ac laboribus fractum, *rude donauit*: & si vellet, à publica professione desistere, & vicarium siue successorem adsumere, dato diplomate concessit: annuo ad hæc *ducentorum florenorum* vectigali adnumerato. Atque vt vetus illud, *Honos fugientem sequitur*, ætas etiam nostra agnosceret, nihil tale ambientem, imo fugientem, *Consiliarii* dignitate ornauit, atque in sanctissimum senatum, quem rerum statusque vocant, iudicio adlegit. Ipse tamen pro veteri suo decreto, à Repub. atque ab aula se abstinuit, vt merito ambigant omnes, an maiori gloria Princeps tantum virum adlegerit: an vero laudabiliore constantia ipse abstinuerit. Illud constat, cum tanta dignitatis ac census facta esset accessio, nihil de quotidiano cultu, nihil de pristina vitæ consuetudine ipsum mutasse: tantaque vsum moderatione, vt nec sordide vnquam se gesserit, nec auctis opibus affluentius vixerit: quam olim instituerat, parique modestia semper steterit. Itaque vt priscæ illæ virtutes, in nostræ ætatis miraculum ac gloriam, in ipso sunt renatæ: sic iure symbolum istud, ab Ennio mutuatum, *moribus antiquis* vsurpauit, factisque expressit. *Lipsius consiliarius regius.* *Modestia Lipsii.* *Symbolum.*

Qua erat morum facilitate ac comitate, *binas* fere *horas* à meridie, sumpto prandio studiosis adolescentibus ad se venientibus, dabat, *externis* vero vndique confluentibus, semper: vt eius *domicilium* (quod de Q. Mutio Tullius prædicat) non dico Belgicæ, sed vniuersæ *oraculum Europæ* videretur. *Facilitas & comitas.*

Animum studijs fessum vt reuocaret ac reficeret flores & hortos impense coluit, bulbis tuliparum præsertim ab noto ignotoque orbe, per *Rembertum Dodonæum*, *Carolum Clusiũ*, & *Ioan. Boisotum*, rerũ hortensium in paucis peritos, perq; amicos alios studiose petitis. Nimirum vt pictores longa intentione hebetatos *Hortorum cultus.*

habe. Membrorum illi decens habitudo fuit, corpusque compactum, & facies non indecora, vtique ante morbum: sed quã pictores, etiam præstantissimi, exacte numquam exprimere aut adsequi potuerunt. Latebat scilicet quid diuinum in oculis, humano penicillo maius atque sublimius! Frons ampla, & statura iusta, maiestatem addebant: ad extremum tamen corpore sicco atque exhausto fuit, cum à *morbo hepatario*, qui *viginti* amplius annos cruciauit, tum magis studijs.

Morbus hepatarius.

Ingenium.

Ingenium illi viuidum, ingens, docile, & capax omnium artium, si *Musicam*, quod mireris, excipias: *iudicatio* collineans & recta: *memoria*, non sine præceptorum admiratione, etiam in puero summa. Dona certe habuit, & exseruit, quæ nemo huius æui aut studij. *Iudicium* inprimis ad miraculum excellens: & ab eo *ordinem* in scriptis omnibus, ac dispositionem sumsit: nec super nouos modo, sed & super veteres vsurpauit.

Eloquentia & stilus.

Eloquentia illi admodum prompta, facilis ac profluens, nec sine Venere: quæ laudes, in stricta & arguta breuitate, paucis aut nemini hactenus obtigere. Illa ipsa breuitas, quod imputandum, sine tenebris fuit; & multa paucis sic dixit: vt influant & se diffundant, & vel plura, dixisse videatur. Timantem pictorem celebrant, quod in eius operibus plus semper aliquid intelligeretur, quam pingeretur: idem de Lipsiana scriptione merito dixeris. Non defuere tamen, qui dictionem eius, vt obscuram atque intricatam, minimeque Tullianam criminarentur. Sed ô miscllos, qui tum præclare censent Ciceronem se imitatos, cum *clumbia, exsanguia, verbis item ac numeris iacentia* scripserint, denique sic algentia, vt Germanicas etiam niues refrigerare possint. Hærent in margine, & velut in finibus Latii, adspiciunt elegantiam & mirantur, intra pectus tamen aut linguam, non admittunt. Sed de hoc videatur *institutio epistolica eiusq; epistola*.

Reprehensores eius.

Mores Lipsii. Tacitus in vita Agricolæ.

In gestu, cultu, sermone modicus fuit: adeo vt *plerique quibus magnos viros per ambitionem æstimare mos est, vi e a pectoque* Lipsio, *quærerent famam, pauci interpretarentur*. Constat certe exteros, quos ab vltima etiam Sarmatia eius videndi audiendique gratia (vt olim magni illius Liuii) frequenter veniisse scimus, cum Lipsium viderent, eumdem sæpe requisiuisse.

Nam in veste, supellectile, famulatu, splendor aut ambitio illi nulla: ministro vnico (qui & amanuensis munus obibat) comitatus, in publicum, & fere togatus, prodibat: omnis tamen ætatis, sexus, ordinis homines, & viri etiam principes, velut cœlo missum, suspiciebant ac venerabantur.

Porro

Nunc altero licebit. ego sum Lipsius,
Cui litera dant nomen, & tuus fauor:
Sed nomen: ipse abiui: abibit hoc quoq;:
Et nihil hic orbis, quod perennet, possidet.
Vu altiore voce me tecum loqui?
Humana cuncta fumus, vmbra, vanitas,
Et scenæ imago, & verbo vt absoluam; Nihil.
Extremum hoc te alloquor:
Æternum vt gaudeam, tu apprecare.

I. Lipsius vixit annos 58. menses 5. obiit anno Christiano 1606. 10. Kal. April.

Marmoreum tumulum, vna cum statua, ære suo vidua excitauit: Senatus vero populusque Antuerpiensis, virum de vrbe eorum ac ciuibus optime meritum, quiq; peculiari quodam affectu & illam præ cæteris Belgicæ dilexit, & cum plerisque istorum singulari familiaritate coniunctus fuit, sarcophago itidem marmoreo complecti voluit, hac epigraphe addita:

IVSTI LIPSII
QVOD CLAVDI POTVIT
HIC IACET
S. Q P. ANTVERP.
INCLYTI VIRI
FAMÆ ORBI NOTÆ
VIRTVTI COELO RECEPTÆ
H. M. P.

Parentalia. Cæterum iusta persoluta ei sunt 3. Kal. Aprileis, in primaria vrbis Basilica, D. Petro sacra. Defunctum pro funere laudauit *Gerardus Corselius*, Antecessor clariss. quem secuti alij postea amici varijs clarissimæ memoriæ virum epicedijs, laudationibus, epitaphijsque editis certatim sunt prosecuti. *Bibliotheca & scripta nepoti legata.* Bibliothecã, non tam copia, quam librorum præstantia commendatam, scripta item sua, atque ingenij monumenta, *Gulielmo Greuio, Bruxellensi*, è sorore nepoti, annos fere 13. tunc nato legauit: & apud *Ioannem Woverium* suum olim auditorem ac contubernalem, dum adolescat heres, Antuerpiæ deponi iussit: *Græcos* autem, calamoq; exaratos codices Louanienſi Soc. Iesu gymnasio attribuit. *Testamenti curatores.* Extremæ suæ voluntatis curatores esse voluit *Nic. Oudartum, & Ioannẽ Woverium, itemq; Guilielmum Warnirium*, suum olim ministrum, post in D. Petri Louanij Canonicum. Testamenti autem tãbulis *caut scriptorum suorum quidquam à morte euulgari.*

Prosopographia. Quod corporis habitum indolemq; Lipsij attinet, paucis ita habe-

Semel quoque iterumque auditus est sibi gratulari, *se illo anni tempore migrare è vita, quo Christi sanguis maxime in Ecclesia ferueret.* Cumque oblatum pro se missæ sacrificium ex quodã sacerdote intellexisset: *Faxit Deus*, inquit, *Pater mi, vt sanguis ille preciosus in me abunde deriuetur, qui in illa passione effusus est.*

Toga Virgini oblata.

Cum in agone morti iam proximus versaretur, vxori mandauit, vt togam optimam pellibus suffultam, professorij sui muneris administram, Virgini matri ad eius aram Louanij in basilica D. Petri Apostolorum principis, cultu miraculisque celebrem in vsus ac necessitates sacras offerret ac poneret. Dictũ, factum: atque ea toga postmodum, quod aræ aut sacris apta non esset, *Gerardo Corselio*, I.C. & Antecessori, emptione cessit. Æs inde conflatum rationibus aræ adscriptum est, cultui Deiparæ augendo. Cæterum Lipsius, summa cum testificatione pietatis, Christi ex cruce pendentis imaginem frequenter amplectens, & nunc Iesu, nunc Mariæ nomen ingeminans,

Moritur Lipsius.

10. Kal. Aprileis nocte media, anno ætatis *nono & quinquagesimo*, placide ac leniter exspirauit: & quod dolendum, vetus Lipsiorum in ipso stirps defecit, vt qui vltimus huius gẽtis fuerit. Sed quid refert? stirps perierit, nomen ipse propagauit

Vltimus suæ stirpis.

——— *ab ortu*
Solis ad Hesperium cubile.

Liberorum item loco, posteris libros reliquit,

——— *quos nec Iouis ira, nec ignes,*
Nec poterit ferrum, nec edax abolere vetustas.

Funus.

Mediocri pompa, vt, qua erat modestia, iusserat, elatus est pridie Paschatis, 8. Kal. Aprileis, hora post meridiem quarta, humeris vniuersæ, vt sic dicam, Academiæ: certantibus nimirum inter se studiosis, vt extremum istud præceptori optimo pietatis officium impenderent, illius, vt arbitror, vocis Q. Cæcilij Metelli cognomento Macedonici memores; *Non fore, vt in posterum id officium ab ipsis viro maiori præstari posset.* Elatus est autem *cælo* admodum *pluuio*, vt id ipsum in lacrymas solui videretur. Insecuti biduo post venti ab hominum memoria vehementissimi, & quales nunquam flauerant viuo Lipsio, ventosæ ambitionis ac vanitatis domitore. Conditus iacet, vt testamenti tabulis mandarat in æde sacra *Franciscanorum* sodalium, ante Virginis Deiparæ aram, ad quam preces quotidie fundere solitus erat. Voluit nimirum & à funere istud sui in Virginem cultus sempiternum apud posteros exstare monumentum. Inscriptionem vere philosophicam, tumulo appendendam, paucis ipse versibus *biennio* antea complexus fuerat;

Tumulus, & epitaph. quod ipse sibi scripsit.

Quis hic sepultus, queris? ipse edisseram.
Nuper locutus & stilo & lingua fui;

Nunc

Quam Penna peperit, tu perenne gaudium
Vitamq; Diua, Lipſio pares tuo.

Anno 1603. *Ioannes Miræus, Franciſcus Coſterus & Aubertus Miræus*, Lipſij rogatu Hallas profecti, acta & regeſta illius loci diligenter excuſſerunt, atque omnia fideliter exſcripta, & publico ſenatus eius oppidi ſigillo firmata, ad Lipſium miſerunt. Ea * digeſſit ipſe, concinnauit: & quamquam ſtili florem & affectus obiter miſcuerit: tamen rei ipſi hilum non addidit, nec apicem detraxit: ordinem denique & decorem dedit.

* *Contra illam diuam extat Idolum Hallenſe.*

Ad extremum vitæ actum, fabulæque cataſtrophen triſtem illam quidem, ſed in qua ſunt omnia, iam venimus. Anno 1606. 15. Kal. April. è tuſſi, grauiſſimisque ſubſtilli cerebri defluxionibus, Lipſio ægre eſſe cœpit. Menſis anni Martius, qui cœli in ſe vertentis cardine commotior, morborum periculis aut mortalitatis damnis famoſus eſſe ſolet. Lipſius licet iam multis ab annis vernacula & quaſi domeſtica valetudine tentaretur, tamen iſta fallere non potuit ſuſpicacem, & in ipſam iam mortẽ propendentem diu antea ex ſapientia animum. Quin illud elegantiſſimi ſcriptoris celebratum ſæpius haud deerat: *Non magno apparatu aut exquiſita molitione opus eſſe, vt corporis atq; animi infirmo vinculo cohærens ſocietas dirimatur*, imo, Varronis ſcito, *Homo bulla eſt*, eo magis ſenex, & æger, & cui mors diu votum, pœna nunquam, aut terror fuit. Itaque tunc malùm indies ingraueſcere, color, calor, vires & vita labaſcere: denique lecto Lipſium affigere, hoc eſt letho aſſignare. Quod ſane totius antè actæ vitæ tranquillitate & proſpexit pariter, & excepit. Nam vnis tantum quatuor diebus ſummum hoc egit, *Mori*. Porro ad extremum vſque ſpiritum firma atque integra mente conſtitit, tanta quidem animi conſtantia atque alacritate, nihil vt vxoris cariſſimæ aut amicorum vndique adfluentium lacrymis ac ſuſpirijs moueretur. Itaque nec vllam querimoniæ vocem, nec vllum repugnantis aut trepidantis animi ſignum edidit. Cum ex circumſtantibus quiſpiam ſolaminis à Stoicis magnam illi materiam ſupereſſe diceret: *illa ſunt vana*, reſpondit, digitoq; in Chriſti crucifixi prope adſtantem imaginem intento; *Hæc eſt vera patientia*: mox magno ſpiritu ſubijciens: *Domine Ieſu, da mihi patientiam Chriſtianam.*

Morbus Lipſii nouiſſimus.

Morbi ſtatim inualeſcentis principio, prima illi cura fuit, ſacris *Pœnitentiæ, Euchariſtiæ, extremæ vnctionis*, purgari, muniri, foueri myſterijs. Exinde religioſorum hominum preces aſſidue expetijt: fuitq; ex ijs qui diceret: *Ecce nunc illa patrona clientem exſpectat ſuũ, & obuius expanſisq; occurſabit vlnis.* Tunc reuidere Lipſius, & in altũ oculis manibusq; moribũdis ſublatis ſic precari: *ô mater Dei, adſis famulo tuo, cum tota æternitate decertãti, & non me deſeras in hac hora, à qua pendet æterna ſalus animæ meæ.*

Dicta nouiſſima.

Semel

nemine factum antea, disposuit & velut in thesauro condidit. *Ethica* quidem ex Epicteto, eiusque interpretibus Ariano ac Simplicio, Plutarcho item aduersus Colotem, Musonio apud Stobæum, M. Tullij Paradoxis, *Physica* vero ex Cleomedis Meteorologicis, Stobæi Eclogis, & M. Tullij Academicis, vtraque autem ex Seneca, Diogenis Laertii Zenone, aliisq; reuocauit. Exinde post multos alios Hispanos, Gallos, Belgas serio ipsum *Senecam* aggressus est, & philosophũ eximium, virtutis atque honesti præconem, *emendatum, cholio q; illustratum, Paulo* V. Pont. Max. inscripsit & per *Philippum Rubenium*, suum olim auditorem, obtulit Ediderat & ante biennium 1601. *Miracula & laudes Diuæ Virginis Hallensis*, itemq; *Diuæ Sichemiensis*; Idque ea occasione & causa A prima adolescentia Diuæ Virginis amorem & cultum induit: eamque sibi patronam adoptauit, & ducem in periculis, in molestiis, in omni deniq; vitæ cursu elegit, etiam in studiis *Ioannis Damasceni, Ruperti Tuitiensis, Bernardi, Thomæ Aquinatis*, aliorumq; exemplo: & si quid accuratius pangendum: aut dicendum publice esset, vbi famæ vel memoriæ res agebatur, precibus ac votis eam supplex adiit. Ex Batauia Leodicum vt primum venit, in *Oratorium Marianum* (cui Patres Soc. Iesu præsident) nomen etiam dedit atq; *Oratione panegyrica* publice habita suum in Virginem adfectum testatus est Id ipsum & Louanij postea præstitit. Ab eodẽ deinde adfectu *Hallas* diu adspirauit & tandem adiuit: Hannoniæ oppidum, tertio à Bruxellis lapide, magna apud Belgas & exteros fama celebre, & Miraculis, quæ tutelari ibi Diuæ adscribuntur. Anno * insequenti in grauissimam ægritudinem incidit: votũ fecit: Hallas se contulit: clientem sibi supplicem Diua recreauit ac valetudini paullatim restituit. Ipse *Pennam Argenteam* in templo, ante arã Virginis suspendit, & hosce versus subscripsit:

L. *Annæus Seneca philosophus.*

Diua Hallensis & Sichemensis.

Patrona Lipsii Diua Virgo.

Proficiscitur Hallas.

* 1602.

Pennam argenteam Diuæ sue dicat.

Hanc, Diua, Pennam interpretem mentis meæ,
Per alta spatia quæ volvit atheris
Per ima quæ volauit & terræ & maris:
Scientiæ, prudentiæ, Sapientiæ
Operata semper, ausa quæ Constantiam
Describere, & vulgare, quæ ciuilia,
Quæ Militaria, atque Poliorcetica:
Quæ Roma magnitudinem adstruxit tuam:
Variaque luce scripta prisci sæculi
Affecit, & perfudit: hanc Pennam tibi
Nunc Diua merito consecraui Lipsius.
Nam numine istæc inchoata sunt tuo,
Et numine istæc absoluta sunt tuo.
Porro ô benignitatis aura perpetim
Hæc spiret! & famæ fugacis invicem

Quam

quod *Facem Hiſtoricam*, non ex ſuperbia, ſed ex propoſito, appellaret. Hoc cum diffuſum imo & confuſum eſſet: placuit excerpere primum ex omni cumulo quidquid ad *Militiam* facere videbatur. In his itaque ad *Polybium* commentarijs, quidquid ad militiæ ordinem, arma, legeſque ſpectat, aperuit: in *Poliorceticis* autem *Machinas, Tormenta, Tela* veterum, adiutante iterum Vænio, exhibuit, daturus & *Triumphum*, felicis belli clauſulam, niſi valetudo aduerſa interceſſiſſet. Sibi poſt redditus *Admiranda Imperiorum* florente olim ætate collecta, cæpit diſponere & vulgare, à *Romana magnitudine* feliciter exorſus.

Fax Hiſtorica.

Militia Romana.

Poliorcetica.

Magnitudo Romana.

Anno milleſimo quingenteſimo nonageſimo nono cum ſereniſſimi Principes *Alberto & Iſabella Clara Eugenia*, Louanij die octauo caiendarum Decembris inaugurati more maiorum eſſent, poſtridie eius diei Athenæum ibi viſerunt, & Lipſium dicere aliquid ſubitaneum voluerunt, ſiue iuſſerunt. Fecit. & à ſolitæ lectionis more non recedens, *Annæi Senecæ* librum *de Clementia* in manus ſumpſit, & pauca eius verba, à cõfeſſu & tempore iſto non aliena, explicauit. Quam quidem *Diſſertatiunculam ad Principes* habitam, qualis fuit, totidem verbis, ſine colore aut fuco, poſtea vulgauit: etſi augere ac polire, exemplo veterum, atque adeo Tullij & Plinij, potuiſſet. Diſſertatiunculæ extemporaneæ, & per ſe leui fortaſſe, vt pondus adderet, C. *Plinii Secundi Panegyricum*, Traiano Imp. dictũ ſiue ſcriptum cum perpetuo commentario, adiunxit. Ad hæc *Politica* ſcripſiſſe non contentus, eadem *exemplis monitiſq;* illuſtrauit aut firmauit. Selectiſſima itaque exempla maximeque varia, è varia & multiplici lectione ſepoſuit, & ad communem omnium vſum, eleganti ſane ac facili ſtilo, repræſentauit: vt in hoc genere paria cum *Maximo Valerio* feciſſe, imo ſuperaſſe videatur. Poſtea *de Louanio e.uique orbis omnibus commentarii* ab ipſo ſunt occaſione nuptiarum illuſtriſſ. *Caroli ducis Croii & Arſchotani* ſubitarie contexti: quibus rogatu Ordinum *Brabantiæ* vniuerſæ *hiſtoriam* fuiſſet * ſubiuncturus: ni fata inuida vetuiſſent. Cœperat enim mediæ ætatis hiſtorijs præſertim noſtratibus iam grandior affici: etſi iunior Romanarum rerum admirator vnicus, vſque ad contemptum fere cæterarũ, fuiſſet. Quemadmodum etiam florente ætate *Cornelium Tacitum*, prudentiæ patrem vulgarat: ita decreſcente illa voluit & *Annæum Senecam* philoſophum, ſapientiæ fontem dare. *Manuductionem* ergo *ad Stoicam Philoſophiam* adornauit, id eſt, facem ad eius ſectæ principem Senecam, quæ præluceret, accendit, tanto alacrius ea ſtudia aggreſſus: quo breuius iter laboribus ſcriptiſque ſuis reſtare præſagiebat. Vniuerſa *Stoicæ* familiæ dogmata, & decantata illa Paradoxa eruit, quodque à ne-

Diſſertatiuncula ad Principes.

Exemplo & monita Politica.

Louanium Lipſii.

* *Cent.* 5. *miſcell ep.* 94

Manuductio ad Philoſophiam Stoicam.

Epistola. Aucta porro iam fama eum Epistolas suas ab alijs alibi vulgari comperisset, eas ipse errantes collegit, & *Longolii*, *Sadoleti*, *Bembi*, *Bunelli*, quemque in hoc genere vnicum laudare solebat, *Politiani* exemplo publici iuris fecit: *Epistolica Institutio* in bonum iuuentutis adiuncta.

Epistolica institutio.

Edidit sub id tempus præter *notas* & *animaduersiones in Valerium Maximum*, *in Senecæ Tragœdias*, & *Velleium Paterculum*, *Dialogum de recta lingua Latina pronunciatione*: Grammaticum quidem argumentum atque ex se tenue & vile fortassis: sed quod olim & Senatores atque ipsi Principes tractarunt: quodque sic noster enucleauit, vt ne ipse quidem *Priscianus*, si reuiuiscat, quidpiam addere aut desiderare posse videatur. Vtque ciues in *Constantia* ad parendum formarat: sic *Politicis* nouo plane genere conscriptis, Regibus & Principibus ad recte imperandum facem prætulit. Tandem *libello de vna religione* sub prælo feruente ex Batauis valetudinis ac hepatarij morbi causa digressus, *Lecdic* ac *Spa* biennium fere egit, bibitque acidulas illas, iam olim à *Gilberto Philareto Limburgio*, & nuper à *Philippo Geringo*, *Thoma Rætio*, *Abrahamo Nicolao Franbesario*, alijsque Medicis laudatas. Ipse *Louanium* regressus sedem ibi domiciliumque fixit: quanquam varie à varijs auocatus fuerit. Nam fama discessus per Germaniam sparsa mox *Guilielmus Boiorum* Dux, eiusque frater *Ernestus*, Vbiorum atque Eburonum Antistes, *VVolfgangus Theodericus* Salisburgensium, *Iulius* Herbipolensium, *Andreas* Vratislauiensium, Præsules, alijque Germaniæ Principes ipsum splendide, ac prolixe inuitarunt.

Dialogus de recta lingua Latina pronunciatione.

Politica.

Libellus de vna religione.

Acidulas petit 1591.

Lips. à variis expetitus.

Vt & postea *Clemens* Octauus Pontifex Maximus, *Ascanius Columna*, *Gabriel Palæottus*, *Fridericus Borromæus*, *Franciscus Sfortia*, Cardinales, *Henricus* Quartus Galliæ Rex, S. P. Q. *Venetus*, *Ferdinandus Medices* Etruriæ, *Franciscus Maria Roboreus* Vrbinatium, Duces; *Patauini*, *Bononienses*, & alij cum Principes tum populi, stipendio ac viatico, quod ipse definiret, plures vocarunt. Quin & *Benedictus Arias Montanus Hispalensis*, benigna & rara effusione, Lipsium, non vt hospitem aut amicum: sed quasi filium, sæpius in Hispaniam suamque domum inuitauit: & se viuo rerum suarum consortium, mortuo successionem ex asse obtulit.

Bened. Arias Montanus.

Postea Brabantiæ Ordinibus per *Nicolaum Oudartum*, veterem amicum, *Machliniæ* tunc Canonicum, & Officialem benigne, serioque vocantibus, vt gratum se probaret, suos De *Cruce Commentarios* paulo post dicauit, consecrauitque. Porro cum opus aliquod iamdiu meditaretur, & solicite quæreret, quod lucem ad res Romanas & Græcas præferret; reperit quod

Commentarii de Cruce.

ptione sic prodesse vniuersis ac singulis studuit: vt non vnius Reipublicæ, sed totius generis humani curam gessisse videatur.

Epistolicæ eius *quæstiones* lucem tunc viderunt, & sub idem tempus *Leges Regiæ* & *Decemuirales* concinnatæ, non famæ tamen, sed auditorum gratia, quibus publice interpretatus erat, vt & *Liuii* quædam. *Epistolicæ quæstiones.*

Deinde acriores procellæ iterum & venti exorti sunt, quibus nihil propius factum, quam vt Belgicæ nauis mergeretur. Fluctu eo cum pluribus eiectus est in *Batauiam* terram; insedit, sed mente, vt stationem eam haberet, non portum. Turbæ tamen è turbis natæ mutare vetuerunt; & *tredecim* ipsos *annos* in Batauis tenuerunt. Lugduni enim homines benignos & beneficos reperit, sed relinquere eos *Religio* & *fama* adegerunt. *Compeditur in Batauiam 157. Lugduni 13. ann. egit.*

Dum inibi est, scripsit *Electorum libros*, in quibus partim *Critica*, partim *ritualia*, varie electa & excerpta. Lusit deinde *Satyram Menippeam* in ambitionem, atque imperitiam quorundam, qui Criticos sese dicunt: veros enim germanosque tangere mens illi nunquam fuit. Turbas tamen atque inuidiam auctori scriptum istud peperit: quod in eo ioci essent nonnulli de *laurea Poetarum*, quam Imperator solet elargiri. Clamabant vniuersum id genus vatum, *ignominia sese ab ipso affectos, Cæsaremque ipsum iniuria adspersum, quasi non id illi ius esset aut potestas.* At postquam Epistola seorsim edita se purgauit atque aperuit; omnis ista bilis soluta est in risum. Nihil enim aliud schemate illo voluit; quam quod vetus habet verbum *Laurigeros quidem multos, paucos autem Phœbos.* *Electorum libri. Satyra Menippea. Inde ipsi turba.*

A turbis ad ludos & spectacula conuersus *Saturnalium libros*, qui de Gladiatoribus, foras dedit: & cruentas illas in pace pugnas, nostro æuo ignotas, retraxit; oculisque velut spectandas, non sine caueæ Senatoriæ & Equestris plausu, proposuit: Venusta *Othonis Vænii*, nostratium Pictorum facile principis, manu ac penicillo adiutus. *Saturnalium libri. Otho Vænius pictor.*

Deinde vtriusque muneris & Circi & Scenæ rem illustraturus, de *Amphitheatro* quædam contexuit, ipsamque Arenæ imaginem, faciem, & habitum accurate expressit: & vt publicis malis solatium pro virili adferret, de *Constantia*, in medijs Belgicæ turbis, constanter scripsit, & S. P. Q. Antwerpiensi inscripsit. *Amphitheatrum. Constantia.*

Quod adeo gratum illis exstitit, vt pro veteri suo in eruditos homines humanitate ac beneficentia, aureum viri libellum duplicem *duplici patera inaurata*, affabre cælata compensandum existimarint. *Pro ea donum.*

Adoleſcentia libertas.

& egit (vt ſimpliciter fatetur ipſe) haud vſque quaque ad priſci *Catonis* normam. Liber erat, parentum & tutorum expers: atque ita choreis, ſodalitijs, nugis, ludum & libentiam aliquam ætati dedit. Sed non diu dedit: Natura melior eum reduxit, atque ipſe adeo ſe ſubduxit peregrinatiuncula: quam *Viennam* Auſtriæ, & in Cæſaris aulam decreuit, ſuſcepit, perfecit. Prius tamen & obiter *Dola* Sequanorum luſtrata. Ibi acerrima febris eum pœniſſime ſuſtulit: quam contraxerat Oratiuncula in honore & titulo *Gyelini* ſui dicta à meridie, & conuiuio mox inſecuto. Euaſit, Viennam perrexit. Atque ibi *Augerio Busbequio*, *Iohanni Sambuco*, *Ioanni Cratoni*, *Stephano Pighio* innotuit, & placuit: atque ij retinere iuuenem, & illigare in ijs locis, non vna conditione conati ſunt, ſed fruſtra. Nam patriam reſpectabat, & animo * redeundi per *Bohemiam*, *Miſniam*, *Thuringiam* & ea loca iter inſtituit: cum acerbi nuncij de afflicta nouis bellis Belgica, patrimonio vi militum attrito, pedem figere in ijs locis vel inuitum adegerunt. *Ien.* itaque Saxonum paulo plus *annum* hæſit, docuit, & illa primordia ipſi ad Profeſſorium munus fuere. In quo munere ad extremum vſque ſpiritum, quanquam rude iam donatus à Sereniſſimo Principe *Alberto Auſtrio* magna conſtantia perſtitit: ne iuuentuti, cui ad optima ducendæ natus erat, deeſſe videretur.

Peregrinatio Germanica.

Venit Viennam.

* 1572. *Rediturus in patriam bellorum peditur.*

Docet Ienæ.

Fecit itaque quod ante ipſum nobiles, imo principes, viri fecere: rati nimirum, *Profeſſione publica dignitatem omnem ornari, non deſtrui.*

Sed rebus paullum modo tranquillatis: oculos iterum ad ſuos, & ſua flexit, *Coloniam Vbiorum* venit. Hic *Annam Calſtrian.* viduam, patricia Louanij familia genitam, vxorem duxit, ſui magis animi, quam amicorum impulſu. Sed vt ille ait:

Ducit Vxorẽ Coloniæ.

Τὸ * μὴ ἄκρα ἐπιχλώσαι Θεὸν αὐτί,

* *A diis fatalium hoc decretum.*

& concorditer ſane vixerunt; fructus tamen matrimonij, id eſt, liberorum, exſortes. Coloniæ *nouem menſes* ſubſtitit: *Tacitum* primo correctum, & notas ad eum dedit: ibidem *Antiquas Lectiones*, quæ in Plauto potiſſimum emendando verſantur, conſcripſit. Inde in Iſcanum ſuum migrauit, animo deſtinato ruri agere, & tabernaculum vitæ in quiete illa collocare. Verum bella vetuerunt, & *Louanium* compulerunt: atque ibi ex amicorum conſilio iuris ſtudijs paulo magis ſerio ſe dedit, & *titulum* etiam *Iuriſconſulti* publica inauguratione ſumpſit.

Tacitum edit. A. 1575. Antiq. Lectiones.

Iureconſulti titulus ei collatus 1576.

A foro tamen atque Reipublicæ procuratione, non inertia, ſed iudicio ſe perpetuo abſtinuit: voce autem & ſcriptione

voluit accenſeri. Parentes inaudiuerunt, abduxerunt, & annos iam *ſedecim* natum *Louanium* amandarunt. Ibi literarum & antiquitatis ſtudia ad ſe traxerunt: quorum tamen guſtum, amoremque *Coloniæ* infuderat *Gerhardus Kempenſis*, præceptor in Græcis, acerbi homo fati. Sed Louanij compares ei comitesque in ijſdem ſtudijs fuere *Ludouicus Carrio*, *Franciſcus Martinius*, *Arnoldus Deinius*; ductore omnium *Cornelio Valerio*, & quaſi chorago. Nam is *Petro Nannio*, qui primus honeſtum ibi ignem accenderat, ſucceſſor datus: ſtudio non impar, ingenio inferior. Acceſſere mox *Martinus Delrius*, *Victor Giſelinus*, *Ianus Lernutius*, *Andreas Schottus*: interiores iſti, & ex aſſe amici.

Louanium abiegatur.

Gerhardus Kempenſis.

Studiorum ſocii.

Dum autem inibi eſt, & Iuris etiam artem libat, pater ei fato functus eſt: vir acer, manu promtus; ſodalium ac conuiuiorum appetens, & qui comitate ſua amplum patrimonium valde attriuit.

Pater Lipſii moritur.

Mater curam eius reliqui & liberorum, *Iuſti* ac ſororis eius ſuſcepit: matrona in ſumma modeſtia virilis animi & conſilij, & cui ex illo ſexu, æuo, populo non aliam iudicio præpoſuiſſes. Hæc filij cauſa *Louanium* venit, ſedem tranſtulit, atque ibi ex hydrope non diu poſt obijt.

Paulo poſt & mater.

Annum agebat tum fere *decimum octauum*, & publice iam ſpecimen aliquod ſui dederat declamando in ſcholis, aut diſſerendo. Sed magis magisque Muſa vetus ipſum capere: & eius amore Italiam cogitare. Fecit. Sed libris antea *Variarum lectionum* quatuor conſcriptis, atque editis, quos *Antonio Perenotto* Cardinali Granuellano inſcripſit. Primus hic ei aditus ad famam, etiam in illius patroni domum fuit: in quam Romæ admiſſus, *biennium* circiter egit: cum omni benignitate ab eo habitus, & ad ſtudia tractanda non incitatus ſolum, ſed adiutus. Erat à Latinis ei epiſtolis: ſed otium & omne liberum tempus dabat inſpectioni lapidum, locorum veterum, & ſi quid viſendum, noſcendumque in Vrbe, aut circa eſſet. Bibliotheca etiam Vaticana ipſi per eundem, & *Guilielmum Zirletum* Cardinalem patuit; & in ijs ſtudijs curisque tempus illud ſumpſit. Innotuit *Paulo Manutio*, *Fulvio Vrſino*, *Latino Latinio*, *Hieronymo Mercuriali*, *Antonio Mureto*: familiariſſimus *Plauto Bencio*, qui *Franciſci* poſtea nomen cum alia vita aſſumpſit. *Petrum Victorium* etiam, & *Carolum Sigonium* per viam vidit: atque ipſe venerationem illis, ipſi affectum ei exhibuerunt.

Variæ lectiones primus ingenii Lipſii fetus, 1567.

Romana peregrinatio.

Louanium deinde redijt: annum vnum egit, in ἀκμῇ ipſa adoleſcentiæ;

Iucundum cum ætas florida ver ageret:

Bruxellæ ſtudiis initiatur.

Annos iam ſex natus *Bruxellam* cum parentibus migrat. Ibi ſtudijs literarum initiatur: facili promptoque ingenio, adeo vt præceptor paruulum genibus impoſitum, & ſic recitantem alijs oſtenderet in æmulationem, aut exemplum. Inter condiſcipulos cum alijs *Dionyſius Villerius* tunc fuit. Grammaticalia ſtatim hauſit, & ſponte ad linguam Gallicam etiam ſe dedit, quam è libris ſine doctore ita didicit, vt ſcribere poſſet, etſi loqui, & legitime pronunciare non poſſet. Sed hic ei etiam diſcrimen, nonniſi à Deo palam depulſum. Cum æqualibus currere, & luſitare feriatis diebus extra vrbem ſolebat: & euenit, vt circa *Sennam* flumen. Ibi cymbula ripæ applicata, & funi ad arborem religata haud longe ſupra frumentariam molam. Intrant, ſoluunt, & agitant: vidit molitor, accurrit, & voce minatur. Socij deſerunt, exeunt: penultimus ipſe idem conatur, ſed pedibus priorum repulſa cymba, & à ripa diſiunctior, ſaltum fefellit. Capite igitur præceps in flumen labitur, puero vno, qui poſt ipſum, diuinitus animato; vt pedem ei prehenderet, atque ita ſuſpenſum teneret. Interea molitor aduenit, attollit ſemianimem, aquæ ſaturum: & ſoſpitator vtriqué fuit. Nam & cymba prono fluxu (abſque illo fuiſſet) ad molam ibat, eius vorticibus inuoluenda & mergenda.

Periculum Lipſii in aquis.

Studium apud Athenſes.

Anno decimo, *Athum* Hannoniæ ablegatur, bonæ famæ ſcholam: atque iterum ibi Grammaticalia puero ſunt inculcata: prauo illius & noſtri ævi more: quem ipſe alicubi * non ſine cauſa deplorat. *Biennium* in varijs Grammaticis detentus, mox carmen cœpit ſcribere: & anno tertio *Coloniam Vbiorum* porro ad Patres Societatis mittitur. Illi Græcis eum, Rhetoricis, & Philoſophicis imbuerunt: capere ſane pronum, atque iſtic & alibi antea ſemper ductorem & principem ſuæ claſſis. Itaque vix *duodecennis* * orationes ſcripſit & habuit; pueriles quidem, ſed quas grauior etiam ætas in illa ætate laudaret. Nec deſtitit poſtea: & dedit floridioris eloquentiæ ſpecimen non vno loco. Philoſophica autem iam inde à puero ipſi placuere: vt peccare iuuenili quodam ardore, & freno indigere videretur. Conſtat * à magiſtris non raro è manibus excuſſos ipſi libros eius generis, & commentarios ereptos, quos ex omni interpretum turba laborioſe ſibi confecerat. Neque mutauit poſtea, ſed in omni ſtudiorum curſu iſtam ſapientiæ metam præ oculis habuit. Nec ea proceſſit via, qua philoſophantium vulgus hodie: qui ſpinis argutiarum & laqueis quæſtionum irretiti, nihil aliud agunt, quam quod ſubtili inanium diſceptationum filo eas texant & retexant. Politicis & Ethicis potiſſimum ſeſe dedit, & ſemina iam tum apud Vbios iecit frugis poſtea enatæ.

* *Cent.* 1. *miſcell. ep.* 94.

Mittitur Coloniam.

* *Cent.* 2. *miſcell. ep.* 31.

Philoſophiæ ſtudium.

* *Præfatione in Conſtant.*

Sub id tempus pietas pectus eius tetigit, & Patribus ipſis voluit

gloriæ, sibi repositam, accepturus est, immortalitateque beatissima perfruiturus. D. *Conradus Rittershusius in oratione parentali.*

IVSTVS LIPSIVS.

⊙. 1606. d. 13. Mart. at. 59. curr.

Dies & annus natalis.

IVSTVS LIPSIVS missus est in hanc vitam anno millesimo quingentesimo quadragesimo septimo, die, qui D. Lucæ sacer est, decimoquinto Kalend. Nouembris. Nox media ipsum edidit: cum mater (ita narrantem sæpe audisse scribit) superiori proxima nocte vidisset vigilans, & exsomnis, duos puellos mire candidos, per cubiculum inambulantes, mutuum se complexos. Interpretatio * ipsi alijsque, incerta. In Iscano autem est genitus, municipio aere, aquis, situ peramœno: quod tertio milliari à *Bruxella*, itemque à *Louanio* abest.

Præsagium de ipso.

* *Interpretantur aliqui doctrinâ & modestiâ præsignatas.*

Parentes ei fuerunt *Ægidius Lipsius*, & *Isabella Petriuia*: ille vnicus parentibus, hæc vnica: opibus, & genere vterque perhonestis. Auus *Nicolaus Lipsius* quieti & literis operatus: propatruus *Martinus Lipsius*, vir ob doctrinam *Erasmo* familiaris, & à suis, illiusque scriptis notus. Vxor aui *Margaretha Eschoutia* stirpe nobili: & maiores, Pater, fratres eius in Principum Belgij aulis. Proauus *Ioannes Lipsius* cui vxor *Anna Linckebekia*, genere nobilissimo, sed in virili stirpe iam exstincto Ea in dotem villam, agros, domum contulit, quæ in Iscano, atque ea occasio I. Lipsij illic nati. Nam pater & maiores, domo omnes Bruxellenses erant, atque ibi, aut in vicinia opes.

Parentes & maiores.

Agitatum in sacro fonte, & die eius lustrico, de *Lucæ* nomine imponendo, causa * supra dicta: sed pater abnuit: & aui paterni, maternique in ipso renouauit. Parentes Iscanum aliquot annos tenuit, quia & mater in propinquo villam, & agros vberes habebat, supra Wauriam: & pater item in Iscano dicta bona. Ergo & ibi educatus est: non sine *duplici* periculo, quod præsens vitæ eius fuit. Puer *quadriennis* egressus domo ad vesiculam leuandam, videt niues (media hyems erat) in colliculum vtrimque, vt via media esset, scopis aggestas. Conscendit, in faciem cadit, spirandi impos, & iam suffocandus: nisi ancilla, quæ superne verrebat, bono fato eum respexisset, & erectum seruasset. *Alterum*, cum domus repararetur, per tabulata, & machinas fabrorum lusitat: decidit *quinderim pedum* altitudine cum sodali suo: qui crus sibi frangit, ipse caput, & sinistram aurem leuiter lædit, tutela eius, Genius fuit: &, quod cingulo sericeo suspensus in pertica hæsit, donec eo soluto caderet, sed ictu molliore.

* *Quia eo die natus.*

In Iscano prædio auito educatur.

Pericula in quæ puer incidit.

stulo animæ pijssimæ vox esset: *Miserere mei, &c* Et tam placidum fuisse eius obitum, testantur, qui supremis eius adfluere: vt ne membrum quidem vnicum corporis contorqueri dolore agonis extremi posset animaduerti. Illud quoque memorabile ex parentibus eius accepimus, quibus id retulit pius filius: *Octauo* ante beatum eius excessum die, quasi in ἐκστάσει quadam percepisse eum quendã gustum inenarrabilium gaudiorum vitæ æternæ, cuius gloriam ac lætitiam ineffabilem Deo reuelante vidisset.

Somnium ante mortem.

Hoc demortuo filio perhibent testimonium vitricus & mater; habuisse omni æuo obsequentissimum: nunquam à prima vsque pueritia se vlla in re ab ipso offensos fuisse: Nunquam eum vllius cum quoquam mortalium rixæ vel authorem vel adiutorem extitisse; contra vero εἰρηνοποιὸν semper esse studuisse, qui dissidentes aliorum animos in concordiam reducere gauderet, omniaque in meliorem partem tam alijs, quam sibi interpretaretur; tantaque vteretur vbique moderatione ac prudentia, quæ longe supra ætatem suam posita, in senes tantum cadere videretur. Nec minus & hoc relatu memoriaq; dignum est, quod proximo ante obitum Sabbato in hæc verba æger erupit: *Si Deo visum fuerit, vitam mihi ex hac infirmitate restituto producere, procul dubio me eo consilio in hoc orbe diutius retinere volet; vt multum boni faciam, & multorum vtilitates mortalium procurem. Quicquid autem ipsi placuerit, hoc lubentissime sequar.* Hoc nimirum est re ipsa, Θεῷ ἕπεσθαι, quod antiquæ sapientiæ præcepto iubemur. Hoc etiam beatus Martinus faciebat, cuius illam consimilem vocem refert Sulpitius Seuerus. Nam cum ei dixissent ægroto astantes discipuli: *Cur nos, Pater, deseris? aut cui nos desolatos relinquis? Inuadent enim gregem tuum lupi rapaces*: ad Deum vir beatissimus, & miraculis clarissimus ista fertur protulisse: *Domine, si adhuc populo tuo sum necessarius, non recuso laborem. Fiat voluntas tua.*

Obedientia erga parentes.

Pacis studium.

Martini Episcopi nouissimæ voces.

Hunc exitum habuit optimus iuuenis, qui pro longiore peregrinatione, quam ipsum meditatum fuisse diximus, patriam cęlestem mature repetijt, cum in hoc terreno exilio versatus esset, iactatusque varijs casibus per annos 25. & 4. menses. Illatæ autem sunt eius corporis exuuiæ sepulcro paterno, quod est Stadæ in æde D. Nicolai, patrijsque ossibus ossa filij contigua composita duodecimo Martij, expectantia beatam spem & apparitionem gloriæ magni Dei & Seruatoris nostri in resurrectione vniuersæ hominum qui vnquam ab orbe condito vixere, multitudinis, vbi audiet à Filio Dei, quem religiose coluit, & cuius solius fiducia Patrem in Spiritu sancto adorare solitus est, εὐαγγέλιον hoc cum alijs sanctis: *Euge, serue bone & fidelis intra in gaudium heri tui*: vbi etiam coronam gloriæ,

Ætas Putschii.

Sepulcrum.

licet *Nihil illo triſte receptū*) & vice mutua ab illis exhilarabatur, congratulantibus interſeſe, quod diuina benignitas & parentibus filium, & filio parentes ſeruaſſet huc vſque & redonaſſet incolumes: Putſchio etiam ſolidam voluptatem ſibi inde capiente ex libris; quorum bonam copiam, velut mercem pretioſiſſimam, apud exteros ſibi comparauerat, domumque reportarat, inque ijs aſſidue habitante: tamen ea gaudia nimis (vt humana ſunt) fugacia breuiaque fuere.

Vix enim *trimeſtre* totum domi compleuerat, in conſpectu dulciſſimorum parentum, quibus cum hyemem tranſigere cogitabat, meditans interim aliam peregrinationem in [illegible], *Britanniam*, & alias exteras regiones, cuius volebat initium facere ſub feſtum Paſchatis, comite *Tob.* ſuo. Atque ecce 23. Februarij morbus eum noctu corripit grauiſſimus: cui ſe medicinam facere poſſe cum ſperaſſet fiſtula Caſſiæ; mane hanc aſſumſit, & corpus purgauit, quod ei ante ſimiliter Heidelbergæ laboranti præſens fuit remedium, neq; grauioris mali quicquam metuentes parentes id permiſere: vt purgationi ſuccederet venæ ſectio. Quo facto vires magis magisque debilitari atque concidere: Medicus etiam dicere, ſe ex ſanguinis inſpectione animaduertere magnam caloris natiui in Putſchio imbecillitatem, quam nimiæ cerebri intentioni, ſtudiorumque aſſiduitati, adſcribendam exiſtimaret. Iamq; & mentis emotio metui incipiebat. Sed res docebat, turbari nonnihil caput vaporibus, ex obſtructione alui purgationem ſubſequuta, natis, & illud infeſtantibus. Quo malo ſoluto poſt biduum, ad ſe rediit æger: & quamuis corporis viribus pene proſtratis, animo tamen bene firmo ſibi conſtans cum Deo per exhomologeſin piam reconciliari, & extremi viatici ſacri participatione, quicquid euenisſet, inſtrui & præmuniri voluit: quod ſecundo Martij die, morbi autem ſeptimo, factum ab eo eſt, ſumma religione & pietate. Neſcio cuius eſt dictum ſane veriſimum ὡς ἐπὶ τὸ πλεῖστον, *mors eſſe vitæ teſtimonium ſolet*: Idem & in Putſchio comprobatum eſt re ipſa. Nam cum ad vitæ exitum vocari ſeſe à Deo intelligeret; iamque per aliquot dies ab omni cura rerum terrenarum remouiſſet animum, nihil aliud, quam pia vota precesque colloquijs aſſiduis de rebus diuinis atque cœleſtibus miſcere geſtiebat: ſumma interim patientia morbi cruciatus vincens, & beatam illam expectans horulam, qua ſpiritum Deo ſuo per Chriſti meritum ac fiduciam redderet. Id optimo iuueni tandem 9. die Martij ipſo meridie hora 12. per diuinam gratiam contigit, cum ad extremum vſque halitum non modo mente integra vteretur: verum etiam pijs ſermonibus fidem ſuam in Deum & Chriſtianam patientiam conſtantiamque teſtaretur, ſupremaque fugientis ex ergaſtulo

Morbus.

Caſſiæ fiſtula.

Exhomologeſis nouiſſima.

Mors vitæ teſtimonium.

Obitus Putſchii.

mum se alioſque fuiſſe, tam præclari teſtimonij iudicijque, quod de ſuo tuliſſet Scaliger: eoque demum mortuo, inter ipſius literas repertas etiam iſtas ſibi primum innotuiſſe. Id ſic interpretatur Stamlerus (nec abſurde) quod fuga inanis gloriolæ & iactantiæ apud ſuos illam celatam voluerit epiſtolam, cum quidem modeſte interdum diceret, ſed vere nimis: *Non intelligere homines pleroſque, quid in eo opere à ſe præſtitum ſit, quantove id ſibi labore conſtiterit.*

Modeſtia Putſchii.

Nec ægre ferebat opt. iuuenis indoctorum vel etiam ſemidoctorum (qui viris doctis pariter & indoctis ſæpe inſolentiores ſunt) contemptum & ὀλιγωρίαν, dummodo ſua ſtudia vere doctis placere intelligeret, quorum, ſe ſtudijs ſanioribus muniebat & conſolabatur; eaque aliorum opponebat iniquitati, & inſulſitati.

Heidelbergæ dum fuit, etſi in illo quod diximus, opere totus erat; tamen in amicorum gratiam nonnunquam & carminibus ſcribendis operam dabat: ſicut de multis vnum hic nominare libet, quod in laudem quartæ centuriæ ſymbolorum & emblematum V. Cl. *Ioachimi Camerarii* p. m. fecit, perpolitæ atque editæ ab opt. viri optimo filio *Ludouico Camerario* I C. & conſiliario El. Pal.

Perfunctus Putſchius grauiſſimo labore, quem illi, immortali operi impenderat: (tametſi etiam notas illi adijcere, vt intelleximus conſtituerat) animi recreandi, & colligendarum virium gratia, quo alacrior deinde ad ſtudia rediret, à nundinis Francof. autumnalibus anni 1605. *Auguſtam*, maiorum ſuorum patriam, in eaque propinquos ſuos & amicos alios viſere voluit: Vnde *Monacum* quoque & *Ingolſtadium* excurrit, nobiliſſima Bauariæ oppida. Quibus perluſtratis, *Altorfium* quoque non ſpreuit, illud cogitans Heracliti: αἰσχρὸν ξένον εἶναι καὶ ἐν ἀλλοδαπῇ ποι κυλίεσθαι Eo itaque venit, Rittershuſij inter cæteros reſalutandi. Sed cum domo forte abeſſet, Norimberga prius ſibi diſcedendum non putauit, quam eum reuidiſſet. Sic eo ipſum ſecutus & aſſecutus; aliquoties cum eodem iucunde fuit: vbi poſt multos vtrinque commutatos ſermones (in quibus maturum ac ſenile quiddam præ ſe ferebat) vltimum vale, vt eius exitus poſtea docuit, dixerunt inuicem; quod fuit ineunte menſe Nouembri. Tunc enim cum nobiliſſimo iuuene, *Theodoro Blumio* Eq. Cimbro currum conſcendens, *Lipſiam*, indeque *Hamburgum* & *Stadam* contendebat. Et feliciter ille quidem in patriam ad ſuos redijt, ſaluaque omnia inuenit domi: Sed ipſe diu ibi ſaluus ſupereſſe per fata non potuit. Quanquam enim ſe læta dabant principia, dum & parentes amantiſſimos pius ac probus, ſi quiſquam, filius reditu ſuo & conſpectu colloquioque iucundiſſimo exhilarabat, quibus videlicet

Peregrinatiuncula.

Reuiſit Rittershuſium.

Redit ad ſuos.

dare te, vt eum ornares, qui amicos suos, quam se ornatos malit. Quot enim Principes eleganti illa epistola digniores sunt, quam ego? Quæ me ita affecit: vt quamuis eius castitatem & puritatem sermonis ita, vti debeo, impense miratus sim; tamen facere non potui, quin, quia illa dedicatione indignus sum, nihil aliud, quam eleganter vulgo traductum me esse dicam. Posteritas quidem quæ ex isto labore tuo, non ex tuis annis, iudicium tuum æstimabit, fortasse me alicuius pretii esse crediderit, quod, qui tam bene de veteribus scriptoribus iudicare potuerit, de hominibus sui seculi multo magis id facere possit. Verum age, tu me insigni beneficio tuum feciſti: ego illi impar sum: audeo etiam dicere, hoc ingratissimum seculum tam præstanti opere indignum esse. Certe tu id ætatis & tantis temporis angustiis id præstitisse, quod memoria patrum nostrorum, ne vno quidem seculo multa fecunda ingenia explicare potuissent, qui non mirabitur; ille aut literas nescit, aut mortalium ingratissimus est. Fruar igitur beneficio tuo, quod mihi cum omnibus commune est. Triumphabo honore, quo me solum frui voluisti. Effigies mea parata est, sed cui tuto credam habeo neminem, neque spes est, illam tibi reddi, nisi proximis nundinis, aut per eum, cui recte eam tradere possim: quem nisi tu indicaueris, vbi nanciscar nescio. Itaque si ad manum tibi est, quo tuto id efficiam, per me quidem nulla erit mora. Non enim magis cupidus es eam petendi, quam ego tibi mittendi. Porro est quidam egregius vir, Germanus Sethus Caluisius, qui nuper sub initium superiorum nundinarum præstantissimam Chronologiam edidit, rationibus meis instructam: vt ne ab illis latum vnguem discedat, opus æternitate dignum. Is ad me vnum exemplar misit, quo nomine illi gratias ago ea epistola, quam ego cum tua coniunxi. Itaque oro te per amicitiam nostram, vt illi eam tuto cures, neque eam tradas, nisi cuius fides tibi spectata sit. Et quia me amas, quamprimum certiorem me fac, an eam tradideris, & si tradideris, an ille, cui dederis, celeriter redditurus sit. Nolo dicere, quam lætatus sim, quum viderim, ineptos quosdam Cercopitheces oblatrasse rationibus & argumentis nostris. Hunc autem præstantissimum virum non aliis, quam illis nostris Chronologiam suam muniisse. Hoc opus reliquorum omnium luminibus officiet, & si bene auguror, nullius operis tam crebra fuit editio, quam huius erit. omnino eximium est. Scribe ad me quamprimum, præsertim quam viam insistam effigiem nostram mittendi. Vale tertio nonarum Decembris, Lugduni Batauorum, anno Christi millesimo sexcentesimo quinto.

Sethus Caluisius.

Hactenus Scaliger: cuius tamen epistolam Putschius ne parenti quidem alijsve in patria vnquam ostendit. Nam ex Stamlero accepimus, quamdiu filius suus vixerit, ignarissimum se

adiungeret (id enim adamauerat) consilium ceperat pulcerrimum corrigendi, & vno volumine comprehendendi *veteres Grammaticos*, quotquot sparsim editi, ac velut vagi circumferebantur extra corpus illud *veterum linguæ Latinæ autorum*, quod vir clarissimus ac Iurisconsultus celeberrimus *Dionysius Gothofredus* confecerat: exsequendi eius consilij causa *Francofurtum* primo, per occasionem nundinarum autumni illius anni, inde *Heidelbergam* se contulit. Ibi enim commodissime huic rei se vacare posse persuaserat sibi: nec frustra. Erant enim ibi præter alios, quos oraculi instar consulere posset, viros doctissimos, *Marquardus Freherus* Serenissimi Elect. Palat. consiliarius, & *Ianus Gruterus*, viri, & Putschio dum viueret, & doctis omnibus amici.

Veteres Grãmaticos editurus Francofurtum venit.

Inde Heidelbergam.

M. Freherus.

I. Gruterus.

Opus illud Grammaticorum veterum triginta trium, si recte meminimus, cum absoluisset, incredibili exantlato labore, breuiore etiam, quam posse fieri videatur, spatio temporis, idque heredibus ac socijs Wechelianis imprimendum dedisset: vniuersi quidem eius tutelam commendauit *Iosepho Scaligero*, partes autem præcipuas alijs viris clarissimi nominis ac meriti inscripsit, *Velseru, Bongarsio, Freherus, Gruteris*: sed neque vitricum, vel potius alterum parentem suum, iam supra nobis non semel laudatum, *Ioannem Philippum Stamerum*, præterire ibi voluit, quin ei loco ἀνταποδόσεως, & ad grati ac pij animi edendam publicam ac perpetuam significationem operis illius partem aliquam inscriberet. Equidem vt alij suas προσφωνήσεις acceperint, nescio, facile tamen est de illorum quoque animis coniecturam facere ex animo purissimo & innocentissimo Scaligeri, (at quanti viri?) quem is in sua ὑπαντητικῇ epistola expressit, ac Putschio aperuit: digna quæ ab omnibus legatur. Nam & laudes Putschij meritissimas, cui in ea nouo quodam modo gratiæ aguntur celebrat, cum insigni extenuatione sui, raroque singularis modestiæ exemplo: & huic narrationi pro magno, nisi omnia fallunt, erit ornamento.

Opus Veterum Grammaticorum.

Epistola Scaligeri ad Putschium.

Iosephus Scaliger Heliæ Putschio salutem.

Vnde, mi Putschi, ordiar, vt tibi gratias agam de præclara editione Grammaticorum tuorum? Quum enim me indignum tanto honore videam, excidunt mihi verba, quibus pro dignitate gratiam referam: quibus saltem quam eximie de me meritus sis, exponere possim. Nam gratiam quidem referre nostram est; sed non opis nostræ. Pudet me honoris oblati, cui impar sum. Miseret me operis, quod meliore patrocinio dignum erat, vnde tibi plus gloriæ, & fortassis aliquid vtilitatis contingere potuisset. Maluisti defraudar

quendam accepit, qui impetrato in Italia iure nescio cuius Comitiuæ Palatinæ, hoc est, inter alias æruscandi orbis artes etiam poetas (si Musis placet) creandi reportata potestate, passim locorum, per quæ transiret, artem hanc poetificam factitabat: & vatibus nouis, dignis, indignis, siue μουσαπατάγοις, Germaniam implere, dummodo ipse tantum inde colligeret viatici, quantum suo rumini implendo, & famulo, & cani pedissequis alendis sufficeret. Hunc ille hominem (cuius nomini hic parcimus) ineptissimum, cum non modo videret ipsum bonis viris, & non male de ipso quondam meritis, male dicere absentibus: sed alios quoque in huius societatem contumeliæ ac petulantiæ aduocare, nimirum sibi iam obnoxios ob laurum & Pegasos, quos ab eo accepissent; noui derepente vates ab ipsius tripode prodeuntes: ferre loliginum ac sepiarum illam sobolem candidissimi pectoris iuuenis non potuit, eorumve vlterius dissimulare deliria. Quare illam, quam dixi, epistolam illis apposuit, qua *poetificem* illum & *lauriuendulum* probe, pro eo ac merebatur, defricat: perrexissetque istiusmodi vanitatis laruam detegere, nisi monuisset eum Rittershusius, posse tempus multo rectius alibi ab eo collocari. Istos autem homillos non esse ipso dignos aduersarios, quorum vanitas se ipsam refelleret, adeoque iam satis nota esset etiam mediocriter doctis. Nec plura ille tum contra istum & complices eius, tametsi pro delectamento vanellis fuisset, si cum Amando serram istam reciprocare diutius potuissent,

Ars poetifica.

Insignemque suo capiti petere inde coronam,
Vnde prius nulli velassent tempora Musæ.

Vt autem Ienæ, sic Lipsiæ quoque Elegias quasdam, (hoc enim carminis genere præ cæteris delectabatur, & venusta eruditaque facilitate scribendi hic potissimum pollebat) amicorum honori consecrauit, atque edidit, maiore profecto sua cum laude; quam si cum laruis illis, colluctari perrexisset, à quibus non nisi collutulatus discedere potuisset.

Elegias scribit.

Lipsia *Stadam* est reuersus mense Iunio anni 1604. cum prius nobilissimas in illo tractu vrbes perlustrasset, partim aulis potentissimorum principum, partim scholis publicis celebratas. Nec diu moratus apud suos, aut reses domi (quippe vt cœlum & sidera in perpetuo sunt motu: sic cognata cœlo ac sideribus ignea ac vegeta istiusmodi ingenia, quale Putschius fuerat sortitus, motu & agitatione gaudent; nihilque magis, quam desidiam oderunt & auersantur) in *Belgium* negotiorum causa contendit, simul vt ordinum castra Mauritiana, quæ tunc ad Slusiam erant, videret.

Redit Lipsia Stadam.

Ingenia bona in perpetuo sunt motu.

In Belgium abit.

Quia vero, priusquam animum ad Iurisprudentiæ studium adiun-

exemplum lippus. Ita leuationem quamprimum senſiſſet, domi ſe attineri diutius paſſus non eſt.

Ienam ſe confert.

Conſilium ipſi dabant medici, vt aerem ſectaretur ſiccum & ſalubrem, vt conſtanter ſecum bona valetudo in gratiam rediret. Quare *Ienam* paulo poſt, inque conuictum Cl. V. quo & nobiliſſimi aliquot iuuenes vtebantur, ſeſe contulit, ex quibus hanc ſolummodo nobilem trigam honoris ergo appellamus, *Adamum Melchiorem Marſchalkium ab Oſtheim.* Eq. Francum, cuius domuitionem & Argentinenſem profectionem Putſchius cultiſſima Elegia proſequutus eſt, nec non *Georgium Pflugium ab Euteren.* iuniorem, & *Henricum à Bunaw in Treben.*

Studiorum ibi ſocii.

Ienæ porro in Ianuarium menſem anni 1603. permanſit, ita viuens, vt gratus eſſet omnibus modeſtiæ amantibus, ac ſobrietatis, optimarumque artium iuxta ſtudioſis: nam ſecus, ſi qui eſſent, his ne cupiebat quidem placere. Ienæ vale dicto amicis, Lipſiam de ſuorum conſilio ſeſe vberioris capiendi cultus ingenij cauſa contulit, domeſticus factus Cl. Viri D. *Caſp. Iungermanni*, cuius filijs *Caſpare* & *Gothofredo*, magni illius *Ioachimi Camerarii* ex filia *nepotibus*, familiariſſime vtebatur, & poſt hos conſuetudine amica *Tobiæ Adami* Variſci, doctiſſimi, Medicæ artis candidati, & trium linguarum capitalium, iuxtaque poeticæ facultatis peritiſſimi iuuenis.

Ienam Lipſiã abit.

Caſpar. Iungermann.

Tobias Adamus.

Cæterum *paucorum* erat *hominum*, vt cuius ingenium ac mores ἀπὸ τῶν πολλῶν ſeorſum abirent: neque ſectaretur inania & ineptias, quibus plerique id ætatis nimium capiuntur ac dediti ſunt. Vnde factum eſt, vt ab ijs, qui alta affectant, quiq; ad opinionem potius ac ſpeciem, quam ad veritatem viuunt, non magnifieret, vel etiam contemptui haberetur: quod & ipſe in ea oratione, qua mortem fratris *Iohannis* deflet, non obſcure indicat. Inprimis autem quod compertum eſſet, ipſum ritu illo nondum initiatum fuiſſe, qui in pleriſque omnibus Germaniæ Academijs non aliter ſtudioſos facere exiſtimabatur: quam quondam apud Romanos in manumiſſionibus vna Quiritem vertigo faciebat: ijs vero in locis vbi Putſchius laudabiliter antea vixiſſet extra Germaniam, non erat receptus, vt neque à Gallis, neque ab Italis, neque à Britannis alijs ve nationibus curatur: ad illarum ineptiarum καὶ ἰρεχθλιῶν perpeſſionem ab æmulis & inimicis adactus & ipſe fuit, quaſi abſque his inter veros ſtudioſos nomen profiteri non poſſet.

Depoſitio Academica.

Dum Lipſiæ fuit, ridicula quædam adornata eſt Comœdia, cuius & Witeberga ſpectatrix fuit. Ea tunc occaſionem præbuit Putſchio, quippe vanitatis omnis oſori, & veritatis amatori maximo, epiſtolam ſcribendi edendique ſub alieno tamen nomine *Amandi Roſacii*. Ea in epiſtola falſe ac feſtiue agyrtam quen-

Comœdia cum Comite quodam Palat.

cultate, qua prosa, qua ligata oratione profecit; vt carminum, quæ tunc feciſſet, nec multo poſt quidem pudere ipſum debuerit; ſed in lucem illa edere potuerit, non ſine ſua laude.

Tantàm ingenij felicitatem atque excellentiam in eo conſpicatus idem, qui primus ei Latine diſcendi author fuerat, *Iohannes Philippus Stadterus* etiam vlterius prouehere adoleſcentem priuignum, quem in filij loco diligebat, non neglexit, aut deſtitit. Itaque in Academia Leidenſi, quæ quamlibet Chriſtiani orbis Scholam publicam celebritate nominis omnique ἀκριβείᾳ hoc æui prouocare facile poteſt, parentes, & qui parentum loco erant, ipſum aliquamdiu alere decreuerunt: & aluerunt certe *in annum* vſque *tertium*: Ibi ille ita vixit, ita feliciter didicit, vt omnium ſibi amorem conciliaret, gratus & acceptus etiam luminibus illis non modo illius vrbis ac ſcholæ; verum etiam orbis ac ſeculi & literarum principibus, *Ioſ. Scaligero*, *Iano Douſæ*, *Bonauenturæ Vulcanio*, *Raphelengio*, *Paulo Merulæ*, *Franc. Iunio*, *Petro Scriuerio*, *Ioan. Meurſio*, *Danieli Heinſio*, à quo elegijs decoratus, denique alijs.

Academia Lugdunenſis.

Putſchius in ea.

Ibi anno millesimo ſexcenteſimo primo ad exordium ſpectante *Salluſtii τὰ σωζόμενα* ex fide vetuſtiſſimorum codicum correcta, & nouis notis ſuis illuſtrata, fragmentis quoque centum auctiora edidit, ampliſſimoque viro *Cornelio Neſtadio* Senatori ſupremæ Batauorum Curiæ, & *Iani Douſæ* collegæ dedicauit. Hoc tam præclaro opere primum hominibus doctis longe lateque innotuit: & adoleſcentiam ſuam publice commendauit, famæque vadum tentauit; feliciſſimumque colligit auſpicium. Ac fuit inter *Rittershuſium* quoque & Putſchium amicitiæ primus quaſi pararius & proxeneta, Salluſtius cum epiſtola doctà, & eleganti ab eo ipſi miſſus pro munere. Hanc amicitiam deinde conſtanter cum eo ad finem vſque vitæ coluit & conſeruauit: & poſt obitum etiam oratione publice edita, vnde hæc decerpta, teſtatus eſt.

Edit Salluſtium.

Oculorum imbecillitate & doloribus affligi Putſchius adoleſcens cæpit, vſque adeo; vt de viſu etiam amittendo periclitaretur; quod malum partim ex lucubrationibus nimijs, partim ex humidiore Batauico aere contraxiſſe putabatur. Itaque illius curandi ac depellendi cauſa morbi, anno 1601. menſe Auguſto *Stadam* ad parentes eſt reuerſus: vbi cum ei quietem & abſtinentiam à literarum ſtudijs ſui de conſilio medicorum imperaſſent: tametſi ægerrime id ab homine, qui librorum quaſi quidam helluo videbatur, obtineri poſſet: tamen bene monentibus paruit, indicto ſibi velut iuſtitio quodam literario. Seriora enim ſtudia non attingebat.

Oculorum imbecillitate laborat.

Redit Stadam.

Veruntamen ne ſic quidem ſibi temperare poterat; quin animi cauſa verſus interdum ſcriberet, quantumuis ad Horatij exem-

ex talium rerum curiosis & peritioribus audire; quam ipse mea
Zoroastres. sententia definire. De *Zoroastre* quidem ex Plinio didici, eodem die, quo genitus sit, risisse, futuræ præsagio scientiæ, cum infantes communiter vitam à fletu soleant auspicari. Fuerit hic sane risus amabilium Heliæ morum, quos in illo iam adultiore probarunt, quotquot eum norunt, præsagium; vel indicarit etiam derisionem, atque comptionem earum rerum in ipsius animo exstituram; quas pleriq; mortales magni æstimant, cum à sapientiæ studiosis ferè risui habeantur, vel denique arriserit angelo suo, qui pro custode vitæ nascenti addebatur: vel quomodo quisque hoc ostentum velit, interpretetur. Quam docile porro & capax fuerit ingenium sortitus,
Indoles Putschii. vel inde mihi quis æstimet, quod nondum *bimulus* precationem Dominicam sine hæsitatione memoriter recitare, siue vt Græcorum vtar verbo δισσολογεῖν potuerit. Embdæ in octauum vsque annum ætatis cum parentibus permansit, & in re-
Educatio pueritiæ. ligionis Christianæ primis fundamentis linguaque vernacula tantos fecit progressus; quibus multorum mortalium admirationem prouocaret. Ea iam tum vis excellentis memoriæ aliæque dotes in puero eluxere: vt à præstantissimis quibusq; hominibus certatim diligeretur; cumq; ipsis maximam temporis partem degeret, aegrè domi à parentibus contineri posset. Post *Embdam Stadium* hi commigrantes, puerum octennem
Hamburgũ missus. secum duxere, indeque *Hamburgum* addiscendæ linguæ Gallicæ causa in ludum literarium miserunt. Domum à suis anno millesimo quingentesimo nonagesimo tertio reuocatus, tam diligenter librorum lectioni incubuit; vt in illis assiduus esset: vnde magnus discendi ardor facile appareret. Quem cum in
Ioan. Philip. Stamler. eo animaduertisset præter cæteros paternus eius amicus *Ioannes Philippus Stamlerus* (qui postea vitricus eius defuncto patre, vel potius alter pater affectu factus est) autor patri fuit; vt Latinis quoque literis mature filium tam docilem imbui curaret, quo nimirum vberiores fructus tam fœcundi ingenij agellus rectè cultus proferret. Ita in disciplinam traditus est cuiusdam Belgæ, *Petri Carpenterii*, qui tunc Stadæ ludum li-
Serius Latinas literas didicit. terarium aperuerat. Iamque *decimumquartum* ætatis annum agebat Putschius cum Latinas literas primum legere incipe-
Abit in Hollandiam. ret; vt ὀψιμαθὴς quidam in illis quidem videri, appellarique posset. Verum ita res tulit, vt ludimagister ille paulo post in Hollandiam remigraret; secumque magnum discipulorum numerum, quasi examen apum rex, abduceret: inter quos & Putschius ipsi commendatus est: vt à latere sui doctoris nun-
Pet. Scultus. quam discederet. Apud hunc ergo adiumento *Petri Scolti*, primarij ciuis Antwerpiani, affinis & patrini sui, per *quadriennium* commoratus, tantum in Latina lingua, & scribendi fa-

cultа-

Reliquit filium, sibi cognominem, paternæ virtutis ac doctrinæ hæredem. Doctrinæ genus in religione constanter id probauit; quod Euangelicis in Ecclesijs sonat: atque ad idem liberos, coram & per literas paterne hortatus est.

Scripta, quæ posteritati elucubrauit, maximam partem *Philologica & oratoria* sunt: vt *schola Rhetoricæ de contexendarum epistolarum ratione: orationum*, exercitij gratia à generosa nobilique iuuentute Argentinensi in Academia habitarum, de diuersis ac iucundis argumentis, *omitto*. Edidit etiam *præcepta artis bene dicendi, ex Platone, Aristotele, Hermogene*, & similibus collecta: *Analyseis* item *orationum Ciceronianarum*, secundum causarum genera, orationis partes & materias: & his affinia; quorum syllabum bibliothecæ exhibent. *Ex programmate funebri & bibliothecis.*

Scripta Iunii.

HELIAS PVTSCHIVS ANTVERPIANVS.

⊙. 1606. d. 9. Martii. at. 26. currente.

HElias *Putschius* Antuerpiæ natus est d.* 26. Nouembris, anni MDLXXX. patre *Ioanne Putschio*, & matre *Elisabetha Rutzia*. Putschiorum autem familia sicut accepimus, iam olim apud *Augustanos Vindelicorum* honorata nec incelebris fuit, & cum patricijs quibusdam gentibus affinitate coniuncta, vt *Remorum, Stamlerorum, Imhofiorum*, alijs. Nec non etiam cum Vlmensibus patricijs Baldingeris. In *Carinthiam* quoque nonnulli Putschiorum se contulere, vbi Bambergensis præsulis est ditio, in qua feuda ab eo acceperunt, venis potissimum metallicis fructuosa. Ex hac igitur Putschiorũ gente Augustana auus Heliæ *Iohannes* oriundus, mercaturæ occasione *Antwerpiam* ob loci insignem, quæ illis temporibus erat, opportunitatem commigrauit. Sed rebus ac temporibus postea commutatis *Iohannes Putschius* parens patriam suam Antwerpiam sponte reliquit, *Embdamque* primo (quod orientalis Frisiæ adprime nobile oppidum & emporium est) deinde *Stadam*, quæ Saxoniæ vrbs percelebris, sedem fortunarum suarum ac domicilium transtulit. *Antwerpia* autem excessit, pater Heliæ, anno *octogesimo tertio supra millesimum quingentesimum* à nato Christo, cum *trimulus* etiam esset filius Helias. In cuius primo ortu hoc memorabile accidit (quod ex vitrico Heliæ *Iohanne Philippo Stamlero*, viro patricio cognouimus, cui id vxor sua, Heliæ mater, confessa est) quod vix in lucem editus infans riserit, manumque dextram, quasi lætabundus supra caput eleuauerit: qua in re quid infuerit ominis aut præsagij ad futuram nascentis felicitatem aut infelicitatem: ma o

Patria & parentes.

Alii 6. Nouembr.

Familia.

Auus.

Embdam discedit. Mox Stadam.

Simulac natus Putschius, risit.

Mittitur Argentinam.

Horum igitur filius ad ſcholam Argentinenſem anno ætatis *decimo quarto*, qui fuit Chriſti Seruatoris, quinquageſimus nonus ſupra mille, quingentos, peruenit, & ad claſſem quintam deductus, eximia ſtatim præſtantis indolis ſpecimina de ſe præbuit; Poſtea vero, peragratis antea præcipuis Galliæ & Belgii Academijs, Argentinam reuerſus, tertiæ & ſecundæ claſſi illius Academiæ, ſingulari cum vtilitate diſcipulorum, aliquot annis præfuit. Deinde ad profeſſionem publicam oratoriæ facultatis vocatus, Spartã ſuam ita exornauit, vt & docendo, & iuuentutẽ eloquentiæ ſtudioſam exercendo, & libros atq; orationes in publicum emittendo, magnam ſibi laudem & commendationem apud omnes bonos & literatos compararit.

E peregrinatione Argentinam redit.

Vbi claſſicus fit præceptor.

Indepublicus profeſſor.

Adhibetur ad officia Academi a.

Quapropter & ad officia Academica, *Viſitaturam* dico & *decanatum*, aliquoties adhibitus fuit: ſed etiam *Rectoratum* eius ſcholæ totis annis tredecim continuis geſſit: & poſteaquam id munus annuum eſſe ampliſſimo magiſtratui Argentinenſis Reipub. placuiſſet, ex interuallo idem officium iterum ei commendatum eſt.

Vita priuata

Vita eius priuata plena fuit exemplorum pietatis & modeſtiæ; inque expediendis vocationis ſuæ laboribus, adeo ſibi nõ pepercit, vt nocturnis lucubrationibus valetudinem, quæ pro conſtitutione corporis ſatis firma erat, & propterea diuturnior potuiſſet eſſe, haud parum viſus ſit lædere.

Paralyſi corripitur.

Hinc cum anno milleſimo, ſexcenteſimo, paralyſi ſiniſtri totius lateris correptus, & tamen ſingulari DEI beneficio priſtinæ valetudini reſtitutus eſſet, proximis etiam ſequentibus annis, ſuo pro virili functus eſt munere: donec defluxiones illæ iterum atque iterum recurrentes, anno tertio ſupra mille ſexcentos, ita eum debilitarint: vt nec lingua integre, nec pedes ſuum amplius officium poſſent facere: ſed perpetuo affixus lecto cogeretur iacere.

Patitur recidiuam.

Tandem anno quarto huius ſeculi, die decima tertia Ianuarij eadem paralyſi ingraueſcente, & linguæ vſum, & totius corporis motum plane amiſit: mente interim & intellectu integerrimo manente, ſenſibus etiã externis ita acutis reſtantibus, vt intra biennium integrioribus vſus nõ fuerit. Et licet poſtremis morbi diebus, preces ad DEVM lingua ſua expromere nõ poſſet: mente tamen ita ardens erat; vt geſtibus, totaq; corporis conformatione ſatis oſtenderet; nihil ſibi gratius, nihil optatius eſſe; quam literarum ſacrarum, piarumq; precum recitationem: & ſæpiſſime ſummo conatu hanc vocem proferret: *orate, orate.*

Moritur.

Atque ita die tandem 22. Ian. circa ſecundam pomeridianã, ad ſomnum ſe, qui tamen affectus potius ſoporoſus fuit cõponere viſus; in eo quiete ad extremum vſq; halitũ perſeuerauit, & poſtridie eius diei ante meridiem è vita abiuit.

Vixit semper celebs, veritus ne in caniculam incideret; quæ latratu suo perpetuas ei crearet molestias. Fuitque vere:

Integer vitæ scelerisq; purus;

& non factus ad genium huius seculi: vnde paucorum se dabat familiaritatibus; horis studijsque assiduo accubuoque operatus.

Obiit tandem vir vita & morte vtraque pia & placida consentaneus, die septimo *Februarii*, inter vndecimam & duodecimam noctis horam, anno ætatis suæ, octogesimo primo, Christi millesimo, sexcentesimo, tertio. Epitaphium sibi viuus composuit tale: *Obitus.* *Epitaphium.*

Qua hic cubem, nihil tua
Nouisse refert: scit Deus
Curatque: tu quin hoc agis,
Teque ad bene cubandum paras!

Latinitate donauit *vitas Cæsarum*, quot apud Suidam reperiuntur. Edidit & *conformationem horologiorum* in superficiebus planis vtcunque sitis, & quocunque spectantibus, cum *quadrantis Horologici & Geometrici* conformatione & vsibus, ac tabulis sinuum. Item de *sphæra mundi & temporis ratione apud Christianos* libellum. Alia præterea ab ipso Latine & vernacule edita sunt: in quibus nomen non appositum: vt *quod mulier fuerit Papa*, & plura eiusmodi. *Ex programmate funebri, Gesnero, alijs.* *Scripta.*

MELCHIOR IVNIVS.

P Atriam hic habuit Wittembergam Saxonum, anno Christi Seruatoris quadragesimo quinto supra sesquimillesimum, parentibus * natus honestis, & magnis illis Ecclesiarũ reformatarum luminibus percharis, M. *Melchiore Iunio, & Anna Mantelia.* Pater scholæ oppidanæ eius loci initio præfectus fuit, magna cum laude pietatis & industriæ: sed postea tum ob alias virtutes ministro Ecclesiæ dignas, tum ob eximiam linguæ Vandalicæ cognitionem, iudicio & consilio Lutheri ad Ecclesiæ *Senffiebergenses*, quæ multas, vt dicimus, filias, siue suboppidanas parochias habet, illius duntaxat linguæ peritas, gubernationem est adhibitus. Qua in functione ita sese gessit: vt non modo viua voce suis, qui tunc ei concrediti erant, auditoribus prodesset: sed etiam conuersis in linguam illam partibus quibusdam sacrorum librorum, & Ecclesiasticis cantionibus, egregiam post se reliquerit memoriam. Mater eius filia fuit reuerendi viri *Ionæ Mantelii*, diaconi Ecclesiæ Wittembergensis: post obitum patris in familia D. Philippi Melanchthonis, pie & caste educata, insigne matronalium virtutum exemplar. ☉1604. *die 23. Ian. æt. 59* * *die 27. Octobr.* *Parentes.*

Ibi Melanchthonicharus. uerit, adeoque penitus in eius se consuetudinem insinuarit, vt ab eodē publicas lectiones habere honoris causa iussus fuerit: ab eo, inquam, viro, qui reliquis fere Professoribus lectiones, quas haberent publice, præscribebat & dictabat.

Docet ibidē publice.

Ludum regit in Liuonia. Annis aliquot elapsis, autore & suasore Philippo, ad scholæ *Rigensis* in Liuonia gubernationem se attrahi passus est. Anno sexagesimo primo ex illo transmarino orbe in Palatinas oras delatus, & Heidelbergensis Academiæ portum atque sinum est receptus, ad Græcæ linguæ, cuius fuit peritissimus, professionem.

Venit inde Heidelbergā: & ibi & docet Græca.

Neostadium concedit. Post obitum *Friderici* tertij Electoris Neapolin Nemetum cum alijs secessit: & administratione Electoratus ad Illustrissimum principem *Casimirum* deuoluta, Heidelbergam redijt: ibidemque quod reliquum fuit ætatis, in professione Mathematum transegit, non solum publice iuuentuti interuiendo, verum etiam priuatim multos erudiendo absque vlla mercede, inprimis deducendo φιλίππους ad *Plutarchi*, grauissimi & sapientissimi autoris, lectionem, nec vllum à priuatis illis exercitijs, discendi cupidum, arcendo.

Redit Heidelbergam.

Docet & publice & priuatim.

Theologiæ dat operam. Ipse quoque cum Philosophico studio sacras lectiones coniunxit, & Theologiæ cognitionem non ex recentium & polemicarum scriptionum lacunis, sed sacrorum Bibliorum fontibus, & veterum Theologorum riuulis, sibi hauriendam esse existimauit.

Rude donatur postquam 42 ann. docuit. Cum ita laudabilem & diuturnam, annorum scilicet quadraginta duûm, operam Academiæ Palatinæ nauasset, ipse grauis annis, & publicæ professioni minus idoneus, non tantum rude est donatus, sed integro etiam suo stipendio ad finem vsq; vitæ cohonestatus. Quod beneficium emeriti & ipse agnouit, & pro eo se gratum Academiæ declarauit, constituto vno alteroq;, ad alendos studiosos egentiores, stipendio: omnibusque & vitæ & mortis temporibus ita se gessit: vt collegis gratū sui desiderium, & iucundam posteris memoriam reliquerit.

Gratum se declarat.

Amici. Lambert. Lud. Pithopæum. In alijs viris doctis & amicis, præcipuum habuit *Lambertum Ludolphum Pithopæum*, quem vere fraterno complectebatur amore, adeo vt sine eo vix diem vllum exigeret. Habet enim fere semper vnusquisque vnum aliquem, quo cum omnia ludicra iuxta & seria communicet: &

Plaut. in Trin. *Cui suam cum rem crediderit, sine omni cura dormiat.*

Valetudo. Laborauit multis annis tum calculo, tum disuria grauissima: quos tamen cruciatus patientissime tulit. Sæpe ad amicos professus est, dolores tantos esse: vt quacunque morte accersita, se illis liberaturus esset, ni aliud suaderet pietas Christiana.

Vixit

Multa magnifice de Illustrissima Palatinorum Comitum familia commemorari possunt, inter reliquas tamen tum pietatis, tum fortitudinis, tum clementiæ, tum munificentiæ laudes, quasi stellula aliqua splendebit hæc, quod per tot annos in otio Musico & liberali honestissime Melissum fouerit.

Fama Melissi.

Nullus tunc ætatis fuit principum, nullus certe literatorum; quin Melissum aut præsens præsentem viderit, compellarit, amauerit, obseruauerit: tanquam Latinæ linguæ Pindarum, vnico magis vnicum, quique Pindaro Græco controuersiam feciſſet dignitatis, nisi maluisset secundas agere, & haberi par.

Franconiæ laus.

Habet itaque Franconia quibus gloriari possit alumnis, in omni fere doctrinæ genere præstantissimis. Quid enim clarius *Hutteno* eo tempore, quo vixit? quid limatius *Letichio* in elegiacis, in quibus superauit omnes iudicio *Georgii Fabricii*, vt in Eclogis ipse sese: in odis quid eruditius *Melisso*? Quid Latinius & festiuius poematis *Frederici Taubmanni*, qui veterum poetarum sales mirifice expressit? Iam *Ioachimi Camerarii* eruditio eximia non tantum Franconiæ ornamento fuit: sed decori vniuersæ Germaniæ. Idem dici potest de ipsius genero *Esromo Rudingero*, cuius nomen etsi aliquanto obscurius in vulgus, recondita tamen doctrina viri, & Herculei propemodum labores ijs noti sunt, qui Wittembergæ ipsius auditores fuere, & domesticarum ac publicarum occupationum spectatores. In eodem oppido Pabeperga, quæ patria est Camerarij & Esromi, natus etiam est celeberrimus Mathematicus & senex doctissimus *Christophorus Clauius*, indignus certe, qui fuerit in societate illa salutare Iesu nomen infamante. Fuit etiam ex Franconia oriundus *Wolffgangus Amlingus*, Ecclesiæ Seruestanæ pastor; cuius pietate auctoritate, studio, labore, opera orthodoxa religio in territorio Anhaldino & retenta est & defensa. *Ex oratione parentali Simonis Stenii, Iconibus Boissardi & aliis.*

HERMANNVS WITEKINDVS.

Natus 1603. die 7. Feb. St. V. ætat. 80.

Hermannus Witekindus in oppidulo *Nienrade* Marchiæ in Westphalia, natus est anno Christi, vicesimo quarto, supra mille quingentos. Iuuenis *Wittembergam* augendæ eruditionis causa se contulit, ac ibidem ita in literarum studio versatus est: vt se magno illi Philippo Melanchthoni probauerit,

Wittembergam se confert.

Ibi Melanchthoni charus

Negligit contemtum sui.

de ijsdem loquerentur: sed dignos illos commiseratione potius quam insectatione existimabat, iudicio fretus antiquitatis Romanæ, apud quam his literis dediti magno in precio fuere.

Plinius de Isæo rhetore.

Plinius vir disertissimus & iuris ciuilis peritissimus inque causis agendis exercitatissimus, de Isæo Rhetore nobili ita scribit: *annum sexagesimum excessit: & adhuc scholasticus tantum est? quo genere hominum nihil aut simplicius, aut sincerius, aut melius. Nos enim qui in foro verisque litibus terimur, multum malitiæ, quamuis nolimus, addiscimus. Schola & auditorium ficta causa, res inermis innoxia est, nec minus felix senibus præsertim. Nam quid in senectute felicius, quam quod dulcissimum est in iuuenta?* verissime hoc Plinius. Suauitatem enim horum studiorum qui adolescens degustauit: otium senectutis his ipsis iucundissime oblectabit.

Duæ in Melisso virtutes præcipuæ.

In varijs autem Melissi virtutibus duæ inprimis admiratione dignæ fuerunt *Candor & Constantia.* Nihil in ipso simulati, nihil fucati, nihil fraudulenti deprehendebatur, mirus oris & cordis consensus. Neque quod libere proferendum erat, callide reticebat, aut astute tegebat. Deinde mediocria boni consulere, quam apud alios summa adipisci & abundare maluit: quod conscientiæ integritatem omnibus alijs dignitatibus & emolumentis præferendam censeret. Patuissent illi maximorum principum, etiam apud exteros, aulæ: si aliorum voluntatibus, vel dissimulando veritatem, vel abnegando, obsequi voluisset.

Melissus plurium linguarum peritus. Idem sui seculi poeta princeps.

Præter linguam vernaculam, quæ est Teutonica superior, & eas, quæ in scholis discuntur, maxime ei cordi fuerunt *Italica, Gallica, Hispanica, Belgica* item & *Anglica.* Excelluit & Musicæ scientia. Carmina vero, præsertim Lyrica, tanta cura & elegantia elaborauit: vt æui sua tota Italia, Gallia, Germania non modo poeta princeps haberetur: sed qui præterea anteactorrum aliquot seculorum vatibus magnitudine sua induceret caliginem. Cum enim reliqui adscititio fere fuco, emendicatòque delibuti pigmento, in transitu tantum videri ament, adspernenturque aciem intentam: Melisso contra nihil accommodatius ad nominis gloriam, quam penitus inspici: vtpote qui *suo rem gereret remigio, soloque volaret in cœlum curru.* Singulare in ipso elegantiæ Latinæ studium, acre in verbis & phrasibus seligendis iudicium, cura imitationis eximia: artificium vsurpandi ἀρχαισμοὺς non vulgare. Scite enim, & tantum ornandi causa parce & raro priscis vti solebat, edoctus à Quintiliano & Cicerone, *proprius verbis dignitatem dari ab antiquitate, & magis admirabilem orationem fieri & grandiorem, quibus non quolibet erat vsurus.*

Melissus archaismis quomodo vsus.

Multa

Melissus somniorum propriorum ingens volumen conscripsit. Fuit enim eorum, ut & omnium aliorum observantissimus. Cum aliquando Heidelberge vocatus ad prandium, in aulam iret, et à præterunte forte porco nonnihil attingeretur; omen aversatus, domum rediit. Nomen ei fuit paul Scheid: patria Mellenstatt in Franck. Hæc mihi retulit ipsius quondam amicus D. Lingelshemius, V. N. et C.

ginis Mariæ, Canticum Simeonis, aliaque aliquot Testamenti veteris. Ad mortis genus quod attinet: fuerunt qui dicerent nulla ἀπὸ πληγῆς vestigia apparuisse: vt verisimile sit, subtili aliqua & copiosa destillatione in asperam arteriam delapsa, respirationem illi ademptam esse: aut etiam defectione animæ aliqua, cui statim non succursum sit: aut viribus deficientibus subito exspirasse: sicut linum videmus extingui non affuso oleo. *Genus mortis Melissi.*

Exceptæ tamen voces piæ, quibus & peccatorum veniam precatus est, & animam Deo commendauit. Obijt autem anno climacterico, *tertio* nimirum & *sexagesimo*: quem, Gellio teste, *obseruatum in multa hominum memoria experiunque est, in senioribus plerisque omnibus, cum periculo & clade aliqua venire, aut corporis, morbique grauioris aut vitæ interitus aut animi ægritudines.* Vnde idem testatur, Augustum Imperatorem, cum celebrasset *quartum & sexagesimum* natalem suum, valde lætatum esse, quod κλιμακτῆρα communem seniorum omnium tertium & sexagesimum annum euasisset. *Annus 63. senibus grauis.*

Ad mores Melissi quod attinet, fuit in eo vitæ sanctitas summa, comitas par: multum seueritatis in sermonibus, nulla tamen tristitia in moribus. Plurimum venerationis addebat & proceritas corporis, & facies non indecora & cana barba: ita vt occursus potius reuerentiæ plenus, quam formidinis esset. In cultu elegans: in victu frugalis: in conuictu dulcis: fama optima: auctoritas tanta, quanta in ipsius conditionem cadere poterat. Opibus non inhiauit, stipendio suo contentus, memor Horatij, quem vnice exprimere studuit, *Mores Meliss.* *Forma corporis.* *Melissus* ἀφιλάργυρος

——— *Satis auarus*
Non temere est animus, versus amat: hoc studet vnum:
Detrimenta, fugas seruorum, incendia ridet:
Non fraudem socio, puero ve incogitat vllam
Pupillo, viuit siliquis, & pane secundo.
Militiæ quamquam piger & malus, vtilis vrbi.
Si das hoc, paruis quoq; rebus magna iuuari:
Os tenerum pueri, balbumq; poeta figurat,
Torquet ab obscœnis iam nunc sermonibus aurem,
Mox etiam pectus præceptis format amicis
Asperitatis & inuidiæ corrector, & iræ:
Recte facta refert, orientia tempora notis
Instruit exemplis, inopem solatur, & ægrum.

Non latebat sane Melissum, quid adolescentuli illiterati & inertes, de studijs humanitatis sentirent, quam contemtim

Elisabetha regina Angliæ Melissũ ad se inuitat.

nouici erat. Volebat enim Heroina illa clarissima pariter & doctissima, vt Melissus locum sibi aliquem, quo potissimum delectaretur in regno eligeret, pollicita ipsum regie à sese sustentatum iri. Accidit vt cum quadam nocte Grenouico, vbi tum regina diuersabatur, aduerso Tamesi flumine Londinum versus, cymba veheretur, audiret iterum olorem dulcissime cantantem.

Iterum auditolorẽ canentem Melissus.

Hieronymus Groslotius Lisleus.

Sed postquam comite itineris *Hieronymo Groslotio Lisleo* nobili Gallo, cuius maiores ex Francia Germaniæ oriundi erant, qui cum adolescentulo *Iacobo VI.* Scotiæ rege sub *Georgio Buchanano* educatus fuerat, Academias Oxonienſem & Cantabrigiensem, bibliothecasque libris veteribus refertissimas, perlustrasset, à Regina humanissima, quæ aliquoties ipsum antea sponte sua compellauerat, veniam abeundi impetrauit, ac traiecto Oceano *Celtum* versus tertio in Galliam redijt.

Tertium Galliam adit.

Nam per literas antea reuocatus fuerat in Germaniam à *Ioanne Casimiro* Principe, Palatinatus Administratore. Lutetia igitur digressus cum Baronibus Zernomelijs per Aurelianum agrum venit in vrbem Biturienſem humanissime acceptus à *Iacobo Cuiacio* Iurisconsulto. Inde Lugdunum perrexit, & per mediam Heluetiam iter faciens Basileam attigit: tandem Heidelbergam, quam ipse vtpote à myrtillis vernacule *haidelber*, Haidelberg, quasi myrtillorum montem dictam putans, *Myrtilletum* in carmine appellare solitus, à baccis illis nigellis, quæ magna ibi nascuntur copia, Iunio, Iulio potissimum & Augusto mensibus reuertitur. Fuit id anno 1586. Ibi ergo receptus est: eidemque Bibliotheca Palatina, varietate librorum instructissima, concredita.

Haidelbergã redit Meliss.

Haidelberga vnde dicta.

Sero ducit vxorem: idq; ideo, quod Gauricus astrologus dixerat inspecta eius genitura: magnũ eum aliquando ad Rhenũ futurum. Liberi.

Porro cum iam ingraueſcente ætate ex peregrinationibus & tempestatibus quasi in portum delatus videretur, ac senio fulcrum, quo sustentaretur, quæreret: hortantibus amicis, præcipue autem *Ioanne Posthio*, Archiatro Palatino, anno *1593.* vxore ducta iuuencula, nuptias, die vigesimo quarto Septembr. celebrauit anno ætatis 54. cum *Æmilia, Ludouici Iordani* I.C. qui Palatino, dum viueret, fuerat consiliarius, filia. Coniugium tamen sterile non fuit. Nam ex ea *Æmilium*, & filiam *Rosinam* suscepit. Verum filius viuo adhuc patre obijt: filia autem superstes eo fuit.

Moritur repente Meliss. Paulo ante obitum quæ scripserit.

Ipse anno 1602. die 3. Febr. circa *octauam* matutinam cum λειποθυμίᾳ vrgeretur, dum se in lectulum reponit, & à Deo petit, moram omnem fati præcidat: dormienti similis in amplexibus carissimæ coniugis, dulcissimæq; filiæ fatum excepit: cũ diebus proxime præcedentibus vertisset rythmis Germanicis, *orationem Dominicam, Symbolum Apostolorum, Canticum Vir-*

ginis

vrebantur. Sub annum 1575. missus est ab Electore Palatino *Friderico*, vna cum Legato Ducis *Alenzonii* ad Imper. *Maximilianum* II. & ad Electores cæterosque Imp. principes, cum Casimirus iam secundo exercitum in Galliam duxisset.

In Italiam tandem post obitum Friderici III. iter adornauit anno 1577. ibique hæsit non vno in loco, vsque per æstatem anni 1580. *Patauii* biennium fere commoratus audiuit *Tiberium Decianum*, *Ioan. Cephalum & Iacobum Menochium*, Iurisconsultos, *Ricco-bonum* Oratorem & alios. Cumq; Italiæ amœnitate mirum in modum delectaretur, statuit, quantum fieri posset, illustres illas vrbes Lombardiæ, Insubrum, Liguriæ, Hetruriæ, & aliarum regionum exactius perlustrare. *Romæ* quotidianus erat in Bibliotheca Vaticana, ibidemque *Achillem Statium*, *Petrum Angelium Bargæum*, *Fuluium Vrsinum*, *Herculem Ciofanum*, *M. Antonium Muretum* sæpius conuenit. Florentiæ *Petrum Victorium*, Bononiæ & Romæ *Carolum Sigonium*: à quibus omnibus extant Epistolæ ad Melissum quam humanissime scriptæ. Senæ Hetruscorum annum integrum vixit, ab *Alexandro Picolomineo* viro in Græcis & Latinis eruditissimo aliquoties inuitatus

Italiam adit.

Roma est quotidianus in bibliotheca Vaticana.

Anno 1579. cum redijsset *Patauium*, creatus est 10. Kalend. Nouembr. solenni actu *Comes Palatinus*, *Eques auratus*, *& Ciuis Romanus* per illustrem virum *Ferrandum Amadim*, idque ex Priuilegio Caroli IV. Rom. Imperat. quos quidem titulos, non tam appetiuit, quam recusare noluit: ne iudicia summorum principum, & præstantissimorum virorum de se superbe aspernari videretur. Posteaquam vero Italiæ valedixisset, statuit in Galliam redire, & inde traijcere in Angliam, sed Verona cum discessisset, & Benacum lacum transmisisset, mutans consilium *Tridentum* ad dextrum declinauit, Germaniamque per Alpes repetijt. Augustæ nonnihil commoratus suasu *Hieronymi Wolffii Norimbergam* se contulit, & inde *Augustam* ad comitia, quæ anno 1582. Rudolphus II. Imperat. illic indixerat.

Creatur Comes Palatinus.

Redit in Germaniam ex Italia.

Anno 1584. secunda profectione in *Galliam* reuersus est, *Metasque* Mediomatricum vrbem ab itinere diuertit, vt *Boissardum* amicum veterem inuiseret: vnde *Lutetiam* profectus, in suburbanis hortis prope ædes *Iani Antonii Baifii* habitationem commodam & amœnam elegit: & sequenti anno eius *schediasmata Poetica* tribus partibus comprehensa, inter bellorũ strepitus secundo typis edi curauit, multo auctiora, quam prius fuerant excusa Francofurti anno 1574.

Iterum Galliam adit.

Schediasmata Poetica curat excudi.

Post vindemiam anni 1582. nauigauit ex portu Dipensi in *Angliam* oblaturus *Richemonti Elisabethæ* Anglorum Reginæ sua poemata: Ibique per hyemem in aula mansit, quæ Gre-

Nauigat in Angliam.

Militat in Hungaria. Sub eodem Maximiliano Imperatore militauit in Hungaria, vbi & patrueles duo ipsius, Ioannis filij, aderant, *Martinus* nempe *Schedius*, qui antea fuerat signifer in Liuonia; & *Ioannes* qui postmodum in Gallica illa clade ad Monconturium occubuit.

Exit aula. Sed pertæsus vitæ sedentariæ gnarusque inter aulæ artes esse pene primariam, *simulare* ac *dissimulare*: homo tam aperti pectoris, vt animum primoribus gestaret labris: post illam militiam suus esse voluit: & ad studia priora, inprimis poesos redijt. Anno 1567. profectus per Belgium in Galliam comite itineris *Ioanne Lobetio* Iurisconsulto experientissimo, cum substitisset aliquandiu *Lutetiæ*, salutalletque *Petrum Ramum*, *Dionysium Lambinum*, *Iohannem Auratum*, *Erricum Memmium*, audiuisletque professores regios; contulit se Aurelianum ad Ligurim, vbi incidit in tumultus illos bellicos, qui mouebantur die 29. Septembr. per totum regnum ob diuersitatem religionis.

Galliã adit. Io. Lobetius.

Aureliis incidit in tumultus bellicos.

Anno 1568. *Ioannis Casimiri* Principis Palatini exercitu in Galliam pro defensione principum sanguinis regij introducto cum secederet in *Burgundiam*, bis captus fuit: primum quidẽ à præsidiarijs militibus Gallis oppido Charitensi erumpentibus, deinde ab iniuriosissimis Hispanicnsibus Dolæ. *Vesuntionem* Sequanorum vrbem vbi attigisset, hæsit ibi per tres menses delectatus admodum loci amœnitate, & ciuium comitate. Inde per *Iuram* montem (in cuius summitate Orientem versus visu notati numerantur 14. lacus) ad Lemannum se conferens, *Genevæ* Allobrogum diutius commoratus est, familiaritate vsus *Christophori* Principis Palatini, *Francisci Porti Cretensis*, *Theodori Bezæ*, *Henrici Scrimgeri*, *Petri Pithœi*, *Henrici Stephani* & aliorum. Vixit etiam *Lusannæ* & ruri in parte citeriore lacus Lemanni, æstiuo præsertim tempore.

Rediens in Burgundiã à suis capitur.

Genevæ subsistit.

Spiram proficiscitur. Demum *Spiram* ad comitia quæ Maximilianus Imperator indixerat, venit anno 1570. eaque occasione *Heidelbergam* ad *Fridericum III.* Electorem Palatinum. Inde rursum in Allobrogas & Burgundos tetendit: quo itinere confecto ad Nicrũ rediit anno 1571. vbi omnes psalmos Dauidis ad melodiam Gallicam rhythmis Teutonicis componere aggressus, anno sequente 1572. priores quinquaginta in lucem emisit. *Fridericus* enim pius, ingeniorum censor acerrimus perspecto in Melisso esse non minus pietaris, quam ingenij & industriæ: curam ei hanc demandarat transferendorum in linguam Germanicã rhythmis Psalmorum Dauidis. Vixit Melissus Heidelbergæ liberalitate munifica illustrissimi Electoris, in collegio Sapientiæ ad mensam adhibitus, quatum doctissimi & clarissimi viri *Zacharias Vrsinus*, *Nicolaus Dobbinus*, *Hermannus Wittekindus*,

Psalmos rhythmis vernaculis reddit.

enim in fossarum vrbis aqua limpidissima stagnante cygni complures.

Is dum in Archigymnasio Viennensi viueret, creatur à Ferdinando Roman. Imp. Poeta Laureatus, & inter nobiles refertur, qui honos illi collatus est postridie Kal. Maij, anno 1564. Erat enim Melissus tum Imperatori & filio eius Maximiliano II. gratus, tum consiliarijs, præcipue vero Seldio & Zasio, maximæ autoritatis viris, carissimus, non solum propter doctrinã & virtutes eximias: sed & propter mores castos, pudicos, & ad omnem honestatẽ compositos Ab obitu Ferdinandi Imp. contulit se *Pragam* Bohemiæ. Illinc discedens & Albi flumine descendens *Wittembergã* venit, inq; conuictu *Pauli Eberi* viuens, ibi *Ioannem Ortelium Winshemium* in Græcis, & *Casparum Peucerũ* Philippi Melanchthonis generum, in Historicis: *Rudigerum* in Physicis & *Ioan. Maiorem* in Poesi audiuit. Habuit Wittembergæ inter alios amicos & studiorum socios tum, *Simonem Sittium*, doctorem postea Haidelbergæ celebrem, tum *Iohannem Ladislaum*, illustrium ludorum magistrum & Rectorem complurium felicem, & fidelem, quo cum Wittembergam adijt. Et diutius Melissus ibi substitisset, imo forte domicilium fixisset: nisi quorundam importunitas vel auaritia potius obstitisset: qui etsi ex nostro ordine erant, malebant tamen habere generos ineptos & opulentos, quam ingenioſos & in re tenui eruditos: dissimiles Themistocli, qui interrogatus, *vtrum viro* pauperi & bono: an minus probato diuiti filiam elocare mallet: *Ego vero* inquit, *malo virum, qui pecunia egeat, quam pecuniam, qua viro*. Itaq; Lipsiam profectus, *Ioachimi Camerarii* auditor fuit, quo in loco cũ degeret, literis *Friderici* Episcopi Wirtzburgensis euocarur in aulam Wirtzburgensem. Verum haud multum illic moratus in *Austriam* se recepit, & in aula *Maximiliani* II. Rom. Imperat. per *biennium* vixit, præfectus *quadraginta duobus* armigeris adolescentibus nobilibus, inter quos erant cõplures illustri genere nati. Interfuit Comitijs Augustanis. Anno 1566. operaq; *Hieronymi Wolffii*, viri eruditissimi, peruenit ad noticiã *Ioannis Baptistæ Heintzelii* consulis. Æstate illa liber primus illius cantionum Harmonicarum typis excusus publice prodijt: In quàs epigramma Posthij exstat eiusmodi:

Poeta creatur & nobilitate donatur.

Venit Wittembergam.

Eius tum condiscipuli & amici.

Themistoclis responsum.

Wittembergã Lipsiam discedit.

Wirtzburgũ euocatur.

Inde in aula Augusta agit I. Baptipsta Heintzelius.

Melissus cantiones edit.

Arte fuit gemina quondam celeberrimus Orpheus,
Carminibusq; sacris, Harmoniisq; sonis.
At tanti nusquam vatis monumenta supersunt;
Quis nouus ergo Orpheus temporis huius erit?
Nullus erit, vel erit Paulus meus ille Melissus,
Orphea qui geminis artibus æqu parat.
Pascit enim doctas diuino carmine mentes,
Harmoniisq; iisdem mulcet eas modulis.

Sub

ipſe viuens ſibi eiuſmodi ſtatuit: *Ecce nunc hic in puluere dormio: & exſpecto donec veniat immutatio mea. Redimet enim Dominus animas ſeruorum ſuorum: & creatura liberabitur à ſeruitute corruptionis, in libertatem gloriæ filiorum Dei. Repoſita eſt hæc ſpes in ſinu meo.* Hoc & ipſe Filius; Patri ὁμώνυμος, etiam dum ſuperſtes, ſibi epitaphium condidit:

Pſal. 33.
Rom. 8.
Iob. 19.
Filii epitaph.

Hic & ego tandem capio ecce in puluere ſomnum:
Opperiorque diem, mea quo mutatio fiat.
Namq; animas redimet famulorum Ioua ſuorum,
Ipſe creaturamq; ſuam ſeruire ſuetam,
Aſſeret à carie corruptæ molis, in æuum
Libertate Dei ſoboles vt honore fruatur.
Hæc animo ſpes certa meo atque immota repoſta eſt.
Θαυάτῳ πάντες ὀφειλόμεθα.

Ex libro 28. epiſtolarum Eraſmi: libro 1. alluſionum Vtenhouij, & Iconibus Boiſardi.

Θ 1602. d. 3. Febr. ætat. 63.

PAVLVS MELISSVS SCHEDIVS.

Patria Meliſſi Melrichſtat.

Aulus Meliſſus Schedius, anno Chriſti 1530. d. 20. Decembr. ſeſquihora ante meridiem, ſub eleuatione graduum 50. in lucem editus, *Melrichſtatum*, habuit patriam, ab ipſo *Alphipolim* dictam, oppidum Franciæ orientalis. Patrem * habuit *Balthaſarem Schedium*, matrem, *Otiliam Meliſſam*, Polichios & Mergiletos conſanguinitate attingentem.

* *Qui cum pro aliis ſpopondiſſet, omnibus fuit exutus bonis.*

Educatio pueritiæ.

Meliſſus autem anno ætatis ſeptimo primum frequentare cepit ſcholam in patria, puer indolis promptiſſimæ, & qui parentibus optimam tum de ſe præbuerit ſpem, ad *Poeſin & Muſicam* admodũ pronus, vt & ad *picturam*. Atq; ita fidem fecit prouerbio, quod inquit: *generoſam plantam ſtatim eſſe cum fructu.*

Erphordiam mittitur.

Deinde ætate prouectior poſt bellum Marchionicũ *Erphordiam* profectus *Chriſtophorum Hoffmannum* audiuit. Poſt Cygneam Miſniorum vrbem ad Moldauam amnem adijt: vbi vixit ab anno 1554. vſq; ad 1557. *Eſromo Rudingero* Pabebergenſi, Ioachimi Camerarij genero, præceptore vſus. Hinc Ienæ Tyringorum audiuit *Victorinum Strigelium*, in dialecticis, *Ioan. Stigelium*; in Poeſi, alioſq; viros doctiſſimos An. 1561. Danubio deſcendens *Viennam* Auſtriæ profectus, in Græcis auditor fuit *Georgii Tanneri* I.C. & *Wolffgangi Lazii* Hiſtorici familiaritate ſuauiſſime vſus eſt, cõiunctiſſimus ſimul *Caſparo Cropacio* Poetæ laureato, ante condiſcipulo eius Cygneæ, vbi & olorẽ ſuauiſſime cantantem audiuiſſe ſe & vidiſſe affeuerauit. Aluntur enim

Inde Cygneam.
Hinc Ienam.

Viennam profiſcitur.

Olor ab eo auditus canere.

paucos comparare possis, vix vllum anteponere. Carpentarius in Philosophia facile primas tenet; vt cum ab eo discesseris, vix quenquam in eo genere reperias, quem probes: cumque Philosophi nostri indiserti fere sint, solus fere ex omnibus orationis nitorem sequitur. Hos homines si in familiam tuam adsciueris: Academiam nostram suis luminibus spoliaueris, nihilque fere ei reliqueris, quod vel iuuentus nostra, vel exteri homines admirentur. Vale Lutetiæ, anno millesimo, quingentesimo sexagesimo tertio.

In Angliam igitur abductus, multa in laudem Reginæ *Elizabethæ* * scripsit: quæ plurimis etiam ipsum donis honestauit. In Gallia habuit discipulas * filias *Ioannis Morelli*, & *Antoniæ Doloniæ*, quas docuit Græca & Latina, vt scripta edita testantur. Idem postea & *Ioannam* atque *Annam Pallantiam*, e Modij elegijs notas, ijsdem literis informauit, non sine sua etiam laude.

In Angliam abit Vtenhouius.

** Vide libr. 1. allusionum Vtenhouii.*

Docet Virgines.

Fuit homo totus à Musis & Gratijs factus ad humanitatem & libentias: eoque locis illis, vbi vixit summe cultus: cæterum in re non admodum lauta. Vxorem habuit *Flodorpiam*, quæ ei superuixit. Obijt ipse Coloniæ, anno millesimo sexcentesimo calendis Augusti apoplexia; dum circa meridiem surgit ad prandium, ætatis sexagesimo quarto, nullis relictis liberis. Adoptarat quidem non solenniter tamen, sed dictis scriptisq; fratris filiam *Annam Vtenhouiam*, & *Ianum Gruterum*: sed nihil hereditatis illius creuerunt. Recidit tota ad filias fratris natu maioris, *Iacobi Vtenhouii*,, qui Francofurti mortuus. Per triginta amplius annos nihil scribebat ad amicos, nisi carmine; nunquam prosa. Calluit linguas principes, *Latinam*, *Græcam*, *Hebræam*, & præter has, Germanicam, Gallicam, Italicam, Anglicam. Symboli quasi loco vsus est suo ipsius nomine, varijs prosthesibus: vt ὀθὲν-ὁ-βίος, additis his χωρὶς τοῦ θεοῦ vel Κάρολος, θεῷ ξυν, ὀθὲν ὁ βίος πέλω θεοῖο: vel, ὀθὲν ὁ-συροβίοιο βίος πέλε νόσφι θεοῖο. Item Κάρολος ὀθὲν ᾧ βίος: Ουθὲν ἄτερ Μουσέων καὶ χαρίτων ὁ βίος.

** Vide Buchananum in odarum libro.*

Mores eius.

Vxor.

Obitus.

Heredes.

Delectatur carmine.

Callet linguas varias.

Symbolum.

Minerua suauissime arridente de Græco in Latinum vertit *Callimachum*, & *Nonni* Dionysiacon libros. Edidit etiam *Xeniorum* siue *allusionum* librum, ad nomina illustrium aliquot Europæ hominum. vertit quædam de Latino in Græcum, inter quæ *Penelopes elegia ad Vlyssem*: editus est & *Æsopus* Latine ab ipso versus. *Commentariolum* etiam *Parallelon*, siue libellum adsertorium, quo principum, inprimis duorum, Hispaniarum scilicet & Indiarum regis *Philippi* secundi, & Turci *Mahometis* tertij vires, opes, prouinciæ, atq; forma eas bene administrandi & regendi, tempore pacis bellique, explicantur: & arma & arcana infinita deteguntur, ex *Ioanne* Botero Italo in Latinum vertit, cum præfatione *Vtenhouii*. Epitaphium pater Carolus ipse

Scripta.

Patris Vtenhouii Epitaphium.

Hæc illi monumenta comparare;
Cuius scilicet approbata virtus
Hæret mentibus omnium, nec illa
Illam vis abolebit, aut vetustas?

Græcum sic habet.

Τὶς εἰ θεάων, ὄνομ' ἐστί μοι δίκη.
Τὶ δακρύεις ὦν, τὸν δικαίαρχον καλὸν
Τὸν Νικόλαον Ουθενώβιον ποθῶ,
Ὃς ἦν ἁπάσης φλανδρίας κλέος μέγα.
Τοῦ τοῦ γὰρ οὐδεὶς βελτίων πέφυκ' ἀνήρ.
Φίλῳ θανόντι συναπέθανον, ὡς μοι δοκῶ,
Οὐκ ἦν δίκαιος, ἀλλὰ μᾶλλον ἡ δίκη.

Carol. Vtenhouius pater. *Triplex genus nobilitatis.*

Reliquit hic filium *Carolum* vere γνήσιον. Nam cum videret *triplex* esse *genus nobilitatis*: vnũ, quod contingit natiuitate: alterum, quod parit liberalium disciplinarum cognitio: tertium eximiam virtutem & ingentia in Remp. merita: ipse nobilitatis hunc circulum suis numeris absoluit. Ad generis enim decus addidit absolutam doctrinam, & veræ pietatis studium, sine qua nulla est nobilitas vera, nulla beatitas. Literis operatus est primum in Germaniæ Academijs; postea Patauium cõcessit: vnde & pulcre Ciceronianus, & bene Græcus est reuersus. In patria deinde vxore ducta, summis est honoribus functus; atque doctorum bonorumque præcipuorum eius seculi amicitia, inprimis Erasmi, cuius aliquot ad ipsum exstant epistolæ, est vsus; liberisque suauissimis auctus. De quorum numero fuit hic *Carolus* in lucem Gandaui editus, anno trigesimo sexto, supra sesquimillesimum. Pater tempestate Albani ducis, rebus in peius labentibus, furori militari cedens Disseldorpium, ne patriæ exitium videret, se cum familia subduxit. Tandem etiam visu captus est, vt ad eum Epigramma Posthij testatur:

Carol. Vtenhouius filius.

Pater visu captus.

Nec tibi, care senex, irasci Numina credas:
Quod tua iam lumen lumina destituat.
Te Deus immo ista reddit quoque parte beatum;
Ne misera videas excidium patriæ.

Mittit filium Lutetiam.

Filium autem sibi cognominem à puero fideliter literis imbuendum curauit; iactisque feliciter fundamentis *Lutetiam* Parisiorum, augendæ eruditionis ergo misit. Vbi qua cum diligentia & industria in literarũ curriculo versatus sit; ex hoc *Adriani Turnebi* ad *Paul. Foxiũ*, Gallię regis in Anglia tũc oratorẽ, testimonio liquet: *Tametsi* inquit, *de hominib. illis, de quibus me interrogas, melius per te iudicare potes, quã ego te docere: tamẽ quando iudiciũ requiris meũ, nõ cõmittã vt id temere desiderasse videaris. Ego de Carolo Vtenhouio sic sentio: egregiũ esse iuuenẽ in vtraq; lingua, cui*

Adriani Turnebi de Vtenhouio iudicium.

paucos

hodie ſpectatur Habuit etiam congeſta mathematum volumina complura: quæ ſi lucem aſpicere potuiſſent, qualis quantuſque vir & mathematicus fuiſſet, apparuiſſet. Sed partim morbis diuturnis vexatus, partim alijs impeditus, affecta illa re linquere coactus eſt. *Ex tomo 2. orationum Melchioris Iunij, & I. Sturmij epiſtolis claſſica.* *Nondũ edita eius ſcripta.*

CAROLVS VTENHOVIVS.

Θ1600. die 1. Auguſti, ætatis ſexageſimo quarto.

GAndauum nobiliſſima eſt Belgij ciuitas, cum qua, de Eraſmi iudicio, quaqua ditio patet Chriſtiana, vix vllam reperias conferendam, ſiue amplitudinem vrbis & potentiam, ſiue politiam & gentis indolem ſpectes. Inter alias autem eius vrbis familias cum vetuſtas tum nobiles, floruit genus Vtenhouiorum, dominorum Neulandiæ ſiue Neochthonis. Fuit ex eorum numero *Nicolaus Vtenhouius*, huius de quo agimus, auus, qui præter exactam iuris peritiam, præter elegantiorum etiam literarum ſcientiam, tanta modeſtia, prudentia, iudicio, animi moderatione atque integritate fuit ornatus: vt multis annis nemo Gandaui, principali totius Flandriæ concilio maiore cum laude præſederit. Tum ſi quid in adſiduo cauſarum vndique ſtrepentium tumultu contigiſſet ocii: id euoluendis ſacris voluminibus impendebat, frequenter & noctis aliquam partem huic curæ decidens: homo tot virtutum luminibus illuſtris, vt in illo minima claritatis portio videretur generis decus. Habebatque adeo illud cum Catone Romano commune: quod nullum omnino tempus pateretur elabi ſine fructu ſtudiorum; adeo vt in conſeſſum etiam ſecum deferret enchiridia quædam: in quibus legeret aliquid: ſi quid forte incideret à negocijs vacui temporis: quod alij vel fabulis, vel inanibus cogitationibus darent. Vt autem literas in delicijs habuit, ita & literatos ſummo proſecutus eſt amore, quorum facile princeps fuit Eraſmus: qui vt propenſiſſimo eius erga ſe ſtudio vicem aliquam reponeret; Epitaphia hæc, alterum Latinum, Græcum alterum illius memoriæ dicauit:

Familia Vtenhouiorum.

Nicolaus Vtenhouius.

Cato.

Fauet literis & literatis.

Epitaph. Nicolai Vtenhouii.

Hoc ſaxo tegitur celebris Heros,
Vtenhouius ille Nicolaus:
Quo ſub præſide Flandriæ ſenatus
Multos floruit ſnice per annos.
Hoc patri orphana turba liberorum
Μνημεῖον poſuit, pio quidem illo,
Sed craſſo officio. Quid attinebat

Hæc

mentis & propædeuticis disciplinis ibi imbutus, in Galliam & Belgium est augendæ eruditionis causa ablegatus. Audiuit igitur tum Lutetiæ Parisiorum, tum Louanij, insignes eius ætatis Mathematicos; vt & in patria *Christianum* Herlinum Mathematicum præstantem: quem amarunt & coluerunt, quotquot de ingenijs ac doctrina iudicare potuerunt: quemq; tanti fecit magnus *Melanchthon*, vt dicere solitum acceperimus, se, si Argentinæ sibi vita agenda esset, Herlinum auditurum.

Mittitur in Galliam & Belgium.

** Θ anno sexagesimo secundo.*

Christianus Herlinus.

Ei succedit Dasypodius.

Huic ergo collega adiunctus, & postea successor datus Dasypodius, mathemata non modo professus Argentinensi in schola est diu ac sedulo: verum etiam συνουσίας & exercitationes fideliter instituit. Docuit autem ex præscripto Ioannis Sturmij Geographiæ elementa, Procli sphæram, Arati Φαινόμενα, Euclidem, Arithmeticam, Aristotelem de mundo, vel quicunque tandem libri, certe vtilis, sit auctor. Addidit his Ptolæmeum, Achillem Statium, & Cleomedē, & Hipparchū Bithynium, & Sphærica Theodosij, cum Theone.

Docet Mathemata.

Προγνωστικὴν etiam, quam προῤῥητικὴν vocat Laertius, voluit Sturmius vt extra ordinem priuatim traderet, eoque acutiora ingenia ad amorem illarum disciplinarum prouocaret: id quod & Melanchthon fecisset. Idem Dasypodius, cum *Ioanne Marbachio & Leonhardo Hertero*, officium sustinuit visitatoris illius scholæ: quod & parenti antea fuerat demandatum.

Prognostica.

Visitator Dasypod.

Industria igitur & diligentia perpetua studia discentum suo loco iuuit ac promouit, donec tandem, anno millesimo sexcentesimo, die vicesimo secundo Aprilis vitæ finem in his terris fecit. Elucubrauit posteritati *Sphæricæ* doctrinæ propositionem Græce & Latine: *Volumina mathematica tria*, quorum secundum complectens præcepta Mathematica, Astronomica, Logistica, vnà cum tabulis necessariis, pro Academia Argentinēsi collectum: *Euclidis propositiones* elementorum 15 Opticorum, Catopticorum; Harmonicorum & apparentiarum, elementorum librum primum. Scripsit & breuem *doctrinam de Cometis & Cometarum effectibus*: *orationem de disciplinis Mathematicis*: collegit *Lexicon Mathematicum* ex diuersis antiquis scriptis: transtulit *Hieronymi Alexandrini nomenclaturam vocabulorum Geometricorum*, item *Euclidis catoptrica*, id est, elementa eius scientiæ, qua vniuersa speculorum vis & natura explicatur: eiusdem elementorum Geometriæ sex priores libros. Exstat eiusdem *Heron mechanicus* siue de mechanicis artibus atque disciplinis. Euulgauit item *descriptionem horologii* ilius Astronomici & mirandi, quod, ipso inuentore & ergodiocta, Argentinæ in summo templo erectum, non sine delectatione hodie

Obitus Dasypodii.

Scripta eiusdem.

Horologium Argentinens.

arbitrio submisisse profitebatur. Circa horam decimam noctis Psalmos sibi decantari ex Buchanano voluit item Cantionem Eberi; & caput octauum Pauli ad Romanos, ex quo scitum illud Christianum pectori suo apprimebat: *Si Deus pro nobis, quis contra nos?* Paulo post cum coniuge sua *Eua Pyrnisia* aliquantulum collocutus, eandemque vltimo salutatam DEI tutelæ præsidioque cum tribus filiolis, commendauit, rursumque testatus est, se abdicata omnium humanarum rerum cura, nihil aliud expectare, quàm beatam ex hoc seculo emigrationem. Quare etiam ipse sibi Epitaphium composuit; vtque illud discipuli, qui tum aderant, annotarent, voluit; quod sic habet:

Epitaphium sibi ipse componit.

Vixi non vixi; quoniam mea vita fuit mors:
Nunc vivo: quoniam mors mea vita fuit.

Quo disticho recitato, ad beatam ex hac vita decessionem compositus, quiete patienterque tempus resolutionis suæ expectabat. Tandem quæ noctem illam excepit dies secunda Mensis Octobr. intra septimam & octauam ante meridianas, cum annos vixisset triginta & nouem, inter crebras consolationes & precationes, veluti in soporem solutus, animam Deo patri Conditori, Filio eius Iesu Christo Redemptori, Spirituique sancto Sanctificatori reddidit. Fato functus in æde Mariana iuxta subsellia scholastica, ad spem gloriosæ resurrectionis, in die illo magno Censorio futuro, sepultus est, concionem habente funebrem D. *Martino Trisnero*, funus cohonestantibus consulibus, senatoribus, primarijs viris & ciuibus, lugenteque schola vniuersa. *Ex oratione funebri scripta & dicta Thorunij, à Matthia Nizolio Thoruniensi.*

Obit tandem placide.

CONRADVS DASYPODIVS.

PArentem habuit hic *Petrum*, natione Heluetium, virum probe literatũ; cuius opera & cura vna cum alijs Gymnasium Argentinense, anno trigesimo octauo institutum, feliciterque postea fuit conseruatum. Hic posteritati concinnauit *Lexicon Græcum*, resectis & reiectis vocibus ἀνέλλησιν & barbaris: *dictionarium* item *Latinogermanicum*, & *Germanicolatinum*, quo in ludis pueritiæ nihil familiarius. Peruenit ætate vsque ad annum Christi quinquagesimum nonum: inque eius locũ suffectus est *Gerardus Seuenus*, Grammaticus perquam eruditus. Filius *Conradus Dasypodius* Argentinæ, vbi pater docebat, in lucem editus; vt primum per ætatem potuit, literarum ele-

Θ 1600 die 22. April. Pater Dasypodii.

Gerardus Seuenus.

Dasypodij patria.

In præceptis tradendis prudentiam, dexteritatemque adhibebat eam; vt neceſſaria tantum, & vtilia ſuis traderet, omiſſis inanibus ſcholaſticorum cauillationibus & rixis: eademque præcepta ſemper ad vſus neceſſarios reuocabat. Vt enim nautæ vel agricolæ non fiunt, altercando de præceptis nauticis, & Georgicis: ſed cum artes illæ intellectæ ſunt, nauigando, arando: ita in his quoque, re & nomine liberalibus ſtudijs, eadem omnino ratio ſequenda eſt diſcentibus. Latinæ linguæ perinde, vt Græcæ fuit peritus, & in ſchola Thorunenſi cum laude Græcæ linguæ fontem *Homerum* interpretatione illuſtrauit: aſſidue *Pſalmos* Græcos, *Epiſtolas* Paulinas Græcas, *Xenophontem*, *Iſocratem*, & alios explicuit, iiſque tanquam delicijs ſuis quotidie ſe mirifice oblectauit. Quare quod Epicharmo ſcripſit epitaphium Theocritus huic etiam congruit: πολλὰ γὰρ ποτλαὺ ζωᾷ τοῖς παισὶν εἶπε χρήσιμα· μεγάλα χάρις αὐτῷ:

Epicharmi epitaphium.

Vtilia ad vitam pueris quia plurima dixit:
Magna illi habenda eſt gratia.

Teſtantur eiuſdem eruditionem vel *præfationes* illæ *in tres tomos* inſtitutionis literatæ. His ergo ipſius laboribus factum eſt, vt nominis ſui famam non ijs finibus, quibus Thoruna clauditur, circumſcripſerit; ſed ſui deſiderium apud alios etiam excitarit. Operam enim eius *Goldbergenſis*, *Suidnicenſis*, & *Sittauienſis* Reſpublica in ſchola gubernanda expetiuit; & ampliſſimus item Senatus Gorlicenſis. Verum Schoberus his omnibus, Thorunam ſuam, cui omnia, tanquam patriæ alteri, deberet, anteponendam cenſebat.

A multis expetitus.

In ſtatione illa dum perſiſtit: & Dei benedictionem, præcipuorum ea in Republica virorum gratiam, diſcipulorum plurium obſeruantiam, annis tredecim experitur: anno ætatis triceſimo nono, morbo Epidemio tentari cœpit; qui cum ſub initium eſſet remiſſior, paulatim ſumptis incrementis ea facta eſt acceſſio; vt, cum alioqui teneriore eſſet corporis conſtitutione, laboraſſetque iam multis annis ventriculi infirmitate, ſubinde etiam ſuperioribus diebus acceſſiſſent catarrhi & fluxiones capitis copioſiores, plane tandem, & quidem lethaliter decumbere cogeretur. Calendis tandem Octobribus ita intendebatur vis morbi; vt colligere promtum foret, inſtare propediem reſolutionem corporis. Inter graues autem corporis dolores, quibus oppreſſus erat, in ſilentio & ſpe, in voluntate Domini ſe plane acquieſcere dictis factisque teſtabatur; animoque ad Deum, & oculis ad cœlum conuerſis aliquoties ingeminabat: *Fiat voluntas Dei.* Promiſſiones ex Dei verbo ꝓpoſitas ſummo cũ deſiderio excipiebat, & nutu ꝓbabat; ſeq; Deo rem omnẽ cõmendaſſe, ſuamq; voluntatẽ ipſius clementi arbi-

Morbo epidemio corripitur.

daricas illas, sed mere πνευματικὰς ex Christi schola sanctique officina Spiritus profectas, Psalmos item Latinos, præcipue vero Buchanani Pariphrasi poetica feliciter expressos, frequẽtissime cantitabat, eosque omnis doctrinæ cœlestis vaticiniorum, consolationum, gratiarum actionum, precationum, plenissimum Oceanum vere nominabat. Ad prouehendos vero vel discipulorum, vel collegarum, vel quorumcunque tandem rectos conatus, vel supplendã inopiam, desiderari in se passus est nihil: imo ope operaque quoslibet ἐκ τῶν ὑπαρχόντων demereri, deque suo lumine alteri lumen accendere promtus ac paratus fuit. Neminem præ se contemsit; sed omnes, quo decebat honore, prosecutus est. In rebus aduersis, non obmurmurabat, sicut impius ille apud Aristophanem Strepsiades: sed Deo morem gerebat, & omnes calamitates cum Athanasio *nubeculam esse cito transituram* credebat. Concordiæ ita fuit studiosus, vt amicis non pauca indulserit, & τὰ μέγιστα κακὰ οὐκ ἄλλως, ἢ ἐκ φιλονεικίας καθίστασθαι, experientia doctus vere existimarit. In familiaritatem & amicitiam, οὔτε πάντα, οὔτε παντοθὲν, οὔτε παρὰ πάντων, vt Græci aiunt, recipiebat; sed paucorum erat hominum: quos vero semel receperat, constantissime retinebat. Candore vero tanto; vt vel manifeste calumniandi animo prolata in meliorem fere partem ipse interpretaretur. Quare & amicos quam sæpissime rogauit; vt candorem & mores à simulatione alienos, quales Capaneo tribuit Euripides, adferrent: sæpe talibus vel similibus versiculis vsus est:

Psalmorum decantatio.

Liberalitas.

Modestia.

Infelix, quisquis mentem disiunxit ab ore:
Non faciens animo consona verba suo!
Fucus in Aonidum non est tolerandus alumno;
Candor in exculto quaritur arte viro.

Ocium desidiamq; toto animo detestabatur, sciens homines nihil agendo discere paulatim male agere. Semper itaque, cum per valetudinem poterat, non obiter & ad ὀφθαλμοδουλίαν; sed serio & diligenter in scholis iuuentutem informabat; &, candelæ instar inseruiendo alijs ipse consumebatur, deuorans haud raro inobedientiam petulantium. Quicquid publicis occupationibus suffurari poterat; id totum euoluendis libris, annalibus & Poeticis studijs impendebat, multumque, imo fere semper in sua Bibliotheca delitescebat; quam exquisitis libris, nullo deterrente sumtu, refertissimam curauerat.

Porro in docendo ad Phœnicis Homerici exemplum, & dicere & facere docebat, neq; nouos illos sequebatur, qui neglecta antiquitate, nouo docendi genere, rebusq; nouis subinde delectantur; sed veterem illam Græcorũ & Latinorũ docendi & discendi rationem planam, certam, expeditam sequebatur, Græcæ & Latinæ linguarum fundamẽta ponebat, ac tradebat; & ad Poetarum, Historiarumq; lectionem suos assuefaciebat

Genus eius docendi.

tium fuit; quem veluti alterum parentem redamare, & vt præceptorem & patronum omni vitæ tempore & absens viuum, & viuus mortuum colere non destitit.

Lipsiam abit Fundamentis ergo artium & linguarum probe positis, *Lipsiam*, tanquam ad vberiorem literaturæ mercatum sese contulit; vbi nihil vt in multis sępe fieri adsolet, de ardore studiorum priore remisit; sed eam Philosophiæ principijs hauriendis nauauit operam, easq; in erudita doctrina celeriter fecit progressiones; vt iuxta præscriptum in legibus cõmunitatis bonarum artium ordinem, primæ laureæ consequeretur honorem. Hoc βραβεῖον inuitatus: nullum non, vt quam celerrime ad Palladis & optimarum artium loco excelsissimo positam arcem conscenderet, mouendum sibi lapidem putauit. Itaque & disputando publice & declamando, eruditionem suam non solum commilitibus, sed & Professoribus ipsis ita probauit: vt dignus iudicatus fuerit, cui & summus in Philosophia gradus conferretur, & locus in collegio Philosophico concederetur.

Prima laurea ornatur.

Mox altera & suprema.

Commilitones eius. Laborum ea in Academia socios & συμβιωτὰς habuit D. *Iohannem Oetuinum*, D. *Laurentium Finkelthusium* Reip Lubecensis Syndicum, *Zachariam Schilterum* Theol. D. *Matth. Dresserum* Philologum, M. *Bartholomæum Valtherum* olim scholæ illustris Portæ ad Salam Rectorem, & M. *Nicolaum Lisam* Olomucensem. Itaque testimonio honestissimo ab Academia Lipsica ornatus, cum iam absentibus etiam innotuisset; de iudicio D. *Francisci Tidemanni* & cõsilio Rectoris scholæ Thorunensis M. *Caspari Crusii*, literis honorificis à scholarchis ad exornandum recens tum institutum Gymnasium, anno octuagesimo quinto supra sesquimillesimum, est vocatus. Relicta igitur Lipsia Thorunam venit, & in schola diuisis cum Rectore laboribus, docendi facilitate, quaque pollebat, styli vtriusque soluti & ligati, elegantia, breui temporis spacio auditorum in se animos oraque conuertit, operamq; Gymnasio Thorunensi, dum vixit, vt fidelem ita vtilem impendit; & discentium profectibus voce scriptisq; inseruijt: ac suo exemplo ad virtutem viam præiuit. Nam dum alij mane inter pectinem & speculum horas precioſas consumunt, lauticiamq; suam & domesticos componunt strepitus, vesperi vero repotijs & lusibus indulgent liberius: Schoberus ante omnia mutuis cũ Deo colloquijs mane & vesperi horam ipsam insumebat, quod sibi, nihil iucundius, nihil ad functionis suæ actiones inchoandas & finiendas auspicatius iudicaret; quam orationem, cum suis alis gemitu, nimirum & pijs suspirijs, ad cœlos emittere. A precibus ad librorum sacrorum lectionem transibat: in qua ita fuit assiduus; vt quorundam Theologorum in eo genere diligentiam superarit. Psalmos Germanos, Hymnos & ᾠδὰς, non Pindarica;

Vocatur Thurunam Borussiæ.

Virtutes ac mores eius.

Preces.

Bibliorum lectio.

HVLDERICVS SCHOBERVS.

Θ. 1598. d. 2. Octobr. ætat. 39.

EDidit* hunc Schoberum *Lubena*, oppidum Silesiæ vetustioris notæ, quod *Boleslaus* Silesiæ Dux, sub Mieczlao tertio Poloniæ rege, anno Christi millesimo centesimoseptuagesimo quinto, muris cinxit, fossis muniuit, & amplificauit. Parentes ei fuerunt neque diuites, neque clari: id quod ei cum Socrate, Euripide, Demosthene, alijs commune. Nec enim, vti imperita plebecula autumat, diuitiarum magnitudo, aut generis amplitudo dare veram laudem, aut eripere vtraque subtracta potest.

** A. 1559. d. 4. Nouembr.*

Parentes.

Pater etsi, vt mechanicus, manuum laboribus sibi suisque victum quærere cogeretur: reiecta tamen omni inconsiderata parsimonia, filium à teneris ad Christum & Christiana φροντιστήρια adduxit; & præceptoribus in schola patria refingendum dedit: vt à primis infantiæ annis rudimentis pietatis imbueretur, & ad preces Deo dicendas mature adsuefieret.

Institutio pueritiæ.

Quemadmodum autem olim prouerbiali Græcorum versu dictum est:

Indoles statim se prodit.

Αὐτίκα δὴ φυτὰ δ' λα, ἃ μέλλει κάρπιμ' ἔσεσθαι.

ita Schoberus, qualis aliquando futurus esset: vix degustatis literis prodidit. Puer enim locum aliquem editiorem vel domi suæ vel in ludo conscendens, ex eo tanquam suggestu siue cathedra condiscipulos suos docere visus est. Apparuit & ex eo indoles eius & ingenij bonitas: quod scholam cupide frequentauit; magistros attente audiuit, audita diligenter ruminando repetiuit.

His virtutis ac doctrinæ fundamentis iactis, cum & animi sensa verbis Latinis sic satis promte reddere, & de Logicis interrogatus vtcunque respondere posset: pater accedente suasu aliorum, qui de ingenijs iudicare poterant, *Vratislauiam* eum ablegat. Ibi hospitio *Laurentii Stillii* exceptus, præter domesticam disciplinã, institutioni virorum doctissimorum commendatus fuit, M. *Petri Vincentii*, qui ludum ibi regebat literarium, item *VVergleri*, *Brittmanni*, *Langai*, & cæterorum. Hic multos annos magna cum diligentiæ & industriæ laude vixit: & sub dictis ducibus, cum innumeris commilitonibus in castris Musarum egregie meruit: adeo vt fauente conatibus ipsius Deo, vtriusque linguæ, Latinæ & Græcæ, intelligentiam sibi mediocrem compararit; & orationem solutam elegantem, carmenque eruditum in vtraque lingua scriberet. Quare & Vincentius Schoberum cum propter ingenij felicitatem, tum propter studium & ardorem literarum multum amauit: neque minor obseruantia Schoberi erga præceptorem Vincen-

Mittitur Vratislauiam.

L. Still.

Præceptores Schoberi.

Interrogatus, *num quos vellet accersi amicos? Ah quid*, inquit, *fidelissimum habeo amicum in cœlis, Saluatorem nostrum Iesum Christum: qui etsi in cœlis sedet ad dextram Dei patris; longe tamen ab eo plus auxilij mihi est; quam si in terris corporaliter adesset. Nam ibi* (dicebat) *apud cœlestem patrem pro me intercedit: ibi mansionem mihi beatam parauit; eo me ad se vocabit: Ipse via, veritas & vita: noui quod redemtor meus viuit.* Identidem has quoque voces repetebat: *miserere mei, ô agne Dei, qui tollis peccata mundi: ô Iesu Christe, qui passus es pro nobis, propitius esto mihi: In manus tuas spiritum meum commendo.* In hac feria Filij Dei inuocatione expirauit iam vitæ fatur: anno ætatis sexagesimo quarto. Sepultus est ibidem ad Ægidij cum epitaphio tali:

Obitus.

Epitaphium

GRATÆ MEMORIÆ S.
LAVRENTIO CIRCLERO
GOLDBERG. SILESIO
ILLVSTRISS. ATQVE ILLVSTR. SILES. BOHEM. MORAV. PROCERVM INFORMATORI QVOND. INDVSTRIO;
SCHOLAR. INDE GOLDBERGEN. ET BREGENS. RECTORI BENE MERITO;
PHILOLOGO AC ORATORI INSIGNI,
RELIGIONIS SINCERIORIS ADSERTORI
MAGNAN. ET CONST.
VIRO GRAVISSIMO SIMVL HVMANISS. Q.
POST LABORES MVLTOS VARIASQ.
PEREGRINATIONES
ÆTAT. ANN. LXIII. COMPL.
ARGENTINENS. IN ITINERE PIE
HIC PLACIDEQ. MORTVO
A. C. MDIIC. D. XXIIX. M. IVL.
CHRISTOPH. HEDWIGERVS SILESIVS
PRÆCEPTORI SVO ÆT. HONORANDO
L. M. Q. P. C.
A. MDCIX.

Supra lapidem sepulchralem.

LAVRENTII CIRCLERI
MORTALE QVOD FVIT
H. S. E.
ANNO MDXCVIII.
PROFVIT, DVM VIXIT,
QVIBVS POTVIT:
NOCVIT NEMINI.

Ex concione funebri habita à D. Quirino Reutero, tunc ibidem Euangelii ministro, & aliis.

HVLDE-

consilium ab omnibus cordatis, opinor, probabitur. Occurrit enim pius vir hac opportuna & aperta fidei suæ confessione calumnijs; quibus de erroribus clanculum dissemmatis, de magistratu hypocritice decepto, de iuuentute veneno Caluinismi clandestine & nefarie infecta, traduci ad alios potuisset: Aut eorum criminationibus, qui dictitant, multos orthodoxam, quam Circlerus probauit, etiam probare fidem: sed non rotunde eam profiteri; verum ambiguis inuoluere phrasibus; quæ res sit suspecti negotij argumentum: sed falso id quidem dictitant. Huiusmodi enim veri reticentia est indicium tyrannidis, & præiudiciorum in animis iam confirmatorum; vbi veritas locum nullum inuenit: deinde prodit se etiam ita humanæ carnis imbecillitas, crucem & afflictiones, vbi potest declinantis. Circlerus igitur etsi multi tunc eum, propter eruditionem & virtutem insignem retinere in functione nitebantur, varijs propositis medijs: tamen *cum carne & sanguine conferre* noluit: sed patriam charissimam, gratiam hominum, honorem, splendorem, & opes amittere; quam veritatem semel agnitam abnegare maluit. Itaque lubenti animo solum vertit; &, vt sæpe solebat dicere, *probrum Christi* patienter in se suscepit, nec vnquam auxilium & solatium diuinum ipsum defecerunt. Ab anno ergo octuagesimo quarto in varias Germaniæ excurrit regiones, nunc in Palatinatum Electoralem; nunc in Anhaldinatum & veterum Soraborum sedē Zeruestam; nunc in Morauiam ad fratres orthodoxos: vt & simul amicos veteres inuiseret, & cum puro Euangelij ministerio suas preces coniungeret, & sacris signis atque sigillis, iuxta Christi institutionem, ad fidem confirmandam vteretur. Totam vitam sanctis pietatis exercitijs consumsit. In delicijs, secundum sacrarum literarum codicem, habebat *Psalmos à Lod. Wissiro* germanicis rhythmis suauiter inclusos, eosque decantare domi & in itinere solebat. Melanchthoniana autem scripta vt è manu rato, sic ex animo nunquam deponebat. Inter prophanos *Ciceronis* potissimum & *Plauti* lectione delectabatur: quibus semper historias adiungebat. Vixit cœlebs pie, iuste & temperanter ad senectam vsque honestissimam: adeo vt eum vere dicas fuisse Nathanaelem, vere Israelitam, in quo dolus nullus.

Calumnijs prudenter occurrit.

Multi verum reticent metu aliquo.

Dimittitur Circl.

In exilio exteras adit prouincias.

Studia eius priuata.

Ioan. 1. vers. 48.

Tandem cum anno nonagesimo octauo in Palatinatum ad veteres & coniunctissimos amicos iter suscepisset, ac Spiram Nemetum apud Quirinū Reuterum Theol. ministrum tunc Ecclesiæ, quam Ægidij vocant, diuertisset: ecce tibi, subito ἀποπληξίᾳ & grauiss. decumbit. Quo in morbo præclara Christianæ patientiæ, fidei & πραγματείας documenta edidit. Reposita enim omni omnium terrenarum rerum cura cœlestia se cogitare, ad cœlestia se adspirare, alacriter confirmauit.

Supremus eius morbus.

Constantia & patientia in eo.

M. Slauata. C. à Zerotin. discipulos & splendore generis, & virtute eminent generosi & illustres *Michael Slauata & Carolus à Zerotin*, Barones: quibus cum ad varias tum Germaniæ, tum aliarum regionum, Academias, vt alter Phœnix, missus est.

* *Isocr. καὶ ἀνδόσιος.* Isocratem* accepimus in sua disciplina habuisse non idiotas modo; sed & Rhetores, & duces, & reges, & tyrannos, seu, vt verbo dicam, nobilitatis Græcæ florem. Isocrates Germanicus fuit profecto Circlerus; Rhetor Christianus: & quemadmodum de ipso Ioan. Sturmius grauissime iudicauit, *vir magni ingenii, excellentis prudentiæ, singularis eruditionis & doctrinæ, diligentiæ summæ.* Exinde anno octuagesimo à principe Illustriss. Georgio ad scholæ patriæ regimen, & instaurationem vocatur; *Martino Taburno*, qui Trocedorffio successerat, è viuis paulo ante sublato. Istud Gymnasium cum in pristinum celebritatis gradum dexteritate & labore singulari locasset: idem Illustriss. Princeps patriæ, Bregensis etiam Gymnasij curam eum suscipere voluit. Est autem Bregense Gymnasium alterum in territorio Illustrissimorum Principum Silesiæ Lignicensium & Bregensium, ab Illustriss. Principe Georgio anno vndeseptuagesimo sumptuose exstructum, & munificentia Principe digna conseruatum.

I. Sturmii de Circlero iudicium.

Ad gubernationem Gymnasii Aurimontani vocatur.

Item ad Bregensis instaurationem.

Quando illud fundatum.

Eo itaque cum Circlerus, alter quasi Chiron, venisset: tanta ilico sumsit incrementa ἐγκαίνιον illud pietatis & doctrinæ; vt non solum ab incolis, sed etiam ab accolis plebeis & nobilibus frequentia incredibili celebraretur Florente ita tunc ludo literario, non semel ipse Princeps, Iulij Cæsaris aut Antonini, aut Carolorum Impp. exemplum imitatus, in auditorium venit; docentemque Circlerum attente audiuit. Cum autem eo tempore explicationem examinis Philippi ad locum de Cœna vsque deduxisset: & facile videret, quosdam corporalem præsentiam, & oralem manducationem corporis Christi, in, vel sub, pane latitantis, præter & contra scripturam sibi imaginantes, apertam veritatis confessionem minime laturos; ipse vel scenæ seruire, vel dissimulare quicquam noluit: sed vt virum candidum decet, egit. Scripto namque orthodoxam sententiam est complexus, eamque Principi tara cum παῤῥησίᾳ exhibuit: simulque ἀλαῤῥησίαν indicauit, se post diligentem & religiosam certaminis Eucharistici considerationem, tandem deprehendisse, sententiam eam, quæ hodieque odioso Caluini nomine deformetur & diffametur, nec impiam nec erroneam; sed & sacris literis, & symbolo Apostolico, & puriori antiquitati, consentaneam esse. Petere itaque se, vt in articulo de sacræ cœnæ doctrinam, quam & verbo Dei, & sua conscientia teste, verum sciret, iuuentuti scholasticæ proponere liceat; sin minus, bona cum gratia officio suo se abiturum. Hoc Circleri consi-

Georg. princ. Sileſ. audit lectiones ſcholaſticas.

Occaſio dimiſſionis Circleri.

Candor & παῤῥησία eius.

In sarcophago.

PIÆ MEMORIÆ SACR.
ABRAHAMO ORTELIO ANTVERP.
GEOGRAPHO REGIO,
FRATRI CHARISSIMO,
ANNA ORTELIA, CÆLEBS CÆLIBI
H. M. F.
ANNO M. D. XCVIII.
HÆC META LABORVM.

Ex lachrymis Ortelianis.

LAVRENTIVS CIRCLERVS.

Θ. 1598. *die 28. Iulii, etat. 64.*

PAtriam hic habuit *Goldbergam*, Sileſiæ oppidum, in ditione illuſtriſſimorum ducum Ligio-Bregenſium, olim aurifodinis, vnde & ei nomen, nunc Gymnaſio ducali celebre. Parentes * nactus eſt honeſtos & ornatos; qui filium hunc præclara indole cum animaduerterent præditum, literis humanioribus imbuendum in ſchola patria ſub rectore illo, & iuuentutis informatore feliciſſimo, *Valentino Trocedorffio*, curarunt. Quo in ludo cum breui fundamẽta linguarum & artium ſolida poſuiſſet: Wittembergam, doctiſſimis tunc hominibus liberaliſſimisq; ſtudijs florentem, ſeſe contulit. Ibi præter alios clariſſimos doctores audiuit diligentiſſime *Philippũ Melanchthonem*, totius Germaniæ præceptorem: adeoque ſe cunctis, pietate, modeſtia, & induſtria ſua probauit, vt laudibus paſſim floreret, aditumque ad amicitiam magnorum virorum ſibi facile aperiret.

Goldberga vnde dicta.

* *Anno milleſ. quingentesſ. quarto.*

Præceptor Circleri Trocedorff.

VVittembergam abit.

Ibi Melanchthon. audit.

Itaque cum illuſtriſſimus princeps *Georgius*, Dux Sileſiæ Ignicenſis & Bregenſis de præceptore & Ephoro generoſiſſimis duobus filijs, *Ioachimo Friderico* & *Iohanni Georgio*, præficiendo laboraret; Circlerus vnus propter eruditionem politam, pietatem, prudentiam, vitæque integritatem ſingularem, dignus viſus, cui id officij committeretur. Nec vero male id cecidit. Tanta enim eo in officio fide, tantaque integritate & grauitate verſatus eſt: vt & parenti illuſtriſſimo faceret ſatis, & iuniorum principum, alumnorum ſuæ diſciplinæ, animos mirifice ſibi deuinciret. Nec præſentem modo illi ſumma beneuolentia præceptorem complexi ſunt: ſed & abſenti gratiam & munificentiam ſuam prolixe declararunt decreto ei annuo honorario: haud raro etiam eius in rebus arduis exquiſiuerunt iudicium: quo ipſe erat acri & ſubtili.

Duob. principibus præficitur.

Cæterum Spartam illam vbi pro virili ornaſſet, honorifice dimiſſus, & multorum genetoſorum Baronum atq; nobilium adoleſcentum informationi adhibitus eſt. Inter reliquos eius

Inde aliis præcipuæ nobilitati

Ætas & obitus Ortelii.

Hæc agitantem, & primum supra septuagesimum annum agentem, mense Iunio, conceptus morbus, ac lentis accessionibus nonnihil productus, anno reparatæ salutis nonagesimo octauo, supra mille quingentos leuiter extinxit.

Prosopographia eius.

Fuit statura longiore corpore gracili: coma barbaque flaui coloris: glaucis oculis: fronte ad laudem exporrecta: aditu facilis, & alloquio perhumanus. In serijs sine fastu, grauis & in serendis iocis suauissimus euadebat; ea tamen temperie; vt cuncta ad Christianam pietatem reuocaret.

Anna Ortelia.

Defunctum fratrem cœlibem, *Anna Ortelia* & ipsa cœlebs, nec diu Abrahamo superstes (moritur enim anno sæculari cIↃ. IↃ. c.) Antuerpiæ, ad D. Michaelem, loco honesto tumulauit. Facile enim operosi sepulchri honore carere potuit, qui publico consensu perenne, lateque diffusum decus, excelsa virtute promeruit.

Monumentum.

Monumentum ad tumulum positum, Iusto Lipsio auctore, sic habet:

ABRAHAMI ORTELII,
QVEM VRBS VRBIVM ANTVERPIA EDIDIT:
REX REGVM PHILIPPVS GEOGRAPHVM HABVIT:
MONVMENTVM HIC VIDES.
BREVIS TERRA EVM CAPIT:
QVI IPSE ORBEM TERRARVM CEPIT.
STILO ET TABVLIS ILLVSTRAVIT:
SED MENTE CONTEMPSIT:
QVA CÆLVM ET ALTA SVSPEXIT:
CONSTANS ADVERSVM SPES AVT METVS:
AMICITIÆ CVLTOR, CANDORE, FIDE, OFFICIIS:
QVIETIS CVLTOR, SINE LITE, VXORE, PROLE:
VITAM HABVIT, QVALE ALIVS VOTVM;
VT NVNC QVOQVE ÆTERNA EI QVIES SIT,
VOTIS FAVE LECTOR.

OBIIT IIII. KAL. IVLII, ANNO cIↃ. IↃ. xcIIx.
VIXIT ANNOS LXXI. MENS. II.
DIES IIXX.
COLII EX SORORE NEPOTES
B. M. POSS.

IN SAR-

Geographi Regij insignibus sit ornatus. Scripsit & *Thesaurum Geographicum*, in quo omnium totius terræ regionum, montium, promontoriorum, collium, siluarum, insularum, portuum, populorum, vrbium, oppidorum, pagorum, item Oceani marium, fretorum, fluuiorum, & eiusmodi nomina & appellationes veteres, additis magna ex parte etiam recentioribus; opus eruditum lectuque iucundum. Dedit quoque posteritati *Deorum Dearumque capita*, ex vetustis numismatibus in gratiam Antiquitatis studiosorum. Anno vero nonagesimo secundo edidit *Aurei Sæculi imaginem*, siue *Germanorum Veterum* vitam, mores, ritus, & religionem, ex varijs auctoribus congesta: dedicauitque Cl. V. *Iacobi Monaui* Patricij Vratislauiensis Fil. Friderico Monauio. His ergo lucubrationibus immortale sibi nomen comparauit.

Thesaurus Geograph.

Deorum & Dearum capita.

Aurei sæculi imago.

In communi sermone, nihil illo probius, nihil festiuius, nihil comius. Beneuolentia illi singularis, conciliandæq; hominis gratiæ ac promerendi amoris, mirum & efficax studium. Amicos coluit magni & nominis & eruditionis viros. In *Hispania* Benedictum Ariam Montanum, Theologum, & P. Andream Schottum Antuerpianum, & Societ. Iesu Presbyterum. In *Italia* Fuluium Vrsinum, Franciscum Superantium, & Ioannem Sambucum. In *Germania* Gerardum Mercatorem, insignem Cosmographum, Iacobum Monauium, Marcum Velserum, Ioachimum Camerarium; & Arnoldum Milium. In *Gallia* Petrum Pythoeum & alios. In *Belgica* Iustum Lipsium, Læuinum Torrētium, Franciscum Raphelengium, Christophorum Plantinum, Ioannem Moretum, Cornelium Prunium, Nicolaum Roccoxium, Balthasarem Robianum, Philippum Gallæum, Othonem Venium pictorē celeberrimum, & Franciscum Swertium F. Cum his omnibus, alijsq; pluribus amica consuetudo. Ad hos scriptitabat: ab his sæpenumero literas recipiebat. Rerum rariorum, nouarum, & antiquarum studiosissimus erat. Habebat domi suæ *imagines*, *statuas*, *nummos* Græcos, Romanos, aureos, argenteos, plumbeos, cupreos. *Conchas* ab ipsis Indis & Antipodibus, *marmora* omnis coloris, *Spiras* testudineas tantæ magnitudinis; vt decem ex ijs viri in orbem sedentes, cibum sumere possent; alias rursum ita angustas, vt vix magnitudinem capitelli vnius aciculi adæquarent. Bibliotheca eius omni librorum genere instructissima fuit; vt non immerito domum illius dixisses, omnis politioris litteraturæ officinam; ad quam ex varijs locis, velut ad Lycæum aliquod Peripateticum, aut Academiam Platonis, concursus fiebat. Hanc triumphans *Ernestus*, hanc *Albertus* ab Halostana expeditione victor rediens, alijque Principes & viri summi, medij, infimi, frequentes inuisebant.

Mores.

Amici.

Antiquitatis & nouitatis studium.

Domus eius Lycæum.

Hæc

lubricæ ætatis pestes, aut auertere ab instituto cursu; aut retardare generosæ mentis iuuenem vnquam potuere.

Matheſi inprimis deditus.

In Mathematicis tamen ei prope vnica contigit laus; cum plerunque sine præceptore, conuolutas earum artium subtilitates, & per se caperet sedulo, & cæteris admirantibus lucidissime recitaret. Anno ætatis suæ trigesimo, multa magnaque animo agitans, & quietis patriæ pertæsus profectionem in varias orbis plagas cogitare cepit.

Excurrit Francof. ad Mœnum. Peregrinatur.

Francofurtum ad Mœnum sæpissime visitauit, idque ob notas nundinas binas, quibus illa vrbs imperialis, est celebris. Anno vero à Christo nato, septuagesimo quinto, cum *Ioanne Iuliano* Valentiano, mercatore & studijs dedito viro, & *Hieronymo Scoliers* Antuerpiano, Leodicenses, Treuirenses, Tungros, & Moguntinos lustrauit, extat hodieque libellus huius itineris testis locupletissimus. Anno septuagesimo septimo socio vsus *Immanuele Demetrio* Antuerpiano, cognato suo, Angliam Hyberniamque inspexit. Italiam illam fœcundorum altricem ingeniorum, illam admirandarum rerum effectricem, illam antiquitatis parentem ter peragrauit; neque cursim, sed ijs subnotatis & in codicillos relatis, quæ ad memoriam maxime insignia visebantur. Cum tertio Italiam reuiseret, anno septuagesimo octauo, comitẽ itineris habuit *Georgium Huffnaglium* Antuerpianum, cuius effigies æri incisa volitat per Europam vniuersam cum inscriptione tali:

Georg. Huffnaglium.

GEORGIVS HOVFNAGLIVS ANTVERP. QVI PICTVRAM DELICATIOREM GENIO DVCE AMPLEXVS, EO PROMOVIT, SVMMIS VT PRINCIPP. PLACEAT ALBERTO ET GVILIEMO BOIARICIS, FERDINANDO AVSTRIACO, IPSI IMP. RVDOLPHO AVGVST.

Abijt hic ad meliorem vitam Pragæ decimo tertio Ianuarij, anno milleſimo sexcenteſimo.

Nihil quoque vel in Germania, vel Gallia illustre; quod non peruiderit hic noster. Demum tot itinerum superatis difficultatibus, redijt Antuerpiam ad carissimos lares. Nec mirum si ocellum orbis (ita eam vrbem, Mineruæ coreulum Lipsius venustat) sibi quietis locum delegit, orbem tam scite delineaturus. Cœpit tum posteritati suæ seruire, & regiones visas, inuisas, & ignota maria, clausas omni antiquitati vias ac terras, Geographico calamo aperire; infames illos orientis, occidentisq; tractus describere; denique in THEATRVM illud, quod nunc tanta admiratione omnium inspicitur & legitur, totus incumbere. Quo in opere, ita omnibus suam probauit industriam: vt à Philippo II. illo Principe Principum,

Redit in patriam Ortel.

Opera Geographica instituit.

Theatrum Ortelii.

Geogra-

buch: & *Linium* cum doctis doctorum virorum monumentis notisque à mendis vindicatum, & notis quoque subinde notatum, edidit in summa, vt scribit ipse, temporis angustia, negotiorum mole, & curarum æstu. Emendauit præterea ad inuidiam vsque *Q. Curtium*: etiam post Bongarsium manum admouit *Iustino*: & è Bercinienſi codice M. S. varias notas exscripsit panegyricorum auctoribus. *Ex præfationibus & operibus Modii.*

ABRAHAMVS ORTELIVS.

Θ. 1598. die 28. Iunii, S. N. ætat. 71.

ORTELIA gens *Augusta* Vindelicorum longo iam tempore summum dignitatis gradum tenuit: ex ea felici germine pullulauit *Guilielmus Ortelius*: qui anno partæ salutis sexagesimo prope, supra millesimum quadringentesimum, in nouam commigrans Antuerpiensium coloniam, quam iam DEVS nobilissimum orbi terrarum emporium destinarat, multa ad laudem insignia patrauit; inter quæ & illud, quod extra portam Cæsaream, loco supplicijs reorum destinato; quadrato ex lapide crucem, cui inferne hinc & inde, illa virginum decora Maria & Ioannes, nec non duo suffixi trabibus latrones, claudebant latus, ære proprio & copioso, erigendam curauit. Mortuus est *Guilielmus* ille anno ab incarnato Deo vndecimo supra sesquimillesimum, Ianuarij octauo die, & apud Minoritidas tumulatus.

Orteliorum familia Augusta clara.

Guil. Ortel. auus.

Viri optimi hæreditatem excepit *Leonardus* filius haut patri dispar. Ferunt enim diuina omnia ad palatum eius fuisse; vt de cœlestibus rebus commentationes raro è manibus, nunquam è mente deponeret Hic *Annæ Herwayers* matrimonio iunctus, duas ex ea filias, & vnum filium *Abrahamum*, anno Christi vigesimo septimo, supra mille quingentos, 4. Non. April. vel potius 4 Idus April. vt habet Chronicon Chronicorum: qui in domum non infimam, noua decora & augustiora inuexit, nequaquam parta ludentis Fortunæ temeritate; sed longissimis quæsita laboribus. Erat in eo rara indoles animi, magnum & acre ingenium, &, quod mirum in iuuene, studium rerum magnarum non vulgare. Quare eum altius omnino erudiendum arbitratus parens, qua Latinis, qua Græcis literis, (has enim ipse mire callebat) feliciter informare incepit. Sed optimis hisce cogitationibus malum interuenit necessarium, mors dilecti parentis, anno trigesimo quinto, cum alijs, tum filio luctuosa: quippe qui iam exteris vti præceptoribus cogeretur: sub quibus tamen fructus non pœnitendos collegit. Neque enim pueriles nugæ, crepundiaq; cæteræque lubricæ

Leonard. Ortel. pater.

Abrah. Ortel. natalis.

Indoles eius.

A patre instituitur.

Quem puer amittit.

Sed hic vere dictum & veluti ex oraculo depromptum sensit:

Nescia mens hominum fati sortisque futuræ.

Ecce enim dum summa gaudia mente præcipit, dum dextram *Egmondani Comitis* osculo delibare gestit: *Bonna* suasu Clarissimi Viri *Iacobi Campii* & *Adolphi Scheiffarti à Merade*, aliquantisper subsistit. Hic dum totus est ad iter persequendum: incidit, vt cum tanquam postridie profecturus supellectilem omnem conuasasset 22. Decembris apud *Confluentes* natalem Sospitatoris nostri *Iesu Christi* celebraturus; incidit, inquam, vt ea ipsa nocte infelix *Bonnæ* irruptione, nec citra proditionis suspicionem, à notissimi cuiusdam * ducis cohorte caperetur.

Bonna capitur 1587. d. 23. Decemb.

Hic Modius ipse non tantum omni corporis cultu & auro, quod ipsi multorum principum virorum annis superioribus contulerat liberalitas, spoliatus: verum etiam vestitu vniuerso, quo non tantum honesto; sed plane, si quis eius ordinis alius, splendido instructus erat, in teterrimum carcerem coniectus fuit. In quo per *menses* prope *duos* quid non passus est? Lethalibus tantum non vulneribus in capite affectus, & in latere sinistro ita multatus fuit: vt diu brachium eius idoneo vsu caruerit. Ex ergastulo illo *Iacobi Campii* beneficio & lytro haud exiguo numerato liberatus est. Verum dum animi iuxta & corporis æger sustentatur, ad alia mala hoc quoque accessit: quod necdum obductis cicatrice vulneribus Bonnæ acceptis; ita repetitis morsibus à cane in crure dextro conuulneratus fuerit; vt & lenta & difficilis eius fuerit curatio.

* *Est ea Centur. 2. ad Belgas epist. 26. ad Hier. Berchem.*

Modius spoliatur, & in carcerem coniicitur.

Campii beneficio liberatur.

A cane periculose admordetur Modius.

Tot igitur ac tantis malis vexatus, fortunisque omnibus exutus, accedentibus & à vita mala conscientiæ stimulis, animum plane despondit; parumque viriliter, aut potius Christiane, aduersitates tulit; adeo quidem, vt aut *DEVM*, aut, quod perinde *prouidentiam diuinam* negarit. Cuius rei causa insignem epistolam * scripsit *Iustus Lipsius* ab amico rogatus: in qua validis & arduis argumentis ad sanitatem mentis miserum reducere conatus est.

Prouidentiam diuinam in dubium vocat.

Tandem *Audomari* in Flandria factus Canonicus Modius, diem ibi suum obijt, anno * ac mense nobis nondum certo cognitis.

* *Forte 1598.*

Obitus Modii.

Edidit præter *poemata*, *Erasmo Neustettero*, Equiti Franco inscripta, *Nouantiquas lectiones* tributas in epistolas centum, & quod excurrit: in quibus infinitis locis Latini autores, qui soluta ac ligata scripserunt, supplentur, emendantur, notantur. Emendauit & rei militaris scriptores, ac notis illustrauit, *Frontinum*, *Ælianum*, *Modestum*, *Vegetium*. Euulgauit etiam illustre opus *Pandectarum triumphalium*, Germanice Thurnr-

Scripta & monumenta eiusdem.

buch: &

ris precibusque reuocabatur; eo viatico prosecutus est, quod non tantum ad iter in Belgicum abunde suffecit: verum etiam ad visendas bibliothecas aliquot nobiles, & inprimis *Fuldensem*, illam tota Europa celeberrimam: vbi per menses aliquot antiquissimorum voluminum causa, quæ ibi partim exscripsit, partim cum excusis exemplaribus cõtulit, subsistit. Vnde cum tandem in patriam, spe plenus; quia pax per idem tempus tota fere Flandria publicata dicebatur; velis remisq; contenderet: sero intellexit sibi data esse verba. Nam nihil ibi pacatum reperit: sed cum tribus septimanis *Curtraci*, quod oppidum diei vnius itinere abest Brugis, coactus substitisset, & expectaret; quorum commeatu tuto deduceretur infestis itineribus, propter eos, qui Sluſis & Ostendæ in maritimis erant præsidijs; vix tandẽ comitatu triginta quadraginta ve hastatorum equitum, & trecentorum aliquot sclopetariorum, præter innumeram multitudinẽ negotiatorum, institorum, & aliorum viantium, iterq; quaqua causa facientium, itidem ad vim propulsandam bene armatorum, vix inquam Brugas peruenit. Vbi cum putaret omnia sibi processura ex sententia, reperit vrbem exhaustã & exsangúem, fameq; plane confectam, & à re pecuniaria ita imparatam, aut potius destitutam: vt precia rerum, quæ solebant esse centenaria, vix tum essent denaria. Damnata igitur tam intempestiua reuersione post maximas iacturas, & damna rei familiaris, cum fundos villasq; adhuc partim sub salo fluctuare; partim ob hostium propinquitatem & obsessas coli, & locari non posse videret: collectis rursum sarcinulis, redijt, vnde pedem extulerat, in Germaniam; & Francofurtum ad Mœnum. Ea enim vrbs & ob mercatus semestres, & ob alias multas commoditates, ei tum maxime idonea visa; vbi de genere vitæ imposterum saltem temporario, consilium caperet & deliberaret. Quod faciens cũ prouideret; conscius quo in statu res publicas priuatasq; in Belgica reliquisset, domo annis aliquot perparum subsidij pecuniarij expectandum sibi esse: tandem illud constituit; operam omnem conferre ad literas, & si qua posset rem typographicam adiuuare. Nactus est Francofurti studiorum suorum pãtronum & adiutorẽ insignem, *Henricum Kellnerum*, patricium eius vrbis *Fichardi* non tantum in syndicatu patriæ & officio publico; sed multo magis in humanitate, comitate, hospitalitate successorẽ verum. *Sigismundus Feierabend* ibidem typographorum celeberrimus, & bono rei literariæ natus, Modij opera vsus, numerauit ei præter mensam quotannis *ducentos thaleros*. Factum id anno 1586.

Liberaliter à Neustetero habetur.

Rediturus in patriam bibliothecam Fuldensem excutit.

Difficulter belli tempore Brugas peruenit.

Ibi omnia impedita offendit.

Redit è Belgio in Germaniam, & Francofurtum.

Patronus eius ibi Henr. Kellnerus.

Sigismund. Feierabend eundem operis typographicus adhibet.

Postea ab *Egmondano* Comite tanquam actionum, studiorũ morumq; testis euocatus, abrupit vincula; quibus in Germania per annos aliquot se constrictum teneri passus erat: & collectis sarcinulis in viam, rediturus in Belgium, se dedit.

Ab Egmondano Comite euocatur.

Recipitur in familiam Comitis Egmondani.

toribus in familiam eius receptus est, officia ei aulica exhibiturus. Vbi cum per annum vixisset in otio literario ereptum est illi principi puero totum illud, quo se ad eum diem totamque familiam & comitatum suum sustentauerat. Vnde Modius coactus alia sibi ratione prouidere, in familiam se dedit generosi

Transit in familiam Rideselii.

Adolphi Hermanni Rideselii Hassiæ Archimareschalli: cui forte innotu erat, cum per illud tempus versaretur Coloniæ in Comitatu Reuerendissimi & illustrissimi principis, *Iulii Episcopi Wirtzeburgensis*, Franciæ orientalis ducis. Apud *Rideselium* cum fuisset satis ex sententia per aliquot nouem, decem menses; & cupidus intelligendi quid in Belgica ageretur; cum *Rideselii* bona venia Coloniam excurrit. Ibi reperit Comitis *Caroli Egmondani* (qui tum cum paruo admodum comitatu pro præsenti copia agebat Moguntiæ) procuratores. Cum frustra hi multa per literas diu tentassent, *Modium* opere maximo orare ceperunt: vt legationem principis pueri, sui nomine, susciperet ad Ordines Belgicæ, & principem Aurasinum: ad quã rem promissa & adiumenta ab illustrissimis aliquot Germaniæ principibus, propinquis Comitis Egmondani. Passus est tandem sibi eam imponi prouinciam, eoque facilius, vt rebus suis priuatis, si qua posset, consuleret. Acceptis itaque capitibus legationis, & literis commendatitijs illustrissimorum Principum *Ludouici* Comitis Palatini, Septemuiri Electoris, & *Ioannis Casimiri* fratris eius: itemque ducis *Richard* Simmerensis; recta contendit in Belgicam. Sed ibi biennio fere sumptibus maximis, nec minore periculo in itineribus difficilimis conficiendis, & aula consectanda consumpto contritoque, arte & fraude aliorum, re nulla impetrata, nisi quod semel non aspernanda summa pecuniaria Comitis *Egmondani* præsentẽ tum prope egestatem subleuandam curauit, in Germaniam inanis ipse redijt. Et hic Comite *Egmondano* ad ducem Iuliacensem se conferente; Modius ad *Rideselium*, qui ei huius rei quandocunque vellet liberam potestatem literis multo ante dederat, redire parabat. Sed nactus mox eundem *Rideselium* Francofurti ad Mœnum: intellexit eum, quod de reditu Modij tanto temporis interuallo desperasset, alium quendam è nobilitate Thuringiaca in familiam suam adsciuisse, ante paucos menses. Cernens igitur, se hinc esse excluſum, rem omnem ad *Iohannem Posthium* archiatrum tunc Wirzeburgicum, qui cum magna ei familiaritas Coloniæ fuerat, perscripsit.

Redit Coloniam.

In Comitis Egmondani causa mittitur in Belgium.

Sed frustrà.

Redit ad Rideselium.

Commendatione Posthii venit in Erasmi Neustetteri familiam.

Hoc conciliante insinuauit se in gratiam Reuerendi & amplissimi Viri, *Erasmi Neustetteri* cognomento *Sturmeri*, Præpositi *Coburgensis*, Ecclesiarumque Bambergensis & Wirzeburgensis Canonici. Hic eum ita *triennio* domi suæ habuit; vt filio præstare amplius non potuerit discedentem etiam in patriam, quo post peregrinationem *octo annorum*, propinquorum lite-

ribus etiã placere posse, persuasum sibi haberet. Sed quid? Vix vltimã manum illi describendo imposuerat; cum mors, quam toto triennio, præ tædio amissæ vxoris, & paralysi afflictatus, sæpe optarat, virum optimum humanis exemit, die vicesimo Iulij, anno Christi nonagesimo septimo, ætatis suæ duodesexagesimo, superstitibus filijs tribus, filia vnica. Lexicon illud, quindecim ab obitu ipsius annis, publici iuris factum est. *Moritur.*

Scripsit præterea *Dictionarium Chaldaicum*, quod posterioribus editionibus epitomes Pagninianæ subiunxit: item alia quædam, sed omnia in priuatos suos vsus: vt *Lexicon Persicum* vocabulorum, quæ in Pentateucho: item *obseruationes linguæ Hebreæ*, quas vir minime ambitiosus, nonnullis familiarium & discipulorum suorum promte & liberaliter communicauit. *Tabulas* item *in Grammaticam Arabicam*, & alia huc facientia, sibi concinnauit; sed quæ edi noluit; ne *Postello*, qui primus Christianorum Grammaticæ Arabicæ rudimenta euulgauit, gloriam præripere voluisse videretur. Multa denique ex Hebræo & Arabico in Latinum sermonem transtulit: quorum pauca admodum perfecta, pauciora edita sunt. *Scripta.* *Guilel. Postellus.*

Statura fuit paulo infra mediocrem; forma faciei non indecenti; florido colore; barba spadicea oblongiore; oculis cæruleis; moribus sine fuco & fallacijs, & præcipue ab omni fastu alienissimis. *Statura.*

Familiares habuit viros doctos, *Ariam Montanum*, *Boderianos*, fratres, *Iosephum Scaligerum*, *Ioannem Drusium*, *Franciscum Iunium*, *Franciscum Gommarum*, & alios: sed intrinsece *Abrahamum Ortelium*, *Cornelium Kilianum*, *Carolum Clusium*, *Iustum Balbianum*, *Iustum Lipsium*, *& Lucam Trelcatium*, seniorem. *Ex Academia Lugduno-Bataua.* *Amici.*

FRANCISCVS MODIVS.

Claruit 1588. circiter.

FRANCISCVS MODIVS Brugis in Flandria * natus, genere & ingenio nobilis fuit. Iuuenis iuris ciuilis studio se dedidit *Louanii* & *Duacii*, sub celeberrimis Antecessoribus & Præceptoribus. Cumque iam absoluto studiorum curriculo ibi esset, vt non ineptus deinceps videretur; qui Reipublicæ adhiberetur, & rebus gerendis interesse inciperet: calamitas Belgicæ subito hanc ei spem corrupit, & plane exstinxit: adeo vt, cum non videret, vbi disciplinam iuris cum dignitate & tuto exercere posset, patria mœrens excesserit. In quo tamen initio hoc ipsi pro re nata non infeliciter euenire visum: quod cum *Coloniam Agrippinam* Vbiorum primum fortuna detulisset, ibi inciderit in Illustrem *Carolum Egmondanum*, qui tum in ea vrbe puer in studijs educabatur. Ab huius enim [illegible]

* *An. 1556.* *Studia adolescentiæ.* *Patria excedit.* *Coloniam venit.*

Patria Lutetiam abit.

Domum deinde reduci noua se obtulit occasio *Lutetiam* proficiscendi: vbi, florente tũ Academia, magnos in linguis Græca & Hebræa, sub illustrib. professoribus, & inprimis *Io. Mercero* fecit progressus. Superuenientib. ibidem bellorum ciuiliũ tumultibus in Angliam se contulit, & *Cantabrigiæ* aliquantisper Græcam linguã professus est; donec instituta in patriã reuisendæ matris gratia, profectione Antuerpiam in reditu diuertit, coemendis aliquot libris, quorũ tum Cantabrigiæ non magna erat copia. Dum *Antuerpiæ* aliquantisper hæret, correctura typographica ipsi arridente, mutato consilio operã suam *Christophoro Plantino* addixit. Qui adeo ingenuitate morũ ipsius delectatus est, & potissimum quod typographiæ suæ eruditionẽ iuuenis, cum insigni coniunctã diligentia, perutilẽ fore animaduerteret: vt maximam natu filiarum ipsi elocaret, anno Christi sexagesimo quinto.

In Angliam trajicit. vbi & docet.

Redit ad suos.

Antuerpiæ subsistit in Plantiniano.

Fit gener Plantini.

Biblia regia à Plantino edita.

In soceri igitur typographia corrigendorum librorum præcipuã molem plures annos sustinens, *Biblia* illa *magna*, quæ regia vocant, edere Plantinus aggressus est. Horum in editione incredibile est, quãtos labores Raphelengius insumserit; dũ accuratissime singula, *recognoscit*: *annotationib.* vbi opus, *illustrat*: *versionem* interlinearem *adornat*: *Grammaticam Hebræam*, ex optimis quibusq; Grammaticis cum iudicio & cura collectam, *addit*: *epitomen thesauri linguæ Hebreæ Santis Pagnini* infinitis vocibus *auget*; & innumeris locis emendat: quod luculente ex testimonio *Benedicti Ariæ Montani*, inter prolegomena præmisso, patet. Multa ijsdem annis ad ornamenta librorũ, quos socer excudebat, præcipue in linguis Orientalib. corrigendo illustrandoque contulit; quamuis raro nomen suum adscribi pateretur.

In iis multũ Raphelengius præstitit.

Tandem socero *Lugduni Batauorũ*, quo longius à turbis abesset, commorante; omnis molestia regendæ typographicæ, in illum fere solum, Antuerpiæ incubuit. Plantino autẽ sub finem anni octuagesimi quinti, Antuerpiam reuerso; Raphelengius vice versa Lugdunum Batauorum cum familia commigrauit: & in partem typographiæ, quam eo Plantinus transuexerat, successit. Hic *Hebrææ linguæ* professor designatus, operam suam & Curatoribus Academicis, & auditoribus suis probauit. Otium insuper maius nactus, serio *Arabicæ* linguæ cognitioni, quo dudum animus illum ferebat, se dare cepit: & subsidio librorum quos *Guilelmus Postellus & Andreas Masius* lubentes subministrarant, *Lexicon Arabicum*, satis copiosum, confecit; adiutus etiam nonnihil vsu librorum *Iosephi Scaligeri*: quo cum sæpenumero de ijs studijs conferebat. Lexicon hoc cũ in nimiam molẽ excreuisse illi videretur; demtis multis, quæ minus necessaria existimabat, in formã editioni aptiorẽ contractius descripsit: ita tamẽ, vt & tyronib. sufficere, & proiectio-

Migrat Lugdunum.

Fit ibi Hebrææ linguæ professor.

Lexicon Arabicum conscribit.

ribus

fessa ætate ac morbo languente, vicariam operam in Græcis auctoribus exponendis nauauit: vertitque Plutarchi varia, vt *de liberis educandis*, additis scholijs, vt *de Iside & Osiride*, *Athenagora* item pro Christianis ad Aurel. Imp. *Legationem* de Græco Latinam a se factam, docto ac laborioso commentario explicauit. *Ecclesiastica* veteris *historiæ Scriptores*, *Eusebium*, *Sozomenum*, alioſq; ad Græcos fontes reuocando, Io. Christophorsoni versionem notis illustrauit. *Docet in collegio Buslidiano. Scripta.*

Erphordiæ dum egit contulit *Ciceronis orationes* cum M. S.S. eiusdem Bibliothecæ: quem laborem vltro communicauit cũ *Iano Guilelmo*, qui inde magnam partem emendationum in Tullium hausit. Sed per triginta annos illæ suppressæ, tandem iã erutæ in manus *Iani Gruteri* peruenerunt: cum ipse Suffridus paulo ante obitũ schedas illas Thuringiacas Grutero dono dedisset, morte autem præuentus repræsentare non potuisset. *Emendat Ciceronem.*

Gliscentibus iam magis magisque Belgicis tumultibus, vt erat tranquillitatis amans, *Coloniam* Vbiorum secessit. Hic M. Tullium ad veterum codicum fidem excutiens, Officia cum adiunctis edere, & castigationibus post *Car. Langium* meliora reddere cepit. *Secedit Coloniam.*

Vxorem vbi extulit, sacris initiatus ad XII. Apostolos canonicus fuit. A Frisiæ ordinibus historicus appellatus, stipendioque annuo ornatus, *originem*, *colonias*, *nobilitatem*, *libertatem* Frisiæ literis* mandauit. Gratus dum vixit, non priuatis modo viris exstitit, sed & Pontificibus *Gregorio* XIII. ac *Sixto* V. & Cardinalibus *Paletto*, *Carafæ*, *Santorio*, & Principibus varijs, quibus placuisse laus est non infima, qui & ad illum literas frequenter dabant. *Sacris initiatur. Frisiæ historicus appellatur.*

Moritur Coloniæ fere septuagenarius, aqua inter cutem sedente, mense Februario, anno nonagesimo septimo, qui epidemica lue multa ciuium millia assumpsit. *Miræus in elogiis Belgicis.* ** Item opus aliud Titulo, De scriptoribus Frisiæ decades sedecim & semis. Summis viris gratus.*

FRANCISCVS RAPHELENGIVS.

Θ 1597. die 20. Iulii ætat. 58.

LAnoij ditionis Insulanæ oppido natus *Franciscus Raphelengius*, die vicesima septima Februarij, anno vndequadragesimo supra mille quingentos, prima literarum fundamenta cum *Gandaui* iecisset, patrẽ amisit. Proinde matris iussu ad mercaturam se cõuertere coactus, à mercatoribus, apud quos collocatus erat, *Norimbergam* missus, animo ipsius ad mercaturam minus aut apto aut inclinato, apud eos ipsos, ad quos missus erat, commoditatem nactus est studia, pauxillum intermissa per biennium circiter continuandi. *A literis ad mercaturam se conuertit. Tamen continuat ea.*

Theocr. Idyll. 16.

——— χαλεπαὶ γὰρ ὁδοὶ πελέθουσιν ἀοιδᾶν
Μουσάων, ἀπάνευθε Διὸς μέγα βουλεύοντος:
Difficiles sunt namque viæ duriq; labores
Musarum, placido ni Iupiter ipse Camænis
Adspiret vultu.

Versus non αὐσχεδίως, subito ingenij impetu fundebat sed impenso labore contexebat: vt poetam à versificatore facile internosceres. Imo sæpe integrum diem in componendo vno aut altero disticho ponebat, ex præcepto illo Venusini: qui omne, inquit,

——— ——— *carmen reprehendite, quod non*
Multa dies & multa litura coercuit, atq;
Perfectum decies non castigauit ad vnguem.

Elogium Lind. à Melisso.

Vitabat insuper δυσκολοκήμτας ᾠδάς, monstra phrasium, antiquata seu *calcata*, vt Seneca ait, *vocabula*, omniaque affectata & insolentiora, impia denique & obscæna detestabatur Itaque vere in illum quadrat hoc Pauli Melissi epigramma:

Scribere perspicue Latii quo more solebant,
Non homini cuiuis ingenioq; datur.
Tu, Petre, concinnus, tu Petre, argutus haberis:
Quin & es, in breuibus plurima prensa refers.
Verborum ampullæ valeant; laus rebus in ipsis
Panditur; hinc Vati laurea serta data est.
Gloria digna quidem: sed dignius hoc, quod Apollo
Et Musæ vatem te meritoq; vocant.
Hinc tibi maior honos surgit; quo Musæ & Apollo
Maiores doctis sunt habiti vsque Dei.

Θ 1597. mense Febr.

Ex programmate funebri, & oratione parentali habita à Io. Posselio F. P. P. in Academia Rostochiana.

SVFFRIDVS PETRI.

Leouardia patria Suffridi.

Iuuenis Erphordiam vocatur.

Orationes de Græcarum literarum laudibus.

Cardi. Perenotto est à bibliotheca.

Redit Louaniũ; vbi I.C. salutatur.

LEouardiæ hic apud Frisios, anno vicesimo septimo, supra mille quingentos, mense Iunio natus, dum Louanij in studijs versatur iuuenis, *Erphordiam* Thuringorum, instaurandæ Academiæ, iam collapsæ, euocatur. Hic linguæ vtriusq; doctoris personam annos aliquot sustinuit, & *de Græcarũ literarũ laudibus* orationes quinq; conscripsit. Domum reuersus à *Viglio Zuichemo*, Præside, *Antonio Perenotto* Cardinali commendatus, à bibliotheca illi fuit. Aulici pertæsus ocij, ducta vxore, *Louaniũ* reuertit, & Iureconsultus vna cum *Francisco Schotto*, Andreæ fratre renunciatus, orationem *de Romanarum legum præstantia* edidit.

Theodorico deinde *Langio* in collegio trilingui Buslidianõ, sessi

ex qua filium & filiam infantes reliquit. Vix enim triennio cõiugij impleto, die nono Iulij, in morbũ incidit lethalem: cuius toto tempore sanam mentem ad extremum vsq; halitum retinens, de morte, quam sibi imminere, statim initio morbi prædixit, de miserijs humanis, de restitutione vitæ per filium DEI, pro nobis mortuum & resuscitatum, cum amicis locutus est: & sacra synaxi vsus se ad felicem exitum, atq; ex vitæ huius ergastulo emigrationem, præparauit: precatione etiam subsequente, triduo ante mortem in lecto à se composita, exitum morbi & animam Christo commendauit;

Supremum in morbum incidit.

Voces πρυαγώνιοι.

Christe veni, properat nostræ vindemia vitæ;
Christe veni, properant vulnera, Christe veni.
Tu mihi pax, mihi fax, mihi rex, mihi nex, mihi iudex:
Tu mihi lux, mihi dux, tu mihi vera salus.
In te succresco, tabesco, senesco, quiesco;
Quare animam, quæso, suscipe, Christe meam!

Sub mortem, cum lacrymarentur necessarij, mater, vxor, & sorores: deque sua miseria & orbitate quiritarentur: ipse eam tristiciæ nubeculam discussurus; *nolite*, inquit, *lugere amicum, filium, maritum, fratrem, iampridem moribundum, sed solo poloq; reconciliatum*. Interrogatus à I. Posselio F. *num libens mortem subiturus esset?* animose respondit, *quid ni? Nam vbi naturæ debitum persoluero, in cœlesti beatarũ mentium & angelorum χορασίᾳ videbo & salutabo, cum omnes Prophetas, Apostolos, & alios sanctos, tum præmissos præceptores, viros claris. Theologos, I C. Medicos, Philosophos: quorum vita omnis consumta est in laboribus vtilibus & gloriosis*. Ad adstantes autem dicebat: *Sequimini*, cum decimo sexto Iulij inter decimã & vndecimam vespertinam, vitam felici catastrophe clauderet. Exuuiæ eius tumulo parentis honorifice illatæ quiescunt, donec in aduentante illa ἀποκαταστάσεως πάντων die, animæ iterum vnitæ, æternum in cœlis agant DEVM celebrantes.

Obitus.

Fuit ipse vir & poeta bonus, vitæ integræ, virtutum egregiarum exemplar: quem omnium primum Respub. Rostochiana inter permultos, quos liberaliter fouet, alumnos, literis excultos, & iuris titulo plerosque ornatos, poetam lauru coronatum tulit. Mores eius fuerunt placidi, suaues, & humani. Matri viduæ, diuini præcepti memor, honorem debitum præstitit, ac θρεπτήρια liberaliter reddidit. In studijs ea fuit adsiduitate, vt cum Plinio *perire tempus omne* arbitraretur *quod studiis non impertiretur*: adeoque semper tertia vel quarta surgens, matutinum tempus meditando & scribendo consumsit: vt nimijs lucubrationibus sine dubio valetudinem læserit atque afflixerit. Versum compositurus diuinum principio implorabat auxilium; quando

Mores & virtutes eius.

Primus Poeta Rostoch. lauru coronatus.

Pietas in matrem.

Diligentia in studiis.

Ratio eius componendi versus.

Nicolaus ab Alefelt. decora posteris tradere possint. In hoc virtutis stadio dum pleno gradu pergit; *Nicolao ab Alefelt*, præcipuæ in inclyta Holsatia nobilitatis viro, liberorum informatorem expetenti, Lindebergius, *ὡς ἄξιος τῆ πολλῶν ἐμπειρίας* commendatur. Hac occasione in *Henrici Ranzouii* proregis Cimbrici, Herois incomparabilis, soceri illius Alfeltii, amicitiam & familiaritatē primum peruenit, cuius honori & memoriæ multa monumenta, cognitu dignissima edidit, Mæcenatem semper munificentissimum expertus. ipso enim auctore scripsit *hypotyposin artium, palatiorum, librorum, pyramidum, obeliscorum, cipporum, ab Henrico Ranzouio conditorum*: item *commentarioru rerum memorabilium in Europa* ab anno octuagesimo sexto, vsq; ad annum nonagesimum primum *gestarum*, *libros quatuor*: *de somniis* librum vnū: *epitaphia* Ranzouiana, *de numeris*, & alia.

Ei commendatur Lindebergius.

Mæcenatem inuenit H. Ranzouium.

Scripta Lindebergii.

Itaque carus & honoratus fuit multis bonis & literatis viris, vates vero DEO & Musis amicus. Etsi enim à quibusdam forsan dotes ingenii illius non sunt agnitæ: tamen non tantum in patria omnibus bonis ac *φιλομούσοις* sed etiam extra patriam multis claris & præstantibus viris, inprimis, vt diximus, nobilissimi generis ac ingenij Heroi *Henrico Ranzouio*, gratus & carus fuit: qui vt Mæcenas olim Maronem singulari eum amore & fauore est prosecutus. Videbat enim donatam sibi à DEO ingenii venam, ipsum: non vt alios, ad ostentationem, aut ad pecuniæ aucupium; sed ad DEVM omnium bonorum fontem, & ad Heroum virtutes, claraque ducum facta, culto & arguto carmine celebranda, conferre. Itaque liberaliter ac munifice ipsius studia iuuit; & suo sumptu poemata illius, quæ *iuuenilia*, vt *Posthius παίγνια*, *Melissus* schediasmata inscripsit, nitidius recudenda curauit: ijsque Paulo Melisso Comiti Palatino, & ciui Romano chorique poetici in Germania principi, transmissis, inscium plane commendauit: vt lauri poeticæ serto tempora illius rediniret: quod calendis Aprilis anni nonagesimi quinti factum. Mox domestici negocij causa Spirā profectus, Heidelbergam, ad lumina illa Germaniæ *Paulum Melissum*, *Ioannem Posthium*, *Henricum Smetium*, *Ianum Gruterum*, amicitiæ coram contrahendæ causa deflexit: à quibus humanissime exceptus, & honoris causa in arcem ad prandiū ductus est: vbi clementissime ab ipso principe Palatino Electore, & præcipuis in aula viris est salutatus. Spiræ etiam summi illius iudicii adsessoribus aliquot primi nominis, ita carminibus suis innotuit: vt causam soceri iustam, sed artibus causidicorum aliquot annos in iudicio extractā, paucis septimanis post, lata pro socero sententia decidi & expediri curarit.

Iuuenilia Lindebergii.

Lauru coronatur ad P. Melisso Lindebergius.

Heidelbergā venit.

Vbi humaniter tractatur.

Vxorē ducit. Anno Christi nonagesimo tertio, supra mille quingentos, ætatis suæ trigesimo primo, vxorē duxit *Elisabethā Dalbithiam*:

ex

& poeticis eas fecit progressiones; vt dignus præceptorum iudicio censeretur, qui ad Academiam patriæ, amplioris capessendæ eruditionis ergo mitteretur. Fouit autem & auxit in schola Sueriniana Lindebergii profectum, illustriss. principis *I. Alberti*, vetustæ gentis Henetæ ducis, Suerinensis Comitis, & Rostochii Stargardiæque Dynastæ, benignitas & in litteras propensio. Sæpenumero enim ex arce in ludum literarium descendebat, ac discentium & docentium ordinem & lectiones, non pallio & crepidis, vt Scipio ille inambulans, sed attentissimo animo inspiciebat, explorabat, & adolescentibus, qui profeciſſent, collaudatis præmia distribuebat. Primum poeticæ tyrocinium publicum fecit Lindebergius anno ætatis vndeuicesimo, in nuptijs *Christophori*, ducis Megapolitani, ac *Elisabethæ*, filiæ *Gustaui* regis Sueciæ, qui regio munere studia adolescentis excitauit.

I. Alberti ducis Megapolitani φιλομουσία

Primum poetices tyrocinium Lindebergii.

Domum igitur a parentibus reuocatus, ne absque Theseo illecebris & lenocinijs vitiorum, quãdo ἀφύλακτος ἁπανταχόθεν, abriperetur: *Io. Possilii*, qui tum collegium, quod *Portæ cœli* dicitur, quod ibi aditus ad cœlum & salutem æternam ostendatur, gubernabat, fidei creditus est. Quo doctore & ductore quantum in artibus, in linguis & moribus profeciſſet, ipse sæpe cum honorifica Magistri memoria solitus fuit referre.

Domi Io. Possilio commendatur.

Porta cœli tur dicta schola.

Cumque in patriæ Academia messem pietatis & eruditæ doctrinæ collegisset amplam: vitam peregrinatione sapientiorẽ reddere voluit. Itaq; *diuino auxilio, viatico, & bona valetudine* instructus, quæ tria peregrinaturis vnice necessaria, ãno octuagesimo tertio omnes fere Germaniæ & Italiæ Academias perlustrauit: & duo illa Italiæ lumina, *Petrum Victorium*, ac *Paulum Manutiũ*, salutauit audiuitque, & in multorum præstantissimorum virorum noticiam peruenit. Subeunda ei in peregrinatione ista literaria fuerunt pericula non pauca, vnum vero longe grauissimum, quando parum abfuit, quin Sycophantæ cuiusdam, si dijs placet, popularis, fraude & proditione ad hæreticæ, vt vocant, prauitatis Inquisitores Romæ delatus, ad necem fuerit quæsitus. Verum Lindebergius periculo præsentissimo mature se subduxit; & molimina sui diaboli elusit. Ita ὀφθαλμὸς Θεῦ ἐστιν ἀνθρώπου.

Tria peregrinaturis necessaria.

Germaniam & Italiam perlustrat Lindeb.

Pericula in peregrinatione ea.

Incolumis ergo domum reuersus, Arctoi etiam orbis regna, *Daniam*, *Norwegiam*, & *Suetiam*, an. octuagesimo quinto peragrauit, & Pomeraniã inuisit. Ea quoq; peregrinatione feliciter confecta, studio legalis doctrinæ, poetices & historiarum, ad quod ἐργῶδον ψυχὴν habebat, sese dedidit: vt maiorum gloriæ de suo aliquid adiiceret, & familiæ patriciæ splendorem illustraret. Patricios enim *Velleius* filios Senatorum dictos voluit, q patres ciere, & ab ipsis hereditate accepta familiæ virtutũq;

Arctoi orbis regna adit.

Patricii vnde dicti.

Obitus. Tandem vir hic optimus, doctiſſimus, & de bonis literis bene meritus, diem ſuum obit * anno & die, quem epitaphium in cæmiterio Petrino Heidelbergæ ei poſitum, exprimit. Sic autem habet:

* *Bibliothecarius Archi Palatinæ Academiæ*

Epitaphium. V. CL. FRIDERICO SYLBVRGIO WETTERANO HASSO, GRÆCÆ LINGVÆ INSTAVRATORI ACCVRATISSIMO, PHILOSOPHICORVM ÆQVE AC HISTORICORVM SCRIPTORVM ANAGNOSTÆ DILIGENTISSIMO, N. MIIS TANDEM VIGILIIS AC TYPOGRAPHICIS LABORIBVS CONSVMPTO, ET DIE FEBR. VET. XVI. A. C. M. D. XCVI. ÆTATIS LX. E VIVIS HAIDELBERGÆ EREPTO, MONVMENTVM HOC MEMORIÆ ET HONORIS ERGO FIERI FECIT HERES.

Mores & virtutes. Fuit vere vir eximius, humilis, induſtriæ incredibilis, candidus & apertus. In editionibus ipſe ingenue profeſſus ſemper eſt, quorum opera ac laboribus ſit vſus, additis etiam nominibus ad quorumcunque ſymbolas: vt ſua cuique conſtaret gratia. *Henricum Stephanum* egregie iuuit in comportando Theſauro linguæ Græcæ; adeo vt potiſſima pars eius labore conſtet. Vt autem etiam ſuos pateretur manes, matrimonio implicatus fuit non vſquequaque felici ac concordi: de quo alij rectius. *Hæc ex præfationibus & ſcriptis Sylburgii, & aliis.*

PETRVS LINDEBERGIVS.

⊙ 1596. *die* 16. *Iulii. æt.* 34. *Patria & Parentes.* PAtriam habuit *Petrus Lindebergius* Roſtochium, vrbem in ducatu Megalburgico celebrem; editus anno ſexageſimo ſecundo, ſupra mille quingentos, die decimo ſexto Martij. Pater ei fuit *Caſpar Lindebergius*, ſenator illius Reipub. primarius, antiquæ virtutis ac ſpectatæ probitatis vir, cum alijs muneribus obeundis, tum longinquis legationibus ſæpius ſuſceptis de patria optime meritus. Mater *Anna Wittingia*, matrona honeſta, & marito, & filio hoc ſuperſtes fuit.

Studia pueritiæ. Mittitur in ludum Suerinianum. Puer initia pietatis & literarum in ſchola patriæ Iacobæa didicit, patre ἱερωδιώκτῃ agente. Poſtea firmata ætate, anno ſeptuageſimo ſeptimo, M. *Bernardo Hederico*, qui Suerini multos annos ſtudia & mores iuuentutis feliciter rexit, ipſum commiſit inſtituendum. Ibi celeriter in ſtudio artium organicarũ & poeti-

stribus *Solmæ* Comitibus ad ludi *Lichensis* recens tum aperti gubernationem accitus, Latinæ & Græcæ linguæ munus, *sipraficitur.* quod ei cum rudimentis *Gallicæ*, demandatum erat, solerter ac dextre obiuit. Hic cum quotidie in ordinaria functione aliquot ei horæ supereſſent, quas priuatis negociis tribuere poterat: impendit eas laboribus eiusmodi, è quibus ad scholas vtilitas aliqua redire posset. Inter alia igitur tunc recognouit præcepta *Grammaticæ Græcæ à Clenardo conscriptæ*, cum *Anteſignani* scholijs: quæ hodieque omnium φιλελλήνων manibus teruntur. Docuit etiam aliquando *Neuhusii* ad vibem Vangionum; vbi munificentia Elect. Palat. adolescentes bonæ indolis ac spei complures aluntur.

Ludo Lichensi gubernationem accitus, Latinæ & Græcæ linguæ munus, sipraficitur. Vbi tum Latinis & Græcis linguam etiam Gallicam docet. Recognoscit Clenardi Grammaticam. In Gymnasio item Neuhusiano docet.

Sed scholastico puluere relicto, totum se elucubrandis veterum scriptis, & autoribus, Græcis præsertim, restituendis, dedidit. Egit ergo *Francofurti* ad Mœnum in celeberrimo typographeio *Wechliano*; & Haidelbergæ in *Commeliniano*: viderunteque ipsius cura & castigatione lucem *historiæ Herodoti*, quibus ipse spicilegium addidit ad Henricum Stephanum: *Etymologicum*, τὸ μέγα Grammaticæ penu, repurgatum à mendis & perpetuis notis illustratum: opera, *Iustini Philosophi & martyris*, cum varijs lectionibus & coniecturis: *Saracenica* siue *Mahometica* Græce & Latine Haidelbergæ edita. Conuersa ad Romanæ historiæ scriptores opera, post duos *Latinorum* auctorum tomos, tertium *Græcorum* vulgauit; & inter hos aliquot diu multumque desideratos primus in lucem protulit. Edidit *Aristotelis* τὰ ἐνδοξόμενα, quibus addita nonnusquã ob argumenti similitudinem quædam *Theophrasti*, *Alexandri*, *Cassii* & aliorum; cum triplici indice: quorum primus summa cuiusque tractatus capita breui synopsi exhibet: reliqui duo res & verba exponunt, alphabetica serie; *Græcus*, verba quæ à philosopho explicantur, aut alioqui notatu digna sunt; *Latinus*, res quæ præ cæteris memorabiles, additis itidem varijs lectionibus ac scholijs. Foras dedit *Clementis Alexandrini* opera, quæ exstant; adiunctis itidem varijs lectionibus, & tribus indicibus: & *Theodoreti Cyrensis episcopi* opus, cui titulus ἑλληνικῶν παθημάτων θεραπευτικὴ ἢ εὐαγγελικῆς ἀληθείας ἐξ ἑλληνικῆς φιλοσοφίας ἐπίγνωσις, cum annotationibus & tribus indicibus, addita interpretatione *Zenobii Acciaoli*, ex Commeliniano, & complura alia huius monetæ.

Restituit & edit cæteros auctores. Opera eius labore editæ.

Ad talem autem bonis auctoribus emendandis, illustrandisque nauandam operam, annuum ei stipendium à celebri Cattorum, quæ *Marpurgi* floret, Academia, est constitutum, de principum Hassiæ clementissima sententia. Exemplum profecto vt omni laude memoriaq; æterna dignum; ita omnibus, præsertim magnatibus, imitandum.

Annuo stipendio ab Academia Marpurgi donatur.

Lambertus hic Ludolfus Helmius cubat
Pithopæus, ortum cui dedit Dauentria,
Carissimæ ad dextrum suæ Adelheidæ latus,
Bene notus hac professor in Academia:
Latiæ & solutæ & metricæ eloquentiæ
Quinos per annos sexies & amplius.
Qualis rogas porro? integer, grauis, pius.

Atque ita hodie visitur cum symbolo eius, & hisce additis: *decessit anno Christi 1596. 4. Kal. Febr. ætatis 61. Memoriæ & honori ipsius hæredes H. M. P. C.* Alle hernach Symboli autem loco ipsi fuit VIATOR, cum hac epigraphe:

Symbolum.

Μέλλουσαν ζητῶ ου γὰρ πόλις ὧδε μένουσα
Hic incerta mihi est: æternam quærito sedem.

Psal. 39. v. 13. Heb. 13. v. 14.

Quod desumsit ex Dauidis, prophetæ ac regis confessione, & ex ea, quam D. Paulus, vt volunt, ad Hebræos scriptam reliquit epistola. *Ex narratione M. Ioannis Adami Rugenwaldensis Pomerani, generi ipsius Pithopæi.*

Ω. 1596. d. 16. Febr. æt. 60.

FRIDERICVS SYLBVRGIVS.

Wettera oppidum Hassiæ.

Ferax virorum doctorum.

OPpidum est Hassiæ, haud procul Marpurgo, *Wettera*, cui à Veteribus Romanorum castris nomen inditum, non nemo eruditorum autumat: ferax sane illud hominum doctissimorum; vt de eo non falso *Petrus Nigidius* alicubi scripserit:

Nil nisi præclarum parturit iste locus.

Patria Sylburgii.

Prodierunt enim inde *Fontii, Drecii, Vulteii, Dryandri, Pincieri, Orthii, Fettii, Lælii, Krollii, Breulæi, Gernandi, Caluini, Kirchouii, Mylii, Mesomylii, Saurii*, & alii inter quos hic etiam Sylburgius, parentes nactus agricolas, & de Flacci sententia, homines beatos, fidem fecit prouerbio;

Sapiens ipse fingit fortunam sibi.

Præceptores eiusdem.

Cum enim à teneris φιλομαθὴς fuisset, atque gnauiter ad literarum studia incubuisset, & præcipue linguis Græcæ & Latinæ operam nauasset: in patria præceptoribus vsus, *Iusto Vulteio, & Ioanne Pinciero* Theologo, à quibus inter alia aureolum Theodoreti de prouidentia scriptum audiuit, præclara iecit solidæ doctrinæ fundamenta.

Peregrinatur.

Inde præceptorum suasu ad exteras scholas profectus, maiorem iuuenilis ætatis partem foris transegit. Postea ab illustribus

mutuis officiis & amore sibi ita respondérunt: vt inter felicia coniugum paria referri merito possint. Obiit hæc diem suum Heidelbergæ d. 9. Septembr. anno Christi 1586. cum summo mariti dolore & sui relicto desiderio. Neque abstinere poterat à lacrymis, quoties ab obitu mentio eius fiebat, sæpissime hæc verba ingeminans: *mea Adelheida, sanctissima tua anima, sancta mea Adelheida.* Quod illius desiderium subsequens matrimonium cum altera indies renouauit. Et sæpe solitus fuit dicere, atque iuuenibus dictitare: *Homini liberali non esse ducendam ancillam.*

Valetudo.

Valetudine fuit prioribus annis satis firma, sed inclinata ad senium ætate res ei cum podagra esse cepit. Conficiebatur igitur doloribus podagricis: quibus mederi cum conaretur, ventriculum frigidiore potu corrupit: & tandem catarrho suffocatus est. Morbi causam paulo ante finem vitæ afferebat duplicem: vnam *peccatum*, alteram *mœrorem animi* quem ei conciliarent illi, qui demere potius debuissent. Quibus tamen omnibus ignouit: & pro iis Deum ac homines est precatus.

Causa morbi.

Confessio nouissima Pithopæi.

Cum à Theologis Heidelbergensibus D. *Daniele Tossano*, & D. *Iacobo Kimedontio*, visitaretur, præsentibus item alijs professoribus & amicis, confessionem fidei Latinis verbis prolixe & accurate edidit: eaque finita rogauit, vt hanc notarent: & si fieret, vt vi morbi abreptus, diuersum quid ab illis loqueretur, indictum id haberent. Proxima cura erat, vt Academiæ satisfieret. Erat enim Curator Fisci collegii principis. Indicauit itaque quantum deberet, & vnde debitum resarciendum esset.

Votes vltima & mors.

Cum iam videretur tempus discessus ex hac vita appropinquare, generque ei precibus ad Deum præiuisset, absolutis eis, *satis est*, inquit: illo vero adhuc subiiciente symbolum Apostolicum, cum illud finiisset: *satis iam est*, inquit: atque ad parietem se conuertit, & paulo post placide exspirauit. Auditum ab eo non semel fuerat antea: *morituros non esse multis interturbandos, sed sibi & Spiritui sancto reinquendos, qui atteſtetur illorum spiritui, quod sint filii DEI.* Abiit ex vita anno 1596. die 29. Ianuarij, sub horam noctis duodecimam, sepultus ad D. Petri in sacello Academiæ, iuxta suam Adelheidam. Epitaphium ipsi *Hermannus Witt kindus* Westphalus, professor Mathematum, tale scripsit anno 1589. die 24. Aprilis,

Epitaphium.

Lambertus Helmius Pithopæus hic iacet!
Qualis, rogas? Vir doctus, integer, pius.

Hoc ipse defunctus, cum viueret hunc in modum auxit anno 1593. die 22. Augusti.

Lambe-

vt non nisi ex eo ordine generum sibi optaret, eoque ex animi sententia inuento, vitam sibi duceret iucundiorem & faciliorem. Interim auersabatur vt qui maxime, coaceruatos illos & concatenatos scholarum, quas vocant, triuialium labores: vt satius duceret, (verba fuerunt ipsius) collum præbere carnifici, quam sex septemue dietim horis puluerem & pedorem sorbere scholasticum. In Deum vere fuit pius: diemque Dominicam totam sacris legendis atque commentandis transmisit. Vrsini commentarios sua ipsius manu descripsit, omniaque eius scripta, sub priuigni sui, *Ioannis Vrsini*, nomine ad prælum adornata in lucem edidit, & mendose impressa correxit: vt primo eius exemplari non parum debeat posterior editio. Cum amicis vixit iucundus & suauis: alienus ab omnibus contentionibus. In sermone grauis & apertus & comis. Liberalis etiam supra conditionem, præsertim erga literatos. In mensa hilaritati se dabat: aiebatque *materiam in congressibus & colloquiis familiaribus copiosam appeditatum iri, si ordine vnusquisque quomodo vxorem inuenisset, narrare iuberetur.* In cibo potuque parcus: *animam conuiuii vinum* nominare solebat: quod si defuisset: *animam conuiuio defuisse* querebatur. Ab initio melioris notæ vinum appetebat: secus atque caponæ nostrates consueuerunt: atque hoc nomine ministrum sæpe compellabat, non multum se bibiturum professus. Memor inconstantiæ & mutabilitatis rerum terrenarum, frugalitati studendum, & aliquid in hyemem comparcendum monebat.

Labores in scholis triuialibus.

Pietas in Deum.

Commentarii Vrsini à Pithopæo editi.

Mores & virtutes.

Vinum anima conuiuii.

Coniugium. Vxorem duxit anno 1560. Dauentriæ, *Adelheidam*, filiam *Christophori Saurbyr*, ciuis Dauentrienfis, natione Thuringi; & *Adelheidæ Brinckiæ*, ciuis item Dauentrienfis. De principio mutui amoris ipse Pithopæus solebat non semel afferre versum illum Nasonis:

Notitiam primosque gradus vicinia fecit.

Accessere deinde alia, quæ ignem vtrinque conceptum aluerunt, amoris fomenta, adeoque inflammarūnt: vt coniugalem inuicem darent & acciperent fidem, verum sub conditione silentii, donec ipse ab Academiis reuerteretur: quod *per quinquennium* sancte ab ipsa fuit præstitum. Singulare in puella taciturnitatis exemplum, sed non temere sequendum, vel ipsius Adelheidæ dictamine. Interea temporis dici vix potest, quam multa interuenerint, quæ animum eius oppugnarunt, sed non expugnarunt: iam proci alii, iam parentum suasiones, iam obiurgationes, & dubitationes, quid sibi vellet tam alienus à coniugio animus. Sed bene cessit hoc coniugium. Nam & fecundum, & amabile, & pacificum fuit: in quo

mutuis

Haidelbergenſis eſt accitus, de voluntate illuſtriſſimi Electoris ac Profeſſorum votis. Commendata enim ei eſt profeſſio poeſeos & eloquentiæ in Academia illa. Quo loco non ſolum publice optimos quoſque auctores iuuentuti ſtudioſæ enarrauit: ſed & extra eam prouinciam prodeſſe ſtudiis diſcentum pro virili ſua eſt anniſus. Nam cum magnus ille Theologus, *Zacharias Vrſinus*, mirifice eius ingenio delectaretur: opera eius tum alibi, tum præcipue in Mathematicis tradendis, & ſtyli exercitiis corrigendis in Collegio Sapientiæ vſus eſt. Hic etiam, *Thomæ Eraſti* conſilio, animum ad medicinam appliquerat: verum cum ſuo ſe metiens pede, deprehendiſſet, non perinde ſe, vti Apollinem, idoneum eſſe & medicinæ & poeticæ, ſtudium illud omiſit. Itaque omnem poſtea curam ſuam operamque eo contulit: vt Spartam, quam nactus erat, ornaret: ſuamque induſtriam bonis omnibus luculenter probaret. Hoc cum vnum ageret, nihil ſibi à *P. Rame*, oratoriæ profeſſionem Heidelbergæ ambiente, fretus ſua conſcientia, & ſanis aliorum de ſe iudiciis, metuit: quin illi ipſi hoſpiti omnia humanitatis officia præſtitit, & amicum per reliquam vitam expertus eſt.

Decet etiam in collegio Sapientiæ.

Ad medicinam fertur, ſed mutat conſilium.

P. Ramus.

Poſtea cum mutatio religionis ſub *Ludouico* Electore incideret: Neapolim cum aliis ſeceſſit: ibique in Gymnaſio, à fortiſſimo Heroe I. *Caſimiro*, contra fratrem * aperto, literas & artes humaniores iuuentutem docuit. Tandem quaſi poſt liminio Heidelbergam, *Ludouico* rebus humanis * exempto, cum aliis doctoribus, ipſe ad priſtinam profeſſionem rediit. Vtrobique autem cum Neoſtadii tum Heidelbergæ, multos priuatim erudiit iuuenes nobiles: inter quos Pomerani ſunt ipſius Pithopœi carminibus celebres *Guſtauus ab Oſten, Henningus & Adrianus, Borckii*: æquiſſimi laborum ſibi impenſorum æſtimatores & compenſatores.

Pithopæus Neoſtadium ſecedit.

* *An.* 1578.

Heidelbergã redit.

* *An.* 1583. *d.* 12. *Octobr.*

Docuit ipſe ſumma cum dexteritate magnoque cum fructu & gratia ſingulari: quam ſibi largiſſimo orationis flumine cõciliauit. In qua, ſi quid fuit improbandum, luxuriem dixiſſes: de qua ne poſtremi quidẽ, & ad ſenium vergentes anni, quicquam amputarunt. Monitus vt aliquid de illa vbertate orationis limaret; ipſe facere ſe poſſe negauit. *Sic ſum*, inquit aliquando ad genetum: *ſi placeo, ſtete. Viſne vt naturæ meæ vim inferam?* In aliorum iudicandis ſcriptis & proprietate ſermonis aſſerenda erat accuratiſſimus; & vt multæ lectionis, ſic diſcendi cupidiſſimus. Sæpe dicere ſolitus eſt: *mallem carere de em Coronatu, quam hoc vel illud ignorare.* Ciceronem, Virgilium, Horatium, Plautum, Terentium, non tantum legerat; ſed in ſuccum ſanguinemque ſuum conuerterat. Ingenio & facultate poëtica, adeoque vita ſcholaſtica ita delectabatur:

Diligentia in docendo.

Luxuries in oratione.

Φιλόμαθια.

Amor vitæ ſcholaſticæ.

vt non

2. Wittembergæ.

Pithopæus Roſtochio deinde *Wittembergam* abijt, magni inprimis illius *Philippi Melanchthonis* videndi & audiendi gratia. Eo cum veniſſet, elegia, quæ inter poëmata Pithopæi legitur, Melanchthonem ſalutauit: qui non modo carmine ipſo fuit delectatus; ſed etiam auctorem comiter & ſincere iuuit. Vtrobique autem ita ſe geſſit Pithopæus, vt non ſolum magnis probaretur viris: ſed & aliorum animos, ingenii elegantia morumque ſuauitate ſibi deuinciret: quem amorem & beneuolentiam erga eum, etiam deinceps conſtanter ipſi conſeruarunt. Cuius ſane rei locuples eſſe teſtis poteſt, præclarus ille *Nicolaus Dobinus* Roſtochienſis I. C. Heidelbergenſis olim Academiæ profeſſor, & Palat. Elect conſiliarius celeberrimus: qui poſtea inter libros Theologicos ſibi Deoque vixit Spiræ Nemetum.

Nicolaus Dobbinus.

Poſtquam autem conſtitutum ſuorum ſtudiorum terminũ conſecutus Pithopæus, magiſterijque Philoſophici gradu ornatus * Wittembergæ eſſet: Dauentriam rediit ibique priuatis in ædibus ſcholam aperuit.

* *A. 1559. d. 16. Febr. magiſterii gradu ornatur.*

Scholam aperit in patria.

Ad hanc cum frequentes confluerent diſcipuli, & ipſe tam doctrinam politam, quam diligentiam dexteritatemque docendi omnibus probaret: breui pluribus viris bonis ac doctis innotuit: qui de ipſo promouendo laborarunt.

Heidelbergã vocatur.

Anno igitur 1562. menſe Septembri à *Ioan. Monhemio* Düſſeldorpio, rectore ludi ibidem, eiuſque collega, *Ioanne Oridryo*, viris optimis, & amicis ſummis, literas de vocatione Heidelbergenſi accipit. Eo itaque ſtatim iter adornat, coram de re omni cogniturus. Haidelberga, cum certa quidem ſpes ei de prouincia ſcholaſtica facta à conſiliariis Electoralibus eſſet, nihil tamen dum certi adſignatũ, Dauentriam reuertitur menſe Octobri. Sub initium ſtatim ſequentis anni literis reuocatur Heidelbergam: ac per D. *Caſparum Oleuianum, Immanuelem Tremelium, Sigismundum Melanchthonem, & M. Gulielmum Xylandrum* cum ipſo, nomine Principis Electoris *Friderici* 3. agitur de gubernatione Pædagogij; quod tunc habebatur in Contubernio, ſeu noua, vt vocant, Burſa. Accipit ipſe conditionem ſtipendio 120. florenorum, & habitatione addita, rectaque ad ſuã familiam adducendam abit; reditque cum vxore & filiolo, nec non duabus virginibus, altera ſua, altera vxoris ſorore: quarum illa primum *Ioanni Anaſtaſio*, deinde *Ioanni Jugenitio* Profeſſori Logico Heidelbergæ; hæc *Ioſuæ Lage* Stolpenſi Pomerano, miniſtro Heidelbergenſi nuptum datæ ſunt. Docuit in Pædagogeo Dialecticen & Rhetoricen, cum Grammatica Græca: atque exemplis in probatorum autorum lectione præcepta luculenter illuſtrauit.

Pædagogio gubernando præficitur.

Fit Heidelbergæ profeſſor.

Verum paulo poſt è puluere ſcholaſtico ad Academiæ ſpacia

Haidel-

Parentarunt eius manibus plurimi tum amici ac Collegæ, tum discipuli. Vixit annos duodequinquaginta. *Ex oratione funebri I. Memhardi, rectoris tum Gymnasii Linzensis.*

LAMBERTVS PITHOPÆVS.

Θ. 1596. die 29. Ian. S. V. æt. 66. compl.

Patria,

** In prouincia Transisalana, Dauentria, Suolla & Campi vrbes præcipuæ.*

Parentes, Obitus eorum.

EDidit *Lambertum Ludolphum Helmium Pithopæum* | Dauentria, * anno à Christi secundum carnem natiuitate 1535. die 21. Martij, hora noctis vndecima. Patrem habuit *Ludolfum*, matrem *Lubertam Barliam* Dauentrienses. Annum vtriusque emortualem expressit chronodisticho epitaphio: ac patris quidem tali:

LVDoLfI IaCet haC PIthopæI CorpVs In Vrnâ:
AspeCtV frVItVr spIrItVs Ipse DeI.
Obijt Dauentriæ prid. calend. Quinctil.

Matris vero eiusmodi:

LVDoLfI hIC ConIVnx PIthopæI ConDItVr Vrna,
In Vera Constans qVæ pIetate fVIt.

Obiit in patria postrid Non. Ianuarii. Cæterum *Helmii* nomen familiæ paternæ auitum; *Pithopæi* autem adscititium fuit, ab opificio, quod abauus exercuerat, deductum.

Nomen Helmii Pithopæi vnde.

Educatio & præceptores. Studia Academica, 1. Rostochii. Io. Bocerus.

A puero in schola Dauentriensi, quam pater rexit, fideliter cum fratre *Basilio* est institutus, præceptore præter parentem etiam vsus, *Ioan. Nouiomago*, viro doctissimo. Inde *Rostochium* vberioris ingenij cultus capiendi causa missus, *Dauidi* inprimis *Chytræo*, & *Ioanni Bocero*, poëtæ fuit percharus; quod tum alijs, tum hisce carminibus indicauit:

Diuinos inter memorande Bocere poetas,
Quos Latium atque potens Teutonis ora tulit;
Hæc vultu placido, gratam testantia mentem,
Accipe dispa ibus verba ligata modis:
Simque tuos sinito minimus saltem inter amicos,
Atque iuua studium, docte Bocere, meum.
Sic hilarem multos seruet te Christus in annos;
Sic tribuat vitæ prospera fata tuæ!

Idem Bocerus non solum amicitiam cum Pithopæo literariam coluit, sed & affinitatem arctissimam inijt, ducta in vxorem sorore illius Maria sub annum Christi 1559.

Pitho-

entia cum virtutibus egregijs coniuncta promeruit, vt magisterij titulo ac honore anno septuagesimo quarto insigniretur.

Vocatur ad Gymnasium Lincense.

Postea cum in illustri Gymnasio Linzensi collegæ industrij doctique opera requireretur, illustrium ac generosorum Procerum nomine, commendante ipsum *Membardo* Rectore ibidem, vocatus fuit. Factus igitur collega, anno septuagesimo octauo mense Octobri, ita se gessit; vt proceribus illustrib. fidē probaret, collegis reuerentiā ac beneuolentiam, studium denique omnibus. Edidit tunc ingenij monumenta, *Euripidis Phœnissas* Latinitate donatas, *Heli Tragœdiam*, *Rodolphottarum*, libros *anagrammatum*, & plura alia.

Scripta eius.

Mores.

Mores eius fuerunt honesti, laudati, ab omni ostentatione ac superbia alieni. Menandri illud veteris Comici & crebris sermonibus vsurpauit, & vita expressit: κενῆς δόξης ἐδὲν ἀθλιώτερον; *miserius nihil vana gloria*. Pacis quoque & concordiæ fuit amantissimus: nihilque in votis habuit magis, quam vt pacate cum omnibus, maxime cum collegis, viueret. Quemadmodum vero collegas, sic & discipulos amore singulari cōplexus est: sed ita, vt non iusto longius progrederetur, aut ad vitia suorum conniueret. In docendo methodo vsus est ea, quam à Vincentio, Philippi discipulo, & à I. Sturmio, iuuentutis magistris felicissimis, didicerat Obscuritati nunquā studuit, prolixitati nusquam indulsit: maiora discipulorum captu proponere, nonnisi illorum esse iudicauit, qui plus se, quā informandos amant Interrogatus, amicè respondit; in emendandis scriptis acerbus non fuit: commodis, vt verbo dicam, scholæ, suæ fidei commissæ, nunquam defuit. Floruit itaque gratia ac clementia Procerum illustrium: ac lauri honore & nobilitatis nomine, ob doctrinam ac poeticæ excellentiam a D. *Rodolpho* donatus est. Matrimonium ei insuper faustum contigit, quando Consulis Freistadiensis *Wenceslai Kirchmaieri* viduam, matronam lectissimam, vxorem duxit. Opes etiam ipsi honestæ & liberalitati idoneæ obuenerunt, quibus nec elate, nec perperam est vsus.

Methodus eius docendi.

Honores ei habiti.

Coniugium.

In itinere morbo corripitur.

Cum autem anno nonagesimosimo quinto, Viennam Austriæ descendisset; atque morbo epidemio, quem barbare petechiarum nominant, correptus fuisset; domum illico redijt, & de animæ potius, quam corporis salute solicitus fuit. Itaque tertia post reditum die, ad sacram Synaxin in publico Ecclesiæ cœtu accessit, atque ad beatum ex hac vita exitum, totum se comparauit. Quem etiam nactus est cal. Decemb. an. nonagesimo quinto, hora secunda noctis, inter suspiria & preces ardentes ad Deum. Elatus humeris est præceptorum & collegarum, virtutumque suarum præconem in funebri concione habuit Ioann Cæmentarium, Procerum illustrium pastorem,

Quo & moritur.

Paren

Wolckensteinius, Mathematum ea in Academia doctores eximij: quod eius ingenii dexteritatem ac felitatem perspicerent: viderent venam diuitem & benignam: discendi animaduerterent studium: mores denique honestos atque amabiles probarent. Contra Calaminus hos ipsos, vt præceptores ac patronos, imo alteros quasi parentes, coluit ac veneratus est. Qua sua gratitudine, & in præceptores obseruantia effecit, vt non secus pro ipso, ac pro filio suo, illi laborarent: ac quouis modo eius subleuare inopiam, & studia promouere, conarentur. Itaque illustribus Comitibus ab *Andelott*, Admiralij Parisijs trucidati patruis, præceptorem eum præfecerunt, & his postea in Galliam reuocatis, commendare alijs non destiterunt.

Præficitur Comitibus.

Inter istos Valentinus Erythræus cum literis humanissime scriptis, Lincium ad I. *Memhardum* eum ablegauit: fortunam Calamini διαῤῥήδην exposuit: rogauitque, vt commendatum illum optima de nota sibi haberet. Norat enim vir ille optimus, literarum ac literatorum amantes præ cæteris Austriacos esse: & hoc in optatis vnicum habere, vt pietate literata filij sui instituantur. Memhardus petitione cognita, vt ijsdem diebus tum ex I. *Sturmio*, tum ex Tubingensis Comitis quæstore D. *Muslero* intellecto, præceptorem generosis Comitibus quæri; vt Calamini præ alijs ratio haberetur, facile impetrauit. Quam tamen prouinciam primo grauate & difficulter sibi, vt susciperet, persuaderi passus est: non quod aut non agnosceret grato animo voluntatem, aut quod labores fugeret: Sed quod *artem artium* arbitraretur, *magnatum liberos instituendos suscipere*. Et sunt non raro eiusmodi & multa & magna & varia vitia: vel quia in delicijs educantur; vel quia exemplis aulicis palponum corrumpuntur; vel quia præceptorum, vtpote hominum priuatorum monitis locum non relinquunt. Verum Calaminus rem aliter se de illis Comitibus habere edoctus, officium præceptoris in se tandem suscepit, cui cum fructu discipulorum illustrium, & cum laude sua præfuit: vt à suis tum amaretur, tum metueretur. Neque vero interim se ipse neglexit, nec quod nonnulli solent, turpe duxit docere alios, & docentes in schola publice audire; sed memor, *legendi semper, audiendi non item occasionem dari*, professoribus inclyta in Academia Argentinensi operam sedulo dedit: atque inter alios magnum illum I. Sturmium, Rectorem tum magnificum, & priuatim in oratorijs, & publice artem poeticam eruditissime tractantem audiuit: styli sibi commendatas exercitationes tum in soluta tum ligata oratione habuit, in Comicis & Tragicis actionibus ita versatus est; vt primas inde ferret. Hac sua diligentia, & variarum atque pulcerrimarum rerum scientia

Commendatur Ioanni Menhardo.

Magnatum filios erudire magnum.

Datur præceptor Comitibus Wirtembergicis.

Diligentia eius & amor studiorum.

ditissimum; vt qui ex opificio infelici successu parum lucri-
Paupertas ei profuit. faceret: quæ res tamen filio potius profuit, quam obfuit. An-
gustiæ enim illæ domesticæ calcar ei addiderunt; vt eo ma-
iori nisu ad ea contenderet, quæ in bonis censeri merito pos-
sunt. Cum ingenij mira dexteritate in schola patria Gramma-
Intermittit studia. tices rudimenta cum alijs percepisset, & expectatione magna
eos, qui de ingenijs iudicare poterant, impleuisset: in medio
quasi cursu destitit; atque ex domestica consuetudine paren-
tis opificium adamare & exercere cepit: in quo eo vsque fuit
progressus; vt inter artis opifices non postremus haberetur.
Verum non multo post mechanicarum molestiarum pertæsus,
& cohortationibus præceptorum excitatus, ad studia inter-
Rediit ad ea. missa redijt: id quod ei cum multis claris viris commune fuit.
Nam & *Socratem* primo statuarium: & *Aristotelem* Pharma-
copolam, & *Euripidem* pictorem, & *Aristomenem* comicum,
casearium fuisse Ælianus refert.

Vratislauiam abit. Relicta patria *Konigsgradum* in Bohemia, deinde *Vratislauiam* se contulit: ibidemque quadriennium integrum ad D. Elisabetham, quanta potuit sedulitate & diligentia, operam literis nauauit. Tunc laude ingenij ac doctrinæ ea in vrbe tum alij viri claruerunt; tum vero veluti sidus aliquod fulsit clarus ille philosophus & orator Petrus Vincentius ex Witebergensi Academia, vbi summa cum laude docuerat, ab amplissimo illius vrbis Senatu vocatus.

Sed neque hic diu subsistere, cursumque tenere Calami-
no contigit; verum experiri coactus est, magnis ingenijs
aduersam aliquandiu fortunam esse. Cum enim ad studia
feliciter continuanda nerui ei deessent; nec quicquam ali-
unde à propinquis ac sanguine iunctis sperare posset; tan-
Proficiscitur in Palatinatum & in Heluetiam. tum vero in studijs esset consecutus; vt carmen sic satis ele-
gans tersumque scriberet; *Heidelbergam* primum, post in Helue-
tiam se contulit, fore confidens, vt studiorum ibi patro-
Inde Argentinam. nos ac Mœcenates inueniret.

Verum fato, nescio quo, spe sua frustratus, *Argentinam* de-
flexit, eo ipso tempore, quo tantum Christiani sanguinis Lu-
tetiæ Parisiorum effusum est; vt passim riuuli eius in plateis
fluerent: & plurimorũ illustrium ac nobilium virorum filij, vix
ex illa plus quam Sicula laniena elapsi, eam ad vrbem velut
asylum quoddam, perfugerent.

Ibi docet priuatim, & edit clarorum elogia. Inuenit patronos. Hic occasionem docendi nactus, priuatim in Musicis alios,
alios in poesi instituit. Dedit etiam tunc ingenij sui ac doctri-
næ specimina aliquot, interque ea *clarorum virorum elogia* car-
mine reddita. Statim itaque eum in patrocinium suum rece-
pit dicendi ille magister, *Valentinus Erythræus*; beneuolentia
quoque sua complexi fuerunt *Conradus Dasypodius*, & *Dauid*

Volcken-

sus sedem ibidem fixit, atque hæreticos inter mœrens vixit, magno tamen cum fructu, dum alios in fide Catholica contineret, alios varijs erroribus implicatos ad meliorem mentem reuocaret, ingenij etiam monumentis posteritati prodesset. *Historiam* enim *assertionem officii Missæ* ante à se editam infinitis locis auxit; *Historiam Martyrum Gorcomiensium* aliorumque in Hollandia pastorum fidelissime conscripsit, inter quos eminet & *Cornelius Musius, velut inter ignes Luna minores.* Vtrumque opus beneficio merendum breui expectamus. Denique *orbis vniuersi opus Chronographicum* ad annum vsque septuagesimum supra sesquimillesimum pertexuit; tametsi morte præuentus vltimam operi limã, quod dolendum, afferre minime potuerit. *Scripta Opmeeri.*

Obijt autem annis laboribusque functus, anno salutis 1595. 4. Id. Nouembr. ætat. 69. Delphis in D. Hippolyti ante chorum à parte septentrionali conditus. Statura fuit heroica, corpore robusto, fronte larga, vultu subrubicundo, ac maiestatẽ quandam præ se ferente. *Obitus.* *Prosopogr.*

Res illi fuit *non parta labore, sed relicta; non ingratus ager, toga rara, mens quieta*, ita vt iucundissima illi fuerit secundum Martialem vita. In mensa hilaris, comis, ac festiuus, apud omnes ordines gratiosus: *cum Catholicis sincere, cum hæreticis* * *caute* agebat, quod & symbolum præferebat. In pauperes, studiosos præsertim, beneficus ac liberalis. Multos in studijs iuuit, aluit, & ad magna promouit. Amicos coluit eruditione scriptisque illustres, *Stanislaum Hosium Card. Benedictum Ariam Montanum, Michaelem Baium, Corn. Musium, Petrum Nannium, Martinum Ducanum, Petrum Baccherum, Pontum Heuterum*, aliosq;, pictores, sculptores & Architectos, sympathia quadam adductus, mire deuinctos sibi habebat, vt vel ex opere eius Chronographico colligere licet. Florebant in Hollandia eius amicitia ac contubernio clari *Martinus Hemskerckius, Petrus Longus, Gulielmus Tittero, Franciscus Floris, Antonius Morus, Philippus Gallæus*, Hollandi omnes pictores sculptoresque excellentes. *Valer. Andr. Dess. in Chronico Opmeeri.* *Virtutes ac mores eius.* * *Pontificiorum opinione.* *Amici Opmeeri.*

GEORGIVS CALAMINVS.

Θ. 1595. die 1. Decembr. st. n. æt. 48.

ANNO Christi quadragesimo septimo, supra mille quingentos, die Georgij memoriæ in fastis sacro, *Argentimonti*, vulgo Silberberg / Silesiæ oppido metallico, hodie in ditione illustrissimorum principum Ligio Bregensium, hic natus est, patre *Georgio* Rörich / homine antiquæ & Germanæ fidei & integritatis. Familiæ nomen præceptores eius in Latinum Calamini mutarunt, exemplo forte Capnionis, Melãchthonis, Oporini, Xylandri, Neandri, & aliorum. Parentem habuit non *Argentimons.* *Calamini nomen vnde.*

plumbeo penicillo, quem gestare semper secum solebat, annotando: Latina Belgis, Belgica Latio donando. In his *Vincentium Lirinensem* satis feliciter patrio idiomate euulgauit, & *Nauim patientiæ & pœnitentiæ* suæ gentis hominibus composuit vt illos doceret, non esse Ecclesiam vbi patientia pœnitentiaq; locum non haberent.

Opmeerus Græcam linguam ætate prouectior discit.

Græcas etiam literas ætate iam prouectior, ita addidicit, vt quicquid Gręce scriptum esset, nullo negotio intelligeret: vsus ad eam rem manuductore *Petro Resenio* scholæ Delphensis Gymnasiarcha, Græce admodum perito, qui Euclidem Petro nostro prælegebat, magno cum vtriusque commodo, dum hic Græcas literas, ille Mathematicas artes breuissimo temporis spacio ita calluit, vt à *Guilielmo Ar[illegible]sionensi* in Geometram adscitus fuerit.

Medicinam etiam & Iurisprud. sine præceptore discit.

Cæterum nec his limitibus Opmeeri ingenium omnium pene disciplinarum capax claudi potuit. Medicinæ enim & Iurisprudentiæ αὐτοδίδακτος ipse singularem est cognitionem assequutus. Iamq; Iuris laurea donandus Louanium cogitabat, cum ingruentibus sectariorum procellis, ad Theologica studia, quibus se illis auitæ religionis propugnator accerrimus opponeret, animum appulit. Antiquos omnes patres non legisse semel, satis erat; ijs nocte dieque immorabatur, ratus, quod res est, & ipse alibi recte monet, *ad commouendos errore deceptos hominum animos, antiquum, vniuersalem, & perpetuo concordem Ecclesiæ consensum plurimum valere.* Itaque *historiam assertionem officii Missæ* è quatuor primis Concilijs, SS. Patribus, & Ecclesiæ Doctoribus apte concinnauit, qua cum *Leone Empa[illegible]o* Medico Theologo, congressus est, & petulantis Leonis linguam compressit. Gliscentibus paulatim atque inualescentibus Batauorum rebellionibus, turbatoq; prisco religionis statu, cum multi in exilium eijcerentur, multi vera fidei orthodoxæ* propugnacula, inauditis suppliciorum generibus afficerentur (inter quos & *Nicolaus Cannius* Sparwaudæ pastor, & *Cornelius Musius* Opmeeri Achates, alijque illi perfamiliares insignem Martyrij palmam tulerunt) & ipse solum vertere maluit, quam feruentes *Catilinariorum Capernaitarum* (ita vocare illos, quos vulgo *Geusios* dicunt, solebat) conspirationes spectare. Lugdunum itaque Batauorum ad *Franc. Valdesium* legionis Lombardicæ Tribunum se contulit, eique à consilijs militaribus fuit, donec tota turbata Batauia, patrijs excedere finibus coactus, in Hannoniam cum Valdesio profectus est. Inde rursum *Amstelrodamum* à *Petro Longo* Prætore est euocatus, vt in auita ciues suos religione formaret, firmaretque: qua in re strenuam, quo erat in orthodoxam fidem animo operam nauauit. Cumq; nec ibi subsistere diutius posset, Delphis velut postliminio reuersus se-

Deniq; Theolog. & Patrũ lectioni deditus.

* *Pontificia.*

Lugdunum concedit in bello intestino.

PETRVS OPMEERVS.

Ω. 1595. die 10. Nouemb. ætat. 69.

PETRVS OPMEERVS Amstelrodami, quod celebre Batauorum est emporium, anno orbis redemti millesimo quingentesimo vicesimo quinto, die S. Bernardo sacro, ortus est diuite patricia & antiqua *Opmeerorum* familia, è minoribus, vt vocant, Frisijs, seu potius Hollandia Septemtrionali oriunda, quæ ob debitam ac fidelem Principibus suis in factionibus nobilitatis Batauicæ, vulgo *Houx* & *Cabelliau* dictis, nauatam operam, ad eam est dignitatem à *Iacoba* Hollandiæ comitissa euecta. Patrem nomine retulit; Matrem habuit *Mariam* **van Ackersloot**, nobilem, spectatæ virtutis ac pietatis matronam.

Opmeerorum familia honoratiss. Factio illa incepit 1350. Parentes Opmeeri.

Nondum ex ephebis excesserat, cum, patre orbatus, à matre, quæ filium vnicum tenerrime adamabat, ingenue pieque educatus, literis ijs, quibus puerilis ætas ad humanitatem informatur, mature imbuendus traditus est viro, tum apud Batauos insignis eruditionis, & nominis *Alardo Amstelrodamo*, Theologo: quo vita functo *Nicolaus Cannius*, itidem Theologus & Des. Erasmo quondam à manibus, erudiendum eum suscepit. Vtrique egregiam de se spem puer concitauit.

Præceptores Opmeeri.

Elucebat enim in eo viuax, facile, & promptum ingenium, mira ad quiduis discendum auiditas facilitasque, memoria felicissima ac tenacissima, adeo vt septuagenarius omnes P. Terentij comœdias ac Flacci odas, quas Cannio præeunte puer memoriæ mandarat, absque vlla hæsitatione recitaret.

Ingenium eiusdem & memoria.

Iactis feliciter in patria studiorum fundamentis, Louanium missus est; vt firmiora ibidem literis præsidia compararet. *Petro* itaque *Nannio* Alcmariano, quo tum viro celeberrimum collegium trilingue Buslidianum superbiebat, annum integrum operam dedit. Louanio Tornacum Neruiorum profectus, Gallicam mox linguam artesq; Mathematicas sub *Claudio Varin* Basilicæ D. Virginis ædituo, sacræ Matheseos peritissimo perdidicit. Iamque ad grauiora aspirabat: cum mater impatiens vnici filij absentiæ, inuitum domum reuocat. Qua etiam instante factum est, vt vndeuiginti natus annos virginem nobilem *Sophiam Petri Sasbold* filiam vxorem duxerit, ex qua plures liberos mares fœminasque; in his *Petrum* natu maximum (cui postumum patris fœtum *Orbis vniuersi opus Chronographicum* grata est debitura posteritas) & *Lucam* I. V. D. sustulit. Cumque aptum illi factumque ad studia esset ingenium, cæteris omnibus posthabitis; ijs se totum quodammodo immersit. Vix vllam temporis partem effluere patiebatur, quam non studijs impertiretur, scribendo, lectitando, quicquid scitu dignum, aut vsui sibi aliquando futurum esset,

Opmeerus Matheseos studiosus.

Ducit vxorem suasu matris.

Studia Opmeeri.

Ergo Regiomontanis multa, & officiosa cum solennitate valedicens Helmstadium venit, honorificentissimeque tum à Duce *Guelfo*, tum ab Vniuersitatis proceribus exceptus, partes oratoris suscipit; quas deinceps grauissime profitendo, omnesque Academiæ magistratus magna cum autoritate dexterrime obeundo magnifice exegit annis *sedecim* integris. Tandē dum iam laboribus morbisque sæuissimis misere fractus, Lunæburgam patriam, quæ non ita procul Helmstadio abest, cum coniuge matrona honorata *Anna Triptia*, ciuis & negociatoris primarij Wittembergensis filia (cum qua annos viginti septem plane feliciter & beate in matrimonio, eo vsque exegerat) pro more per æstatem inuiseret; iamque inter amicorum cognatorumq; optata alloquia animum explicaret, obijt quidem morte repentina, sibi ipsi vero minime inopina, expirans pie & placide inter suorum complexus prid. Kal. Sext. anno nonagesimo quinto; sepultusque in summo eius ciuitatis templo, maximo Senatus patrij totiusque Reipubl. illius luctu; Academiæ vero Iuliæ iactura nimium graui: relictis post se ingenij sui monumentis admodum illustribus, & victuris, quorum alia soluta, alia ligata oratione splendide elaborauit. Ex his editæ sunt *orationes* aliquot, item *Tractatus de Imitatione Ciceroniana* exquisitissimus: edita sunt & *poetica* complura, sparsim tamen & diuersis locis temporibusque emissa. Premitur in Bibliotheca eius relicta præstans *Volumen Epistolarum Illustrium & Scholasticarum*, *Orationes* item selectiores plurimæ, quarum præcipuas in Illustrissimorum potentissimorumque Ducum Guelforum laudes, partim carmine, partim prosa fecit. Premitur & *opus* absolutissimum, *in quo totam Cyclopædiam* ita *in locos communes digessit*, omniumq; scientiarum, rerumque capita & tractationem ita disposuit; vt futuro oratori, siue cuicunque ex tempore etiam dicturo, veluti locupletissima Eloquentiæ Bibliotheca, quouis loco & tempore, in promptu atque in infinitum expedita esse queat. Taceo *prælectiones* doctissimas non *in Ciceronis* solum *orationes*, aliaque eius scripta; sed *in quascunque totius Philosophiæ partes*, præsertim in *Rodolphi Agricolæ* Dialectica: quæ omnia ipsemet in publicum dare, quieti iam se compositurus, meditabatur: verum aliter DEO visum. *Ex tertia parte Iconum Virorum illustrium Boissardi: vbi & carmen Heroicum, non plebeia moneta; quo manibus eius parentauit Henricus Meibomius, poeta & historicus celebris.*

Docet ibi annis sedecim.

Moritur repente in patria.

Scripta edita.

Nondum edita.

PETRVS

tertiam Prosopographiæ partem dedicauit. Tandem cum quadraginta annos in Academia Basilienſi docuiſſet, rebus humanis eximitur, die tertio Martij, anno nonageſimo quinto, ætatis ſeptuageſimo tertio. *Ex lib. 3. Proſopogr. Pantaleonis.* *Obitus.*

HARTVICVS SMIDENSTET.

Vnæburgæ, Saxonum vrbe admodum nobili natus hic anno Chriſti trigeſimonono, ſupra mille quingentos, menſe Aprili. A primis ſtatim annis ad Muſarum ſacraria à parentibus honeſtis & ſpectatis eiuſdem Reipubl. ciuibus, adductus fuit; vſus ibi præceptoribus fideliſſimis iuxta & doctiſſimis, *Ioanne Bathelio* Cosfeldenſi Weſtphalo, Rectore, & *Lura Loſſio* Vachenſi Heſſo, conrectore, pietatis literarumque fundamenta iecit fideliter in ſchola patria. Hinc anno ætatis duodecimo proficiſcitur *Roſtochium*, de conſilio & iuſſu patruelis ſui *Henrici Smidenſtetti*, Doctoris & profeſſoris Theologi, in Vniuerſitate Roſtochiana. *Θ. 1595. die 31. Iulii; ætat. 56.* *Ioan. Bathel. & L. Loſſius, præceptores Smidenſtetii.* *Roſtochium abit.*

Hoc ſtudiorum duce Hartuicus Philoſophiæ adyta penetrans, Latinæ pariter Græcæque linguæ, artiumque omnium exactam ſibi cognitionem comparat, præcipue Eloquentiæ ſtudio deditus, & *Arnoldi Burent*, oratoriæ ibidem profeſſoris prælectiones ſtudioſe auſcultans. Quo in ſtudio iam mediocriter confirmatus ad almam illam Wittembergam Saxonum ſe confert, ibique nullis laboribus, nullis vigilijs parcens, ſolertiſſimum in ea Academia Eloquentiæ artificem *Petrum Vincentium* Vratislauienſem frequens audit, eiusque veſtigijs inſiſtens & ipſe in grauiſſimum oratorem breui euadit. Agens itaque annum viceſimum quartum, Magiſterij laurea ſub Decano *Hieronymo Oſio* poeta laureato decoratur, primumque locum in admodum numeroſo candidatorum cœtu obtinet. Facta eſt ea promotio anno ſexageſimo tertio. *Henricus Smidenſtet.* *A. Burenius.* *Vittembergam ſe confert.* *Teſtimonio ibi eruditionis ornatur.*

Exinde priuatim oratoriam Wittembergæ profiteri aggreſſus tanta cum laude & applauſu docuit; vt nominis eius celebratio ſtatim per aulas Principum, maxime per Boruſſiam increbeſceret. Quapropter ab *Alberto* Marchione Brandeburgico, primo Boruſſiæ duce, ad ſcholam Regiomontanam euocatur; vt oratoriæ profeſſionem in ea ſuſciperet. Paruit, præfuitque illi Spartæ cum laude annis decem continuis. Interea illuſtriſſimus & potentiſſimus Dux Brunſuic. & Lünæburgenſis, diuus *Iulius Guelfus* Helmſteti nouum Muſis ſacrarium conſecrat; erat id anno ſeptuageſimo ſexto. Eo rumore excitus Smidenſtetus ſimulque patriæ deſiderio illectus, paſſus eſt ſe quoque vocatione legitima in Iuliæ Academiæ profeſſorem conſcribi, anno ſeptuageſimo octauo. *Docet oratoriam priuatim.* *Euocatur in Boruſſiam.* *Docet in Academia Regiomontana.* *Ad eam Helmſtedianam.* *Ad eam vocatur Smidenſtet.*

terea *Martini Cromeri Polonicam* vertit: atque ea edita Moscouitarum quoque acta *Sigismundo L. Barone ab Hebersteín* auctore Germanice exhibuit. Cumque eius lucubrationes alijs innotescerent: fuerunt præclari apud exteros viri, qui *Naucleri magnã historiam* à condito mundo ad patrum memoriam continuatam suis sumtibus ei vertendam obtulerunt. Nec tantum aliorum lucubrationes vertit: verum & ipse plurima commentatus est, & in literas retulit. Nam præter *chronographiam*, & poetica quædam, quorum ante facta mentio, amicorum hortatu etiam *martyrum Galliæ, Germaniæ, & Italiæ acta* grandi conscripsit volumine; & post pacem in Gallia factam anno sexagesimo tertio edidit. Cum enim *Ioannis Foxus* Anglus ante quatuor annos Angliæ martyres annotasset: dignum multis visum est; vt & secunda pars, quæ nostræ regionis martyres complecteretur, ab aliquo fideliter consignaretur.

Postea clarum illud & multis expetitum volumen *de Viris Germaniæ illustribus* meditari cepit ediditque: perlectis non solum varijs historijs, sed & à principibus, quibus ob lucubrationes dedicatas iam gratus erat, & à viris doctis, quibus innotuerat, literis adiutus. Interea cum Basileæ pestis glisceret; Medicorum varios tractatus de peste euoluens, *libellum de peste*, anno sexagesimo quinto conscripsit, ac euulgauit: ipseque cum familia, Deo clementer protegente illæsus permansit. Vtque eo certius tertiam illius historiæ partem conscriberet, peregrinationem anno sexagesimo quinto suscepit, publico Basilienssium equite comitatus, per Heluetiam, Sueuiam, Bauariam, Pannoniam superiorem, Noricum, Franconiam, Hassiam, Palatinatum, & Rhenensem tractum, suscepit; vbique & principibus & magistratibus vrbium hospes gratus. Ibi quæ à fide dignis accepit; in scripta retulit, totumq; opus anno sexagesimo sexto absoluit; & titulo *Prosopographiæ* euulgauit. Conscripsit & *militaris ordinis Ioannitarum, Rhodiorum, aut Melitensium equitum, rerum memorabilium terra marique à sexcentis fere annis pro Republica Christiana, in Asia, Africa, & Europa contra Barbaros, Saracenos, Arabas & Turcas fortiter gestarum, vsque ad annum octogesimum primum historiam, libris duodecim comprehensam*. Erat laboris tolerans, & singulis diebus per complures annos horas matutinas quinque continuas vertendo, aut aliquid commentando consumsit. Natura hilaris: omnibus affabilis: atque aliorum laborum singularis æstimator: vt qui prodesse omnibus, nocere nulli, semper voluerit. Inde & principibus & proceribus Germaniæ gratus: qui semper dedicatas sibi ab eo lucubrationes munifice remunerati; vtque gnauiter pergeret hortati eum sunt. Ab ipso Augusto Cæsare *Maximiliano* II. poetæ laureati & Comitis Palatini dignitate est ornatus, c i

Historiæ causa peregrinatur.

Mores.

Honores & præmia.

tertiam

nunciatus fuit. Postea vltetius progressus per Auenionem, Montempessulanum ad mare vsque mediterraneum & Pyrenæos montes penetrauit: vbi ignotas Germaniæ stirpes, varia animalia, & multa obseruatu digna contemplatus est. Inde mense Nouembri, Deo duce, magna cum suorum gratulatione in patriam redijt; & medicinam Basileæ ac in finitimis locis, exercere, totumque Academiæ rationibus se accommodare cepit.

Itaque anno quinquagesimo sexto iterum à Scholæ præsidibus dialectices professor, & mox à consiliarijs Facultatis artium decanus declaratur. Paulo post lectio physices suo professore D. *Marco Hoppero*, qui iuris professionem nactus erat, destituta fuit. Eam Academia, multis magni nominis medicis competitoribus, anno quinquagesimo septimo, Pantaleoni commendauit: quod & Senatus Basilienſis suo calculo approbauit. Ea in professione Aristotelis de rebus naturalibus libros diligenter explicauit. Et cum eodem tempore plures noui medici Basileæ essent, ex magistratus voluntate singulis in re medica disputatio iiuncta fuit, eo consilio; vt probati tantum ad medicinam faciendam admitterẽtur. Hic cum Pantaleon disputando specimen deposuisset egregium: inter medicos honestum locum adeptus est. Sequenti etiam anno medicorum decanus, post D. *Oswaldum Berum*, qui viginti circiter annos in ea medicorum paucitate ob senij prærogatiuam id officij administrarat, electus. Hic Pantaleon veteres facultatis medicæ leges in vsum reuocauit, matriculam, vt vocant, eius ordinis nouam collegit; atque ærarium cum libro rationum confecit; & monumenta facultatis, in arca, ad id parata; adseruauit; vt post singulis annis nouo decano traderentur.

Dialectices & Physices professio ei demandatur.

Oswaldus Berus.

Varia itaque fortuna vsus, & à varijs ad honestas functiones liberali stipendio inuitatus: in patria tamen manere maluit: atque præter Theologorum & medicorum scripta, varias quoque historias euoluit: ac suis lucubrationibus Germaniam exornare studuit. Petentibus enim amicis *Sleidani historiam* de statu religionis & Reipubl. Carolo V. Imperatore, primus in vernaculam transtulit, ac anno quinquagesimo sexto publicauit. Eandem etiam postea *tribus libris* Latine atque Germanice scriptis, continuauit. *Hieronymi* etiam *Cardani* opus physicum, quod de rerum varietate inscribitur, ex Latina in Germanicam linguam traduxit: atque ex eiusdem *Cardani* opere *de rerum subtilitate*, optima quæque compendiose excerpens ptiori operi adiecit. Postea illud insigne historicum *Pauli Iouii opus* transferre cepit, atque anno vndesexagesimo tribus tomis edidit. Quin etiam sequenti tempore alios Iouij libellos, vt *de Imperatoribus Turcicis & Moscouitis* transtulit. *Historiam* præ-

Scripta.

darunt: quas Pantaleon primus prælegit, & in vſum ſcholæ produxit. Sub eius etiam decanatu demum, poſt religionem mutatam, denarius conſiliariorum numerus eſt impletus, viris clariſſimis D. *Celio Secundo Curione*, *Ioanne Acronio*, *Phryſio* & *Thoma Gryn æo*, eum in ordinem cooptatis. Sed cum natura Pantaleon laborum eſſet & patiens & appetens; non ſolum in ſchola & templo docebat: Sed priuatim quoque Eccleſiæ patribus euoluendis tempus ſucciſiuum tranſmittebat: atq; Frobenianis in D. *Hieronymi*, *Baſilii*, *Hilarii*, & aliorum opera indices copioſos confecit. Quæ res occaſionem ei præbuit, celebrium aliquot noſtri æui virorum *Eraſmi*, *Oecolampadii*, *Grynæi*, *Caroloſtadii*, & aliorum, vita apud Baſilienſes functorum, epicedia conſcribendi, atque comœdiam Philargyri, de Zachæo publicanorum principe, nouam componendi: quæ anno milleſimo quingenteſimo quadrageſimoſexto euulgauit. Præterea *Chronographiam Eccleſiæ* magna diligentia collegit; quæ primo anno milleſimo, quingenteſimo, quinquageſimo, & poſtea multoties diuerſa forma edita, & cum applauſu Doctorum fuit excepta. Præterea aliquot libellos *Vergerii* editos, in vernaculam conuertit eius iuſſu, vt à Germanis quoque Latinæ linguæ ignaris, legi poſſent

Conficit Indices in Patres.

Edit epicedia.

Et comœdias.

Cumq; animus eruditus ſemper aliquid ex ſe promat, quod alios delectet: Pantaleon ijs horis, quibus reliqui vacabant Profeſſores; in collegio per biennium, de Superiorum voluntate, Theologica explicuit; partem *Exodi*, *Ionam* Prophetam, *Marcum* Euangeliſtam, & *Pauli ad Titum* epiſtolam; quos & commentarijs illuſtrauit. Habuit & diſputationes Theologicas, quibus ea, quæ prælegerat, confirmauit. Quam ob induſtriam die ſecundo Iunij anno quinquageſimo ſecundo in S. Theologiæ Licentiatum Baſileæ ſolenni frequentia eſt promotus.

Extraordinarie Theologica docet.

Verum cum multis bonis ac doctis viris ad conciones publicas ob linguæ volubilitatem & vocis præcipitantiam minus idoneus videretur: animum ad medicinæ, cui & ante operam dederat, ſtudium conuertit; idque cum Theologicis coniunxit: vt & animis docendo inſeruiret, & corporibus medendo prodeſſet. Et quia qui alios docet, ſeipſum docet, per integrum annum domi ſuæ diſcipulos, eosque adultos in re medica inſtituit, eaq; ratione ſcientiæ illius præcepta ſibi in memoriam reuocauit, & familiaria reddidit. Ita ad medicorum ſtudia ſe præparantem ex intempeſtiuis ſtudijs colici & nephretici dolores inuadunt. Quare amicorum conſilio menſe Iulio anno quinquageſimo tertio in Galliam profectus, Valentiam ſe contulit, ibique die vigeſimoprimo Septembris publica cum ſolennitate, medicinæ Doctor ætatis trigeſimo primo anno, renuncia-

Dat operam medicinæ.

Renunciatur medicinæ Doctor.

vna cum Lycosthene Haidelbergam reuerso, Basileam redierit: cum triennium exteris in Academijs egisset.

In patriam reuersus Deputatorum iussu, in collegio apud M. *Hadrianum Hugibaldum Mutium*, Dialectices professorem vixit, atque *Hieronymum Gemusaeum* in Physicis, & *Vitum Ardyaeum* in Mathematicis præceptores habuit. Erant tum eius in studijs commilitones, *Thomas Erastus*, *Iohannes Aconius* Phrysius, & *Hadericus Cocceius*. Vt autem & ipse priora studia recoleret, atque ingenij vires periclitaretur: ijs diebus, quibus reliqui professores a lectionibus vacabant, Iouis nimirum & Sabbathi, Persij satyras publice, auditorio applaudenti, explicuit. Itaque die vigesima quinta Aprilis, Anni quadragesimi quarti, artium Magister solenniter renunciatus, ætatis vicesimo secundo, mox etiam in Facultatis artium consilium est receptus. *Persium explicat.*

Illo autem anno Academia Basilienſis de certis classibus constituendis laborabat; vt iuuentus studiosa intra certos lectionum limites contineretur, & per gradus paulatim ad altiora adscenderet. Ijs constitutis Pantaleon inter primos classium professores die decima septima Decembris designatur: eique Iustini historici, & Grammatices explicatio ordinaria in collegio demandatur. Functione itaque publica susceptа, de matrimonio sibi cogitandum putauit. Proinde ex honesta Kæsinorum familia *Cleophe* vxore ducta, die vicesimo secundo Ianuarij, sequentis anni, nuptias celebrauit, ætatis vicesimo tertio: ex qua pulchra prole non semel parens postea est factus: & affinitatis vinculo sibi *Theodorum Brand*, Reipublicæ Basilienſis consulem adiunxit, singularemque semper patronum est expertus. Inde ad sublimiorum scientiarum gradus adspirans, Medicinæ cum Theologiæ studium coniunxit: in illo D. *Albano Thorino* & *Sebast. Sinckero*: in hoc *VVolfgango VVissenburgio*, *Martino Barrhao*, & *Sebastiano Münstero* præceptoribus vsus. *Fit classium præceptor.* *Ducit vxorem.* *Theodor. Brand.*

Cum autem de amicorum consilio Theologicis potissimum incumberet, Ecclesiæ Petrinæ Diaconatus ei fuit commissus: quem annos septem sustinuit. Et quoniam eius officij negotia pauciora erant, quam vt totum hominem occuparent: præter ea subinde lectionem aliquam in Academia, Superiorum iussu, publice habuit: atque ita Grammatices, Dialectices, & Rhetorices præcepta per vices iuuentuti tradidit. Hinc die quarto Maij, anno quadragesimo septimo, ætatis vigesimo quinto, Decanus Philosophici ordinis electus fuit: qui ordo cum varias leges haberet, temporibus & classibus nuper ordinatis, minus conuenientes; professores artium eas ex antiquis renouarunt, atque ad præsentia tempora accommodarunt: *Diaconatus ei committitur.* *Simul in Academia docet.* *Fit Decanus.*

quot annos & Basileæ ludimagistrum egerat: atque Pantaleonis patrem familiariter norat. Betuleius, vbi animum adolescentis perspexit, vt in studiorum curriculo strenue pergeret, hortatus est: non defutura media quibus metam optatam contingat. Mensem deliberabundus & animi dubius Augustæ vbi hæsisset: ecce tibi D. *Cæsar Delphinus*, natione Italus, professione medicus, homo pius & doctus, Betuleium de adolescente aliquo commonstrando compellat; qui Ingolstadium ad Academiam sequeretur. Cum enim ille ob certam causam eo tempore Italiam reliquisset, atque Germanicam linguam ignoraret: peritum aliquem adolescentem quærebat; quo interprete vteretur.

Cæsar Delphinus.

Huic itaque Betuleius Pantaleonem commendat: atque fidem suam pro eodem obligat. Pantaleon, DEI benignitate & Betuleij promotione, talem herum & præceptorem nactus, equo cum ipso Ingolstadium proficiscitur ibique interpretem Itali medici egit, quædam etiam experimenta discit, & in omni genere literarum feliciter pergit. Cum autem per hyemem Ingolstadij mansisset; atque Cæsar *Ferdinandus* media æstate, anno quadragesimo Haganoa ex comitijs Viennam rediret: medicus ille, & cum eo ipse Cæsarem secuti, Viennam profecti, & sub autumnum Ingolstadium sunt reuersi. Postea medicus ille Italiam repetiturus, Pantaleonem hortatur; vt sese ad aliam Germaniæ Academiam conferat. Nam peste grassante Ingolstadiana schola diffluxerat; & pars professorum sese in oppidum Rhain receperat: pars alio. Idem vt officia Pantaleonis sibi grata fuisse declararet: ipsum ea pecunia donauit: vnde annum ipsum in celebri aliquo Gymnasio viuere posset. Vale itaque Medico dicto Pantaleon per Noribergam & Franconiam Haidelbergam venit; atque D. *Lucæ Schrete sen.* Rubeaquensis patrocinio in collegium *Dionysianorum*, vt tum vocabant, receptus est. Occasione ea oblata diligentem artibus & poeticæ operam nauauit: atque sequenti anno quadragesimo primo, ætatis decimo nono prima laurea publice est ornatus, promotore M. *Ioanne Geiselbachio*. Biennio Haidelbergæ exacto, cum ad magisterij gradum prensandum sese pararet: *Conradus Lycosthenes* Rubeaquensis, commilito eius certorum negotiorum causa Basileam excurrit. Ibi cum forte mentio Pantaleonis incidisset: Lycosthenes eius studia & progressus ordine exposuit; &, qui erat eius erga ipsum amor, Magistratui & Scholarchis ac Deputatis, quos vocant, de meliore commendauit. Et Lycosthenes quidem tum suam operã Basilienſi Academiæ condixit. Hac ratione factum est, vt Pantaleon Deputatorum literis reuocatus; quantumuis Haidelbergæ atq; etiam Wormatiæ honestæ conditiones offerrentur;

Cum quo Ingolstadium abit Pantaleon.

Item Viennam.

Venit Haidelbergam.

Collegium Dionysianorum.

Ioan. Geiselbach.

Basileam vocatur.

Erat autem tum *Ioannes Bebelius* Typographus Freyi illius vicinus. Is, adoleſcentuli ingenio & indole perſpecta, Freyo perſuaſit, vt typographicis eum operis addiceret: in *Michaelis Iſingrinii* generi ſui officina lectoris partes obiturum. Inde enim fore, vt honeſtam vitæ conditionem adipiſceretur: alias etiam optima quæque pollicitus. Conſenſerunt tum Rodolphus atque adoleſcentis parens: ſperantes, ipſum hac ratione breui varias artes & diſciplinas percepturum: verum res longe aliter cecidit. Nam pro anagnoſtæ, typothetæ ipſe eſt officium obire iuſſus; vt varijs typographicis laboribus animus eius diſtraheretur: & non modo nihil eruditionis inde acquireret: verum etiam rudimentorum prius perceptorum fere obliuiſceretur.

I. Bebelius.

Pantaleon typographiæ addicitur.

Itaque ſex menſibus elapſis typographiam reliquit: & amicorum conſilio anno trigeſimo ſeptimo *Friburgum* Briſgaudiæ abijt. Eo in oppido annum ſcholam triuialem frequentauit; & in literis ita profecit; vt, *Ioanne Pedio* præceptore, ad ſupremæ claſſis ſubſellia aſcenderit. Hoc cum Freyus ille, patronus eius, intellexiſſet: Baſileam reuocauit, & vt locum inter Academiæ ſtudioſos haberet, ſtatim effecit. Pantaleon itaque Baſileam reuerſus anno duodequadrageſimo D. *Hieron. Artolpho* Rhetо, Academiæ rectori, nomen dedit; ac publicas collegij lectiones audire cepit.

Abit Friburgum.

Baſilea dat nomen Rectori.

Habebat ea in Academia inter alios tunc præceptorem & Mæcenatem *Simonem Grynæum*; qui ipſum ob ingenij promtitudinem mirum in modum diligebat: atque vt currentem incitaret elegantibus ſubinde libris donabat. Commilitonibus ibi eſt vſus potiſſimum *Matthia Flacio Illyrico*, & *Michaele Baſilio*. Cum ſeſquiannum conſtanti diligentia in artium & linguarum ſtudio exegeſſit: ſuperuenere literæ auunculi *Melchioris Krieſſtein* Baſilienſis, tum ciuis & Typographi Auguſtani: quibus à patre Pantaleonis mirifice contendebat: vt filium, ad literas natum, ad ſe Auguſtam tranſmitteret. Se enim effecturum; vt hinc inde ad Germaniæ Academias mitteretur; nihilque ſubſidiorum, ad ſtudia neceſſariorum, deſideraret. Parentis ergo & amicorum hortatu Pantaleon, ætatis anno decimo ſeptimo, Chriſti vndequadrageſimo, circa vindemiam, patria relicta, Auguſtam peruenit. Tum vero auunculus ille ſummopere ei ſuadere cepit; vt literarum ſtudio relicto, typographicis ſeſe dederet totum; idque ſpe, aliquando ipſi iam ſeni in officina ſuccedendi. Verum Pantaleon abnuere: operum typographicorum pertæſus, nil niſi literas ſpirare, in literis pergere velle: quo propoſito auunculum haud mediocriter offendit. Ibi tum Pantaleon fluctuans, à *Xyſto Betuleio* ludi Auguſtani moderatore celebri conſilium petijt. Is enim ante ali-

Auguſtam ab auunculo vocatur.

A ſtudijs auocatur.

Petit conſilium à Betuleio.

quot

Obitus Neandri.

Pie vitam in eodem Ilfeldenſi ſeminario clauſit, anno *nonageſimo quinto* ſupra ſeſquimilleſimum, cum de Chriſtiana iuuentute annos *quadraginta quinque* amplius optime eſſet meritus, rector eiuſdem ſcholæ feliciſſimus, die *vigeſima ſexta* Aprilis Iuliani, ætatis anno *ſeptuageſimo*.

Scripta eiuſdem.

Scripſit & edidit multa: vt, præter præceptiones artium organicarum, aureum opus, vt appellat, complectens *Pythagoræ*, *Phocylidis*, *Theognidis*, & aliorum poemata. Item alteram eiuſdem operis partem, in qua *Nili* epiſcopi & martyris *paræneſes*, Latine ab ipſo redditæ ac ſcholijs illuſtratæ: *Coluthi* itidem *Lycopolitæ Thebæ*, *Helenæ raptus*, Græce & Latine: *Tryphiodori* poetæ Ægyptij *de Troiæ excidio* poema, Latine conuerſum: *Quinti Smyrnæi* paralipomena Homerica, *de Ilij excidio, & reditu Græcorum*, capta Troia. Præterea *Pindarum*, *Theocritum*, *Apollonium Rhodium*, *Lycophronem*, & alios habuit à ſe conuerſos, argumentis illuſtratos, & commentarijs exornatos: in varios etiam Græcos auctores obſeruationes eruditas, annotationes, indicesque plenos eruditionis, quos latere cum alijs alicubi arbitramur. *Ex ſcriptis Neandri, & Ioannis Vollandi Greuſſenatis Ilfelda.*

Ἀνέκδοτα eiuſdem.

Ω. 1595. die 3. Martii, ætat. 73.

HENRICVS PANTALEON.

Henricus Pantaleon Baſileæ decimotertio Iunij, anno viceſimo ſecundo, ſupra mille quingentos, in lucem eſt editus, genere honeſto. Cumque ſub id tempus doctrina & ſacrorum ritus paſſim mutarentur, paterque, cui *Chriſtiano* nomen, vnice illud doctrinæ genus expeteret: bonis literis filium à teneris imbuendum curauit: ita vt & fari & legere ſimul fere ceperit.

Pueritiæ informatio.

Ioan. Sphyractes.

Poſtea anno vigeſimo nono, cum, Baſilcæ mutata religione, *Ioannes Sphyractes* ſcholæ Petrinæ præficeretur: ſub eo præceptore Latinæ Græcæque Grammatices rudimenta didicit. Hoc deinde in Galliam, maiorum ſtudiorum cauſa, profecto,

Ant. VVild.

Antonium VVildium in eadem ſchola ſucceſſorem, ipſos ſex annos audiuit: tantosque fecit progreſſus, vt condiſcipulis eos autores, quos tum magiſter interpretabatur, *Virgilium*, *Q. Curtium*, & *Terentium* dico, vernacula lingua ante redderet, quam proponendo exponerentur. Itaque præceptor felicitatem ingenij & induſtriam miratus, charum eum habuit: patrique autor fuit, vt filium à literarum curſu abripi ne pateretur. Eadem

Rudol. Frey.

diligentiæ & modeſtiæ laude cum *Rudolpho Freyo*, Senatorij ordinis viro, innotuiſſet: domum ſuam is Pantaleonem recepit, necdum ex ephebis egreſſum: vt eſſet qui filium in ludum duceret, & domi primis literarum elementis informaret.

Erat

MICHAEL NEANDER.

Ω. 1595. die 26. April. Vet. æt. 70.

ORtum huic dedit Silesiæ inferioris oppidum *Sorauia*, à Sorabis, gente Sarmatica, quæ olim latissime per terras Europæ Septentrionales se diffudit, & regna vrbesque condidit, denominata. Natalis Neandri incidit in annum ab Immanuele exhibito, vicesimum quintum supra sesquimillesimum. In schola patria prima iecit fundamenta, vsus præceptore, viro docto & tunc passim celebri, M. *Heinrico Theodoro Hilperhausensi Franco*; Superintendente postea Ecclesiarum in Ducatu Lignicensi.

Sorauia vnde dicta.

H. Theodor. præceptor Neandri.

Exinde ad publicas scholas progressus, quas Academias vocamus, Wittembergensem inprimis coluit, tunc temporis celeberrimam omnium; ibique in omnium doctrinarum genere viros præclaros diligenter audiuit. Postea schola *Northusæ*, vrbe Imperij, laudabiliter constituta, anno, supra mille quingentos, quadragesimonono, partes quasdam operarum scholasticarum & ipse sustinuit: atque à consulibus & senatoribus reip. illius amice ac humaniter est habitus. Cum autem ante id tempus *Thomas Stangius* Ilfeldæ vltimus Abbas, puritatem Euangelij amplexus, & literarum amans, autoribus Luthero ac Melanchthone, cœnobium illud in gymnasium, vel potius τῆς θεογνωσίας παιδευτήριον, καὶ ψυχῶν διδασκαλεῖον λογικῶν, conuertisset; vbi alerentur adolescentes iam prima elementa docti, & veræ de Christo doctrinæ, & trium linguarum, artiumque Ecclesiæ ac reipublicæ necessariarum latices limpidissimos imbiberent: Neandrum ei collegio præesse voluit, virum in vtraq; lingua præclare eruditum.

Neander scholæ Northusanæ præficitur.

Tho. Stang. fundator scholæ Ilfeldensis.

Ei Neand. rector datus.

In hac igitur schola, ad Hercyniam syluam sita, multis annis artes linguasque felicissime docuit: scopumque sibi habuit propositum vnicum, homo ad iuuandas literas natus hunc; vt & Θεῷ κεχαρισμένα diceret, & παισὶ loqueretur χρήσιμα, quod de alio Theocritus. Vsi sunt eius opera & institutione multi multorum summorum, mediocrium, & infimorum in Germania, & extra eam, liberi; nec sine luculento studiorum suorum fructu. Itaque non minore laude & prædicatione dignum arbitror istum in tractu Hercynico literarium ludum: quã olim in poetarum carminibus fons ille Musarum in Helicone fuit dilaudatus. Inde enim latices doctrinæ cœlestis, & literarum in totam viciniam, nec viciniam modo, sed etiam prouincias ac regna longinqua perenni scaturigine exundarunt; atque hortulos Ecclesiæ ac Reipublicæ aquis suis salutaribus suauiter irrigarunt.

Ilfeldensis schola fons Musarum.

Pie vi-

Scripta Theologica Mercatoris.

moniam Euangelicam; qui labor à magnis viris auide desideratus fuit. Conscripsit præterea *commentaria in epistolam ad Romanos*; *in Ezechielis aliquot capita*; *in Apocalypsin*. Chronologiam eius *Onuphrius Panuinus* Veronensis Italus, antiquitatum indagator & excultor præclarissimus, ita extulit: vt Mercatorem omnibus alijs multis nominibus prætulerit. Fecit Atlantem, siue Cosmographicæ speculationis libros quinque: quorum argumenta qui exactius inspicere volet, legat Glymnium, qui copiose vitam eius descripsit.

Onuphr. Panuini de Chronologia Mercatoris iudicium.

Gualter. Glymnius vitã Mercatoris copiose descripsit.

Fuit homo sedatissimi ingenij, singulari animi candore & sinceritate præditus, pacis & tranquillitatis publicæ & priuatæ amantissimus. Vxorem habuit moribus castissimis ornatam, quæ anno millesimo quingentesimo octuagésimo sexto ex hac vita migrauit. Filios suos à primis annis Ioanni Othoni, deinde genero suo Molano, in liberalib. artibus instituendos commisit: maiorem natu Arnoldum, statim in Mathematicis instituit; eius defuncti operas exceperunt fratres Ioannes & Gerhardus felicissimo successu. Rumuldus vero natu inter fratres minimus, & ipse Geographiæ studium coluit; patrisque sui vniuersales orbis terræ & Europæ descriptiones in compendia redegit; ac totius Germaniæ delineationem in magna forma edidit. Fuit præterea Gerhardus Mercator temporis parcissimus, ocio ne tantillum temporis indulgens. Cibi item potusque tametsi esset parcissimus; culinam tamen habuit luculentam, rebusque necessarijs bene instructam, valetudinis conseruandæ gratia.

Mercatoris mores.

Vxor.

Filiorum educatio.

Vita priuata Mercatoris.

In pauperes tenuiorisque fortunæ homines beneficus semper fuit, hospitalitatisque cultor & conseruator, quoad viueret; in conuiuijs solennibus & priuatis facetus & hilaris, aliorum moribus facile se accommodans, quantum corpusculi constitutio ac pietatis ratio ferebat: in familiari conuersatione facilis & iucundus: in disputationibus acutus & exercitatus: in laboribus indefatigabilis: corpore sic satis bene constituto, bonaque valetudine, præterquam quod in senili ætate podagra aliquando laboraret.

Valetudo eius & mors.

Anno demum Christi millesimo quingentesimo nonagesimo, die quinto Maij paralysi sinistri lateris correptus est, diuturnisque doloribus confectus triennio post, postrid. Kalend. Decembris: vbi vixisset annos octoginta duos, hebdomadas triginta septem, horas sex; & vidisset pronepotes, in Domino obdormiuit placidissime. *In Iconum virorum præst. quarta parte.*

MICHAEL

exorsus Louanij à descriptione terræ sanctæ, quæ anno deinde Christi millesimo quingentesimo trigesimo septimo in publicum prodijt. Præceptorem in hisce disciplinis neminem habuit; sed solummodo priuata institutione *Gemmæ Frisij*, eximij Mathematici Flandriæ descriptionem aggressus, breui absoluit. *Descriptio terræ sanctæ.* *G. Frisius.*

Absoluta Flandria libellum de literarum Latinarum, quas Italicas cursoriasque vocant, scribendarum ratione euulgauit: mox *globi terrestris* sculpturam absoluit. Vnde in notitiam Imperatoris felicissimæ recordationis Caroli V. venit: illiusque Maiestati quamplurima instrumenta Mathematica artificiosissime parauit: quæ in bello Saxonico non procul ab Ingolstadio in Ducatu Bauariæ, in horreo quodam (vt illi Imperator post reditum ex Germania Bruxellis retulerat) igne ab hostibus clam succenso, liquefacta, consumpta fuerant. Quapropter iussit sibi per Mercatorem confici noua. *Opera Mercatoris Mathematica.* *Globus terrest.* *Conficit Imperat. Carolo instrumenta Mathem.*

Post decennium alterum *globum*, quo cœli, planetarum, ac cœlestium signorum constitutionem complexus est, in publicum dedit: item libellum de vsu globi; alium de vsu annuli astronomici. Postmodum Louanio Duysburgum cum familia commigrauit: cumque sedem in eius vicinia fixisset, Imperatoris iussu duos exiguos globulos, vnum ex purissimo crystallo, alterum ex ligno confecit; cœlestem vnum, alterum terrestrem, magnitudine globi, quo pueri in circulo ludunt. Fecit deinde *Europæ descriptionem*; quod opus passim à doctissimis quibusque viris effertur. *Globus cœlest.* *Louanio Duisburgum migrat.* *Europæ descriptio.*

Post *Britannicas insulas* in tabulis proposuit; item *Ducatum Lotharingiæ*. Chronologiam, nouam vniuersi orbis descriptionem in amplissima forma, inuentione noua sphæram in plano extendendo; quæ sic quadraturæ circuli respondet, vt nihil deesse videatur; præterquam quod demonstratione careat: nullius alterius in tam vasto opere vsus est subsidio. Hoc absoluto opere animum adiecit ad repurgandas Cl. Ptolemæi tabulas, veteremque Geographiam ad mentem autoris tanta diligentia restituit; vt hoc nomine eximiam commendationem promeruerit. *Tabulæ Britannicæ.* *Ducat. Lotharingiæ.* *Ptolomæi tabulas correxit.*

Adhæc tametsi ante Abrahamum Ortelium ideas quasdam mente concepisset, de edendis alijs tabulis generalibus ac particularibus totius mundi; distulit tamen inchoatum laborem, donec Ortelius sua exēplaria distraxisset. Auxit deinde Chronologiam suam, & scripsit libellum de arte Geographica.

Quod si illi Deus vitam elongasset; decreuerat quoque partes occidentales Hispaniam videlicet cum Portugallia in minores tabulas redigere Atque hæc in Geographicis Mathematicisque disciplinis præstitit. In Theologia conscripserat *Harmoniam*

Hunc quindecies partim perlegit ipſe, partim à filijs ſuis prælegi ſibi curauit: vt ſe quotidie ad lætum ex hac vita abitum præpararet. Quamquam tota vita eius omni pietatis & virtutum laude cumulata, nihil aliud fuit; quam pia ad ſanctam mortem præparatio. Neque tamen vigente morbo eius in vſitato ſtudiorum curſu quicquam deſiderauit ſchola: ſed cum præſcriberet ille alijs, quod proponeretur, abſentem etiam præſentiſſimum ſemper habuit, ſeque vel vmbra adhuc ſpirantis regi & coerceri paſſa eſt. Qua fuit enim in Deum pietate, plus de ſcholæ, quam de ſua ſalute fuit ſolicitus, nec prius curam ſtudiorum puerilium abiecit, quam animam e tremulo corpore emiſit, quod decimo quinto Aprilis, hora poſt meridiem quarta. anno milleſimo, quingenteſimo, nonageſimo quarto, factum: qua eadem die Veneris poſt Paſcha ante triginta quatuor annos Melanchthon Witembergæ exſpirauit. Auguſtam Gorlicenſium ſcholam magna cum dexteritatis, fidei & felicitatis laude docuit ac gubernauit Ludouicus annos triginta. *Ex oratione parentali, Gorlicii ab Abrahamo Scultet. recitata.*

GERARDVS MERCATOR.

Ω. 1594 d. 2. Decembr. æt. 83. m. 8. d. 27

Gerardus Mercator naſcitur anno 1512. 5. Martij ſub auroram hora ſexta, parentibus Iuliacenſibus, *Huberto Mercatore, & Emerentiana* eiuſdem vxore, Rumpelmundæ in finibus comitatus Flandriæ, apud illius patruum *Gilbertum Mercatorem*, eiuſdem oppidi paſtorem vigilantiſſ. commorantibus. Cumque pueritiam egreſſus eſſet, prima rudimenta Latinæ linguæ vtcunque didicit; inde miſſus à prædicto ſuo patruo Ruſcoducum, vt ibidem in domo fratrum Grammaticæ ſtudium abſolueret, & initia Dialecticæ addiſceret, ſub *Georgio Macropedio*, vbi ſumptibus & impenſis ſuperioris paſtoris annis circiter tribus cum dimidio ſtudijs vacauit.

Georg. Macropedius.

Mercator Louanii magiſterii gradum adeptus.

Hinc ablegatus eſt ab eodem ad celeberrimam Academiam Louanienſem, ibique in collegio Porci in conuictu conſtitutus artibus humanioribus tantiſper operam accommodauit, donec Magiſterij gradum adeptus eſſet. Poſt promotionem annis aliquot cũ ſingulari delectatione in ſtudijs philoſophicis ſe exercuit priuatim: poſt vt vitæ ſuſtentandæ rectius conſuleret ad Matheſin animũ adiecit. An. deinde ætat. 24. vxorẽ duxit ciuẽ Louanienſem *Barbaram Schelleken*; ex qua tres filios & tres filias ſuſcepit. Mox cepit ad ſculpẽdas tabulas animũ applicare, exor-

Ad Matheſin animum applicat.

Coniugium Mercatoris.

bus & singulis scholasticis: eodem *Catechetam*, quo se haberent loco: secus qui facerent; in eos non minus grauiter se animaduersurum, ac si in seipsum deliquissent. Quæ res mirum dictu, quantum ad stabiliendam disciplinam roboris attulerit: cum discipuli in infimorum etiam præceptorum persona Rectorem venerarentur, & collegæ eundem, tanquam authoritatis suæ propugnatorem, studiose obseruarent *Illud* etiam vinculum disciplinæ minime fuit postremum: quod lecti ex scholasticis duo *Censores*: qui vitam & mores cæterorum inspicerent: & de petulantium leuitate ad prætorem ac senatum referrent. Floreant enim in ea schola bonæ leges, vigeat disciplina necesse est: in qua discipuli ipsi & legum & disciplinæ fideles sunt συνεργοί. 4.

Mores Ludouici.

Vita & moribus ciuilibus fuit eiusmodi: vt nihil ambitiosum, nihil affectatum, nihil remissum in eo appareret. Ab auaritia & sordibus quam longissime aberat. Vultu, gestu, vestitu, erat eo, qui & grauem & senem virum deceret. Curiositatem, quæ alienis negotiis se temere admiscet, ex animo odit, crebris sermonibus Platonis illud vsurpans: ἥδιστόν ἐστιν, ἐν τῷ βίῳ τὸ τὰ αὐτοῦ πράττειν: *Dulcissimum vitæ genus est, agere sua.* Conuiuijs, nisi litteratorum & intimorum amicorum, raro ille interesse.

De absentibus male loqui indignissimum iudicabat homine Christiano. Erga parentes ita se gerebat: nemini vt vnquam iustam de se conquerendi causam dederit. Iam fortitudine philosophica (hac enim voce delectabatur) erat tanta: vt in maximis ærumnis maximum animum præ se ferret. Vidit morientem in complexu suo matrem charissimam: vidit suauissimas duas vxores *Martham Ritterianam & Catharinam Goriciam*, in primo amoris coniugalis flore exspirare, liberorum, tum ex prioribus duobus, tum ex tertio matrimonio cum *Annæ*, magni illius Ottomanni filia, contracto, susceptorum funera non pauca extulit. Vt mala publica & pericula, quæ illi in functione fuerunt plurima subeunda, omittamus. Sed ipsum neque calamitatis alicuius vis, neque periculi tempestas, à constantis animi officio potuit dimouere.

Postremus vitæ actus.

Cæterum non solum bene viuendi, verum etiam beate moriendi exemplum nobis reliquit Ludouicus. Cum enim triennio ante obitum paralysi tactus, facile intelligeret, breui se ex hac schola in cœlestem auocatum iri: cœpit ea agere, legere, meditari, quæ ad εὐθανασίαν, & beatam ex hac vita migrationem pertinere viderentur. *Martinus Mollerus*, vir pius iuxta ac doctus, libellum meditationes mortis continentem paulo ante ediderat.

Martinus Mollerus.

Latinorum Quintiliano visus est: qui cum optimi alijs ad eloquentiam duces essent & magistri: eloquentes ipsi non fuere. Hic & dux & magister ad dicendum erat optimus: idemque omni laude cumulatus Orator. Porro inter sapientiæ scholasticæ Ludouici exempla neque minimum neque postremum putamus fuisse: quod ab Gymnasio illo *academicos* professores omnes voluit excluſos. Sic enim ille secum: si pietatis veræ fundamenta in hoc ludo iecerint mei; si linguæ Latinæ & Græcæ notitiam sibi, tum ex autorum optimorum interpretationibus, tum ex quotidiani styli exercitationibus compararint: si Grammaticæ, si Dialecticæ, si Rhetoricæ vsum in poetarum & oratorum resolutione, proprijsque compositionibus perspexerint: nulla Physica, nulla Ethica, nulla Mathesis, Medicina, & Iurisprudentia nulla, erit tam excelsa tam ardua: ad quam non facili tramite tot subleuati * curis conscendent. Cum autem perinde, vt in eruditione & dexteritate docentis, salus studiorum; ita in disciplina salus vitæ ac morum iuuentutis inclusa sit: fuit, si quisquam alius, Ludouicus disciplinæ scholasticæ amantissimus: quo auctore bonæ leges latæ, quo vindice, eædem fuerunt conseruatæ.

Excludit Academica studia.

* *Forte alia.*

Disciplina scholastica Ludouici.

In quo si qui sunt, qui eum vt nimis rigidum ac seuerum culpare non erubescent: ii per mihi similes esse ægrotis delicatioribus videntur, de medicamentorum amaritie conquerentibus: facereque adeo non possunt: quin eadem opera de sua nequitia fateantur.

Suppetebant autem Ludouico, quæ quidem ad disciplinam custodiendam pertinerent, diuina pariter & humana subsidia. Etenim *autoritate* à Deo armatus erat tanta: vt ad eius, tanquam ad Æneæ Virgiliani conspectum, imo aduentantis strepitum, discipulorum omnium ora conticescerent. Iam *vita ipsa* ita erat comparata: vt pietatis, modestiæ, temperantiæ, grauitatis, & cuiusuis virtutis pulcerrimum in ea specimen appareret & exemplar. Atque vt *Polycletus* insignis statuarum opifex vno eodemque tempore, & librum de artificio suo edidit, quo omnia, quæ in fingenda hominis statua, obseruari conueniret, maxima minima persecutus est: & statuam à se factam publice spectandam proposuit: in qua ea omnia diligentissime obseruata erant: sic quæ Ludouicus bene viuendi alijs tradebat præcepta, ad ea vitam suam optime conformatam ostendebat. Etsi autem nouerat, qua apud omnium ordinum discipulos autoritate esset: non tamen idcirco, qui multorum mos est, inferiorum classium præceptores contemnere: verum imperare omnibus

Nerui disciplinæ.

1.

2.

Polycletus.

3.

Mutua cum facerent grauibus conuicia verbis.

Quem quidem Agamemnonem, rixa iſta non gauiſurum fuiſſe, Plutarchus addit: niſi is præſtantiſſimorum heroum æmulationem & diſceptationem magno Reipub. bono eſſe duxiſſet. Præterea exercitationis Oratoriæ in vtraque lingua gènus eſt nullũ: quod non in ludo illo Auguſto viguerit. Scripta proponebantur ſingulis hebdomadibus ſingula. Declamatores frequentes, & quidem bini, ſemper de cœtu ſcholaſtico legebantur: qui in ſuggeſtu publico perorarent, & de palma oratoria, ſcholaſticis ipſis arbitris, dimicarent. *Iudicia* exercebantur ſingulis fere menſibus *ſcholaſtica*: in quibus lectis ex eruditorum adoleſcentum curia ſuffragijs omnium tribuum, *Prætor* vnus, *Cenſores* duo, *ſenatores* nouem conſidebant; & poteſtate à præceptoribus armati, audiebant maximo omnium tribuum concurſu illum quidem de commilitonis alicuius petulantia conquerentem: hunc obiecta ſibi crimina infirmantem ac diluentem. Atque hoc æquiores quiſque iudices iſtos habuit: quo melioribus & ſententijs & verbis ornatam orationem pronunciauit: acciditque ſæpe numero; vt omnem iniuriæ aut nequitiæ, quamlibet manifeſtæ, opinionem, comptus & terſus defenſoris ſermo exſtingueret. Quod ſi condiſcipulorum nemo eſſet, qui iure accuſari poſſet: iuſſi aliqui contra Ciceronem ipſum dicere: & quem ille ſua eloquentia in ciuitatem Romanam intulit Archiam: eum florida dicendi vi eadem vrbe eijcere: quam ille Verris exiſtimationi & nomini adſperſit maculam; eam lactei ſermonis aqua rurſum eluere.

Exercitia oratoria.

Forum ſcholaſticum.

Declamationes anti Ciceronianæ.

Fuit inſuper *poëſis* multos iam annos quaſi propria illius ſcholæ, ab eo inde tempore, quo *Ioachimus Meiſterus* poëtarum illo ſeculo, ſi elocutionem Virgilianam ſpectes, facile princeps, moderari ſtudia iſta cœpit. *Exercitia* denique *Græca, in Iſocratu, Demoſthe.., Homeri, Heſiodi*, aliorumque auctorum imitatione, quotidie tradebantur, non ſine magnis illa quidem Ludouici & Mylij laboribus, ſudoribus, vigilijs; ſed quibus cum exercitationum ipſarum vtilitas, tum flagrantiſſima cupiditas, ſtudia diſcentum omnibus modis adiuuandi omnem laborem non modo facilem ac tolerabilem; verum etiam dulcem iucundumque reddidit.

Exercitia poëtica.

Item Græca.

Quæ & cauſa fuit cur optimus Ludouicus in tot tantiſque exercitijs diſcipulorum oratorijs non conquieſceret: ſed cathedram ſæpius ipſe conſcenderet: &, quam diſcipulis commendabat quotidie eloquentiam, eius viuum in ſeipſo exemplum oſtenderet.

Ipſe præit ſuo exemplo ad eloquentiã.

In quo felicior doctis Græcorum Hermogene, felicior

nisi qui antiquitatis doctrinam probe haberet cognitam & perspectam : mature ille adultiores monere, hortari, obtestari: phrasin matris Ecclesiæ expenderent : in vetustiorum patrum sententias inquirerent: controuersias veteres cum nostris studiose conferrent. Atque vt suo illis exemplo præiret : *doctrinam & certamina Synodi Ephesinæ* ex veterum patrum scriptis collegit: *Cyrilli de persona filii Dei* phrases cum Melanchthonianis ingeniose contulit: & tantum labore isto est assecutus; vt de eo publicato magni nominis Iureconsultus, *Christophorus Hegendorphinus*, ad nobilissimum virum *Iacobum Monauium* scripserit: non dubitare se; quin Ecclesijs multis veritas in illo articulo restitui scripto isto possit.

Scripta Theologica Ludouici.

2. dexteritas docendi in artibus.

Vt autem Theologiam sincere docuit: ita & reliquas artes singulari iudicio ab eo sunt propositæ. In *Grammaticis, in Rhetoricis, in Dialecticis*, nihil ille otiosum, nihil superuacuum patiebatur, quippe qui longo rerum vsu didicerat: longe præstabilius esse, *ἐπὶ τῶν χρησίμων εἰκῆ δοξάζειν, ἢ περὶ τῶν ἀχρήστων ἀκριβῶς ἐπίστασθαι*, hoc est, *de rebus vtilibus mediocres opiniones habere; quam superua eorum exquisitam cognitionem.* Itaque *de modalibus, de reductione & mixtione syllogismorum, de demonstratione* Peripateticorum non multum Ludouicus verborum facere; sed id agere vnum: vt quemadmodum ex Grammatica bene scribere, ex Rhetorica bene dicere, ita ex Logica bene differere discerent adolescentes.

Isocrat. orat. 10.

Enarratio auctorum.

Cumque illi optime constaret: artes Logicas vsu esse coniunctissimas: in *Cæsaris, in Ciceronis, in Virgilii, Isocratis, Homeri*, aliorumque Græcorum iuxta ac Latinorum authorum expositionibus, id operam dabat: vt Grammaticam in illis vocum connexionem, Rhetoricum ornatum, Dialecticam inuentionem & dispositionem monstraret. Et qui hæc in scripto quoque distincte peruidere posset adolescens: eum ablegandum ex sua schola, & in alicuius Academiæ illustris spacia mittendum censebat.

Exercitia disputationum.

Cum autem præclara illa differendi disputandique consuetudo, ad nostram vsque memoriam, constanter in Academijs esset seruata: non passus est Ludouicus id exercitij genus à scholæ quoque suæ alumnis desiderari. Sententias ex media Philosophia & Theologia excerpsit eas, de quibus magna opinionum inter eruditos hodie varietas est & discrepantia: vocabat in certamen adolescentes: quorum ex contentione non minorem venerandus senex capiebat voluptatem, quam Homericus ille Agamemnon ex rixa Achillis & Vlyssis:

Muna

inus proprietatis in lingua ſua laudem huic concedere ſolitos: qui audita Ioachimi Meiſteri in ſermone Græco promtitudine & Laurentii Luodouici in eodem puritate, exclamare aliquando in perpetuam non dico vrbis Gorlicenſis, ſed Germaniæ vniuerſæ gloriam, non dubitarunt: *Ἰταλία βαρβαρία, Italia nil nſi barbaries eſt*, ad Germanorum in Græca lingua diligentiam comparata.

In *lingua* etiam *ſancta* ſtudio non mediocrem curam conſumpſit: qui voces Hebraicas à capitibus ſuis deducere ingenioſe, ſignificata earum propria argute eruere, ex ſignificatis doctrinas vtiles & neceſſarias elicere erudite didicerat: quemadmodum ſpecimina eius rei plurima ab eo vel in ſola *Threnorum Ieremiæ* explicatione ſunt edita.

In *philoſophia* & artibus dicendi, & illa rationis & indicii informatrice Logica, fuit multum diuque verſatus, vti & in ſtudio eo, quod profitentur ii, qui Theologi vocantur; quo ita delectatum illum ſcimus: vt omnes animi ſui delicias ex eo fere ſolo duxerit petendas.

Atque hac tot tantarumque rerum ſcientia cum excelleret: illud memorabile eſt: quod ſapientiam quoque in proponendo, & dexteritatem in tractando pene diuinam adhibuit. *Dexteritas docendi in Ludouico.*

Caput ſtudiorum omnium pietatem eſſe dicebat: quam cum diſcipulorum animis firmiter vellet impreſſam: non ille dictatis ſuos onerare: non in aduerſarios declamitare; ſed fundamenta monſtrare ſolebat religionis Chriſtianæ: quam qui didiciſſent: ij nullo negotio ex horum temporum controuerſiis ſe poſſent expedire. 1. *in ſacris.*

Cæterum magno conſilio *libellos* ſibi *duos* delegerat, vnum *confeſſionis Augustanæ*, alterum *Examinis Theologici*: quorum vtrunque ex mente & conſenſu autoris interpretabatur.

Cumque in his tanquam in tabella, totius Theologiæ capita iuuentuti ob oculos poſuiſſet: ad fontes ipſos, ex quibus libelli illi ducti, deueniebat: & cum alia in codice ſacro, tum auream illam *ad Romanos epiſtolam*, magna cum audientium voluptate, explicabat: in omnibus *Μελάγχθονα ζηλώσας ἀκριβῶς*. Vt autem Zeno poſtquam ex oraculo audijſſet: *tum demum optime ſe victurum, ſi mortuis concolor eſſet*: ad legendos antiquorum libros totum ſe contulit: ita cum ex communi Germaniæ oraculo, Melanchthone Ludouicus ſæpius audiuiſſet: *neminem quemquam feliciter in enodatione controuerſiarum huius ſeculi verſari poſſe*: *Oraculum Zenoni datum.*

Edit scripta Trocedorfii.

ret: edidit anno sexagesimo tertio *Trocedorfii precationes*, Latino & Germanico idiomate, eiusdem *Rosarium*: *& dicta Biblica* ab eodem Trocedorfio exposita. Cumque perinde vt olim Anacharsis, ideo in contubernio eruditorum, quam in aula viuere mallet, vt aliquando doctior & melior in patriam redire posset: magisterij Philosophici testimonium à Decano petiit anno sexagesimo quarto, mense Februario: idque magno ordinis philosophici applausu est consecutus. Annos septem & amplius in Academia vixerat: cum inclytus Görlicensis vrbis Senatus, Dei Opt. Max. & inuictissimi imperatoris Maxæmiliani II. auspicijs: suo vero studio, cura, solicitudine in Minorum fratrum Monasterio scholam aperuit.

Gymnasium Gorlicense apertum.

In qua cum deliberato consilio omnia ad Melanchthonis præscriptum idem amplissimus Senatus agi vellet; ad scholasticam gubernationem vocauit M. *Petrum Vincentium*, eloquentiæ laude clarissimum, olim in Academia Wittenbergensi professorem, & cum illo hunc *Ludouicum*, ab ipso Vincentio designatum. Qua in functione scholastica vsque adeo præclare se gessit: vt exacto quadriennio, Vincentio iam auocato exæquatam consequeretur cum *Ioachimo Meistero*, clarissimo poeta & oratore, potestatem: & hoc, anno octuagesimo quarto, ab amplissimo Senatu Bremensi auocato, solus scholæ Rector declararetur. Ac fateri collegas, fateri discipulos necesse est, quoad vixit Ludouicus, vixisse cum eo exemplum professionis legitimæ, exemplum disciplinæ scholasticæ conseruandæ. Professionis legitimæ causa minime obscura erat.

In eo munus docendi ei oblatum.

Nam quæ res ad recte docendum duæ requiruntur maxime, eas ambas ad scholasticam functionem attulit: *eruditionem* excellentem & *dexteritatem tractandi artes* singularem. Nam, quod scite Melanchthon de sapientissimo Saxonum Principe dixit: *Legisse illum de omnibus virtutibus id, quod venustissimum est*: referre pulcre ad Ludouicum possumus: qui ex omnibus linguis & artibus id, quod vtilissimum, hauserat. Sermonis *Latini* singularis in eo lepos, & summa suauitas, quem ita temperare norat: vt nec humi serperet, nec ad tumidorum oratorum fastum assurgeret. Neque id vero in eo homine mirum, qui scriptores Latinæ linguæ ad vnum omnes diligenter accurate peruolutarat: & ex vno illorum quolibet elegantiæ Latinæ florem, apiculæ instar, depascere consueuerat. *Græcarum literarum* ita fuit peritus; vt Græcos ipsos, qui patriarchæ Constantinopolitani literis Ecclesijs Christianis commendati, in ea loca venerant, memineri-

Duo in scholastico munere requiruntur.

Eruditio Ludouici.

mus

Contigit autem ei diuinitus: vt cum nondum integrum mensem in famulatu fuisset, inclinatione voluntatis in eum propenderent generosi iuuenes *Christophorus Donaus & Ioannes à Kitliz* Barones; qui & domum suam eum receperunt, priuata Ludouici institutione informandi: & illius studia sua ope & liberalitate adiuuerunt. Atque hoc tempus illud est: quo conspicua fortunæ Laurentianæ immutatio facta est. Tum enim respirare paululum ab adolescentiæ suæ miserijs cœpit, & veluti apicula, quæ per hyemem intra alueolos conclusa, vere nouo libero aëri se credit, & ex fragrantissimis flosculis, quod dulcissimum est exsugit: ita Ludouicus libertati restitutus, nunc has nunc illas professorum lectiones frequentare: cum disputatoribus de rebus vtilibus conferre: denique quod iucundissimum sibi videretur, domum comportare.

Christoph. Donaus & Io. à Kitlitz. Barones.

Ab iis Ludouico auxiliũ.

Platonem lætatum fuisse accepimus; quod sua natiuitas in ætatem Socratis incidisset: longe maiorem lætandi causam Ludouicus habuit; quod studia illius Academica in Philippi Melanchthonis, Phœnicis illius Germaniæ, ætatem inciderunt: à quo non tantum bonarum artium, verum etiam & Socrati & Platoni ignota pietatis veræ capita didicit. Ac quanti ipse fecerit Melanchthonem vel ex eo colligere est; quod vir alioqui minime gloriosus, de hac vna re sæpe numero gloriari solitus est: quod *Trocedorfium* in adolescentia, in iuuentute *Melanchthonem* præceptores inuenisset. Melanchthone curis, solicitudine, precibus pro Ecclesia fusis, decimo nono Aprilis, anni sexagesimi, consumpto, & eiusdem mensis die vigesimo tertio honorifice sepulto, Ludouicus memor illius Strabonis, ὅτι ἐν μεγάλῳ τίθεται, πολλῶν ἀνθρώπων ἰδεῖν ἄστεα, καὶ νόον γνῶναι: ad nobiliores Germaniæ prouincias peregrinationem instituit: comitatusque *Iohanne Egrano*, iuuene doctissimo, *Misniam, Thuringiam, Franconiam, Bauariam, Sueuiam, Palatinatum Rheni & Hassiam* peragrauit: & quæ in vnaquaque istarum prouinciarum visu digna, oculis collustrauit. Verum vt sunt omnia nostra ξύμμικτα: sic tempore peregrinationis in animo quidem Ludouici liberalis voluptas; sed in corpore grauis morbus natus est: qui eum Wittembergam reuersum tantisper maxime afflixit; dum medicamento singulari *Casparis Sturionis*, Diaconi Wittembergensis, cura & artificio confecto, venenum in itinere collectum abigeret.

Melanchthonem audit.

Peregrinatur post obitum Melanchth. Io. Egranus.

Morbus ex peregrinatione. Caspar Sturio.

Baronibus illis, de quibus modo dictum anno sexagesimo primo complures alii se associarunt, ex Nobili *Nostitiorum* familia orti, quorum animos liberali disciplina expoliuit Ludouicus.

Vt vero otij sui Academici rationem alijs quoque redde-

desperatione ne debilitentur: studiorum curam ne abiiciant: ad artes ignobiliores ne statim se conferant. Nam si ad naturam, quantumuis hebetem, contumax quædam diligentia accesserit; potest nihilominus aliquid præclarum & singulare existere. Laborando, conando, perferendo Græci peruenerunt ad Ilium. Præterea non vna in principio calamitas Ludouicũ afflixit.

Sæpe mutat scholas Ludouicus. Varie iactatur.

Sexies scholas, quas triuiales vocant, mutauit. Habuit illum *Leonalla, Boleslauia, Leoberga, Lignitium, Goldberga*: & non multo post *Francofurdia*: ex qua rursus Goldbergam profectus est. Pestifera *lues* Goldbergæ grassans, anno millesimo quingentesimo quinquagesimo tertio Francofurtum exegit: *incendio*, cum vix pedem in oppidum Goldbergicum peste liberatũ retulerat, oppidum totum & literaria etiam Ludouici supellex perierunt. *Paupertas* adeo eum pressit, vt ipsemet in diaria sua retulerit: se, cum de consilio M. *Silleri & Trocedorffii*, exiguo precio inductus alphabetarium præceptorem in schola Lignicensi ætatis anno decimo octauo egisset: non semel cupidum cibi & potus stomachum melioris fortunæ spe saturasse. Et tamen nulla ærumna, nulla calamitas fuit tanta: quæ Ludouicum ab artium ingenuarum cultura posset auocare. Erat iam tum *Valentini Trocedorffii, Martini Taburni, & Georgii Helmerici* præter cæteros nobilitata eruditio: studiaque linguarum & eloquentiæ in ludo Goldbergico vehementius, quã in alijs Silesiæ oppidis, colebantur. Itaque viros illos, quos dixi, attente inprimis audiebat tantumque studio summo & exercitatione crebra perfecit: vt dexterrimus ingeniorum æstimator Trocedorfius, & hoc è viuis sublato, Martinus quoque Taburnus è magno discentium cœtu hunc sibi deligerent: in quem officia liberaliter conferrent: & vim quasi quandam amoris effunderent. Et profecto si quis fuit qui Trocedorfianam in docendo perspicuitatem admirabili solertia consecutus est: fuit is Laurentius Ludouicus. Iam Taburno adeo carus fuit: Vt in Academiam Wittembergensem iturus, cum vitæ & doctrinæ testimonium sibi dari petijsset, nihil aliud ex eo audiret, nisi hoc;

Præceptores.

Trocedorfii & Taburni de Ludouico iudicium.

Tu testimonium tuum tecum fers.

Abit Wittembergam Ludouic.

Annus erat à nato Christo millesimus quingentesimus quinquagesimus octauus, cuius ineunte vere in celeberrimam Saxonum Academiam venit, liberalissimis studijs, ac doctissimis professoribus tum temporis affluentem. In qua etsi occasionem discendi præclaram fuerat nactus; durissimo tamen apud doctorem quendam famulitio adstrictus, reipsa didicit *nihil fieri altum & magnum, quod non antea humile fuerit ac depressum.*

Ibi famulatur.

Con-

post meridiem, editum ager *Sibelonius* excepit: is, qui adiacet *Leobergæ* vrbi in Silesia nobili & copiosæ, in cuius solo bonorũ ingeniorum semina quædam sparsa esse dixerit: qui *Ioannem Langium*, Electorum Palatinorum Archiatrum; qui *Ioannem Reinmannum* I. C. & Cancellarium Ligio Bregensem, qui *Reusneros*, qui *Sueuos*, aliosque doctrinæ laude florentes viros, consiederauit: qui omnes ex fertilissimo Leobergensium solo enati. *Patria.* *Leoberga.* *Ioha. Lang.* *Iohan. Reinman.*

Parentibus editus est haud maximis quidem fortunis: vitæ tamen integritate plenis: & qui beatam illam, & à poetarum numinibus Horatio Virgilioque tantopere celebratam agricolarum vitam in agro Sibelonio transegerunt: patre *Iohanne Ludouico*, qui ad summã senectutem, vt & auus, *Iacobus Ludouicus*, peruenit: matre vero *Anna Sueuia*, in quam clara Ludouici pietas extitit: qui cum Gorlicij professor esset designatus, illam marito orbatam ad se adduci iussit: & maximis officijs illius ærumnam & solitudinem, quoad vixit, sustentauit. *Parentes Ludouici.*

Cæterum cum in vita ciuili & vrbana rudiore fuisset educatus: mores quoque austeriores induit: quos tamen maximam partem elegantiores reddidit: postquam præcepto Platonis Xenocrati Philosopho dato, obsecutus, *rem diuinam Gratijs fecisset*: & quibus ætas puerilis ad humanitatem informari solet, ijs artibus totum se dedisset Quod si quæ etiam in adulti moribus resedit austeritas: illa tamen eiusmodi fuit: quæ illius in gubernatione scholastica auctoritatem mirum in modum corroboraret.

Missus in ludum literarium à parente ætatis anno septimo, in scholis patriæ ad annum vigesimum secundum substitit. In quo contra illi ac plerisque alijs viris doctis accidit. Sic enim plerunque initia disciplinæ eruditorum hominum se dederunt: vt statim aliquod animi & ingenij lumen in ijs eluxerit.

Hic autem Ludouicus quam nam alicuius eruditionis spem afferre præceptoribus suis potuit? qui in quartum annum in schola *Leouallensi* commoratus, ne literas quidem ad conuenientem lectionem apte copulare didicerat: qui *Bolesłauiæ* Martini Ionæ tres annos frequens auditor fuit, sed primæ Grammaticæ elementa non assecutus est. In causa quid fuerit si quis quærit, tarditatem quandam ingenij nominabo: quam ipsummet Ludouicum in se agnouisse probe meminimus. *Ingenio fuit hebetiori.*

Atq; hoc discentes obseruent: vt si qui ex eorum quoq; cœtu sint, quibus nascentibus *Mercurius in horoscopo* non fulsit: ij *Studia non statim deserẽ da tardioribus.*

despe-

plus ſua arte ornamenti adferret. Hic ob ſuauiſſimas compoſitiones, iucundiſſimos mores, apophthegmatum & iocorum vbertatem, linguarum peritiam, Duci chariſſimus fuit. Sequenti ibi ſtatim anno vxorem duxit ex pediſſequis gynæcei Bauarici: ex qua liberos elegantiſſimos annis ſubſequentibus ſuſcepit.

Præficitur ſacello Muſico.

Deinde anno ſexageſimo ſecundo ſacello muſico præfectus ſub ſe muſicos toto orbe clariſſimos, ex longe diuerſiſſimis nationibus conuocatos, habuit, ſubinde etiam in Belgium & Antuerpiam excurrens, principi ſelectiſſimos cantores ſecum adduxit. Componere cantiones cœpit admodum quidem iuuenis: ſed in aula Bauarica aſſidua exercitatione habitum illum ita confirmauit; vt toto orbe clariſſimus, & principibus ac regibus pleriſque omnibus commendatiſſimus muſurgus & phonaſcus fuerit.

Opera Orlandi.

Extant Orlandicæ compoſitionis plurimæ cantiones cum varijs Mutetis, quatuor, quinque, ſex, octo & plurium vocum: aliaque permulta, Noribergæ, Monachij, Venetijs, Florentiæ, Neapoli, Antuerpiæ, Lugduni, Pariſijs edita, quæ enumerare ſuperuacaneum ducimus.

Obitus.

1593

Ad vitæ tandem exitum vocatus eſt hic Germaniæ Demodocus & Amphion, Monachij in Bauaria, Anno nonageſimo tertio, ſupra mille quingentos, die decimotertio Iunij, ætatis ſeptuageſimo tertio anno: cum ſereniſſimorum Boioariæ principum *Alberti & Guilielmi* muſicæ magiſter per integrum vicennium, & à Maximiliano II. Cæſare nobilitate donatus, & à ſummis Imperij principibus ac proceribus ſumme honoratus fuiſſet. In eum exſtat hoc *Pauli Meliſſi* epigramma:

Epigramma in eum Meliſſi.

Bruta Orpheus, ſaxa Amphion, delphinas Arion
Traxit: at Orlandus poſt ſe terramq; fretumq;
Poſt ſe traxit item molem totius Olympi.
Quanto igitur maior, quantoq; potentior vnus
Orlandus tribus his, Amphione, Arione & Orpheo.

Pantaleon lib. 3. Proſopogr. N. Reuſnerus in Iconibus: vbi & eum natum vult anno trigeſimo, mortuum anno octuageſimo quinto, ætatis quinquageſimo quinto.

LAVRENTIVS LVDOVICVS.

N. 1594. d. 15. April S. N. ætat. 58.

Laurentium Ludouicum in lucẽ hanc anno trigeſimo ſexto, ſupra mille quingentos, die nona Auguſti, hora quarta poſt

phontis verſionem ab annis circiter octodecim: poſt tredecim aut quatuordecim amplius annis ſibi non viſam: ſed cum è ſua ſupellectile libraria, militum incuria, belli tempore aliquot libri incendio perijſſent: neſciuiſſe, an in illorum numero Xenophon à Leonclauio verſus, fuiſſet. Tandem, interiecto anni amplius ſpacio, librum inuentum fuiſſe, ſitu obſitum, & membrana craſſa, qua inuolutus erat, conſeruatum. Sed de hoc, quod quiſque volet. *Ex præfationibus & ſcriptu Leonclauii.*

ORLANDVS LASSVS.

A. 1593. die 13. Iunii, ætat. 73.

MVſicorum hic noſtri ſeculi princeps *Berga* in Hannonia natus eſt, anno Chriſti milleſimo, quingenteſimo, & viceſimo: quo Carolus quintus ſolennibus ceremonijs Aquisgrani eſt inauguratus. Ipſe ſeptem annorum puer ad ſcholas perductus: poſt ſeſquiannum ad Muſicam eſt adhibitus, qua celeriter feliciterque percepta, puer etiamdum vocis claritate & ſuauitate mire fuit omnibus gratus & iucundus. Hanc ob vocis ſuauitatem, dum inter ſymphoniacos pueros ageret, ter plagio ſublatus, atque bis ſolicita parentum cura reductus eſt: tertio ſcholam non repetijt: ſed cum *Ferdinando Gonzaga*, prorege Siciliæ, tum temporis Cæſarearum copiarum, apud Sanctdeſiderium duce, lubens manſit. Cum hoc ſoluta Belgica expeditione, diſceſſit: & partim in Sicilia, partim Mediolani, eidem adhæſit: donec poſt ſexennium vocem, vt fit, mutare cepit.

Berga oppidum.

Muſicæ peritus.

plagio ablatus.

Ferdinandus Gonzaga.

Cum eo abit Orlandus.

Decimo ergo octauo ætatis anno à *Conſtantino Caſtrioto* Neapolim ductus, ibi cum *Marchione de la Terza* tribus circiter annis vixit. Inde Romam venit, ac hoſpes archiepiſcopi Florentini fuit ſex menſibus: donec ad S. Ioannem Lateranenſem vniuerſo Muſico ſacello, Romæ longè celeberrimo fuit præfectus. Inde poſtea peracto biennio, cum ob morbos parentum in patriam reuocaretur, eos autem ſerius aduentans, mortuos reperiſſet, cum nobili viro *Iulio Cæſare Brancacio*, Muſices cultore, primum in Angliam; deinde in Galliam, regna illa perluſtrandi gratia profectus eſt. Tandem inde reuerſus Antuerpiæ manſit duobus annis inter viros doctiſſimos & nobiliſſimos; quos vndiq; in Muſicis excitauit; & à quibus ipſe contra ſumme adamatus honoratuſq; fuit.

Neapolim ducitur.

Inde Romã.

Vbi ſacello Muſico præficitur.

Peregrinatur.

Antuerpiæ ſubſiſtit.

Ex eo loco, anno quinquageſimo ſeptimo ſupra ſesquimilleſimum, ab *Alberto* Bauariæ duce, ſummo omnium Germaniæ principum muſices Mæcenate, vocatus eſt Monachium cum alijs Belgis, vt ſacello muſico iam dudum celeberrimo;

Ab illuſtriſſ. Bauariæ duce vocatur.

plus

Historiæ Turcicæ.

profectionibus bonam Orientalis Imperij partem peragrauit: ac Constantinopoli, & media in Turcia, ex ipsorum met Turcorum scriptis, magno labore accuratoque studio, multa congessit posteritati profutura. Euulgauit enim *historiæ Muselmannæ* Turcorum, de monumentis ipsorum exscriptæ, *libros* octodecim: quibus accesserunt commentarij duo, Libitriarius index Asmanidarum, & Apologeticus alter. De Græcis Latinos fecit annales *Constantini Manassis*, & annales *Michaelis Glycæ*, Bizantinam historiam vniuersam exhibentes. Annales etiam *Sultanorum Othmanidarum*, à Turcis sua lingua scriptos, & studio Hieronymi Beck à Leopoldsdorff Constantinopoli aduectos, iussuq; Ferdinandi Cæsaris interprete Turcico I. Spiegel Germanice translatos, Leonclauius Latine redditos illustrauit & ad annum 1588. vsque auxit. *Laconicum* præterea *Chalcondylem & Prætorem Græciæ* transscripsit, ediditque Constantini Imperatoris ad Romanum filium, de summa totius Imperij, de sociorum federibus, de hostium viribus, rationibus, & consiliis luculentissimos commentarios. Tum ad ius Græcorum ciuile canonicumque augendum & illustrandũ additamenta Latio donauit. Euulgauit cum annotationibus *sexaginta librorum βασιλικων* hoc est vniuersi iuris Romani, auctoritate principum Romanorum, in Græcam linguam traducti, *Eclogam siue synopsim*, ante non visam: item Nouellarum antea non publicatarum librum. Monumenta item *Gregorii Nazianzeni*, suo tempore κατ' ἐξοχὴν Theologi nuncupati, quæ ad nos saltem peruenerunt, ab ipso Latine facta exstant, quibus adiecit explicationes Græcas, & commentarios à se conuersos. Paulo ante mortem etiam *Dionis Cassii Cocceiani* historiæ Romanæ libros auctos & expolitos, post Xylandrum foras dedit cum notis. *Xenophon* denique tertia eius lucubratione prodiit, posthumus fetus. Et vero cur toties vertendi & illustrandi laborem huic auctori impenderit, causa non fuit nulla. Nam & historiam scripsit, qua nihil esse iucundius potest: & optimarum Rerumpub. status depinxit, quo nihil præclarius: & doctrinam, quæ est de moribus, ex sapientissimi viri Socratis scholis ac disputationibus illustrauit, quo nihil ad hominũ vitam vtilius: & tuendæ rei familiaris præcepta dedit, quod certe ad vniuersos pertinet.

Xenophon tertium ab ipso illustratus, & cur.

Lis I. Leonclauii cum Stephano critica.

Litem tamen ei super ista interpretatione Xenophontea criticam & Grammaticam mouit *Henricus Stephanus*, vir & typographus clarissimus, edita in eius errores insignes inquisitione autoschediastica. Contra & Leonclauius de Stephano conqueritur, quod contra fidem datam, & præter officium viri boni, Xenophontis à se Latine redditi exemplar, sicut & Zosimi, detinuerit. Et fallus est Stephanus, accepisse se illam Xenophontis

bus aduersis, erat patientissimus: sub potenti DEI manu se humiliabat: & edita confessione aliquoties publice & priuatim vsu Cœnæ Dominicæ fidem suam deuote confirmabat. Erigebat se indesinenter diuinæ scripturæ consolationibus, & auxilium DEI ardenter inuocabat, & sui liberationem constanter exspectabat. Venit ergo Dominus, & spiritum Heilandi, vitæ huius miseræ & caducæ saturum, ad alteram illam veris refertam & perpetuis gaudijs traduxit *Pridie Pentecostes*, hora matutina octaua Anno 1592. postquam in corpore peregrinatus erat annos *quinquaginta octo & menses decem*. Funus ei factum est frequentissimum & exequijs itum ab Academia atque tum scholæ tum oppidi ciuibus. Successorem habuit tum in Stipendiaria tum in Academica statione M. *Vitum Müllerum*; cui adiunctus fuit M. *Samuel Magirus*, Musicæ in Academia illa professor, D. Ioan. Magiri Præpositi Stutgardiani filius. Ex *orat. funebri habita ab Erhardo Cellio, Professore Tubingensi.*

Obitus Heilandi.

IOANNES LEONCLAVIVS.

Ω. 1593.

HIC nobili genere ortus Amelburni in Westphalia, nobilior eruditione rara, & linguarum complurium fuit cognitione. Biennium fere in aula ducis Allobrogum *Emanuelis Philiberti, & Caroli*, Emanuelis filii, patre suo rebus humanis exempto, degit, ab illustri Barone, fortissimoque militum duce, *Lazaro Suendio*, qui in Musarum cum Marte coniunctione plane Xenophontizauit, ad eos principes missus. Ibi tum Taurini adolescens *Xenophontis librum*, præcepta *rei equestris* explicantem, de Græco in Latinum transtulit.

Familia & eruditio eius.

Agit in aula ducis Allobrogum.

L. Suendius.

Habuit deinde eum illustris & generosus *Carolus*, Baro *Zerotinius*, in multis itineribus comitem, & aliquot annorum interuallis domesticum. Vixit & aliquantisper apud generosum baronem *Kitlizium*, in ocio literato, aulicæ tyrannidis splendidam miseriam non vnius assis æstimans. Haidelbergam ab illustrissimo Heroë *Casimiro* vocatus, vt esset, qui iuuaret literas Græcas: antequam eo venit, ille iam funus erat. A laboriosa tandem ærumnosaque statione, diuinitus sibi adsignata, ad beatam quietem transijt, anno nonagesimo tertio, supra mille quingentos, mense Iunio, Viennæ Austriæ: desideratus & deploratus à multis, tũ vel præcipue à *Paulo Melisso, Marquardo Friderо, Carolo Vtenhouio*, & alijs. Hic vir dum vixit, nunquã ocioſus vixit, etiã cum maxime esset ocioſus. Longis diuturnisq;

Inde cum Carolo Zerotinio.

Et B. Kitlizio.

Vocatur Haidelbergam.

Obitus Leonclauii.

Labores & scripta.

pro-

nutum meum se componens; iratum aliis mitigare est solita: consternatum singulari arte erigere; ac interim omnem rei domesticæ curam ipsa sola in se recipere; cum accurata παιδεία liberorum nostrorum &c. Amisi ergo virgens bonum; fecique iacturam irreparabilem. DEVS illi cum omnibus beatis felicem largiatur resurrectionem: mihi autem Spiritu Sancto suo adesse velit; ne acerbissimæ huic domus meæ calamitati succumbam. Hæc ipse. Nunquam postea, suadentibus etiam multis, adduci potuit, vt ad secundas nuptias, quamuis offerrentur multæ, transiret: viduitatem, orbati turturis instar, agebat, ab officio ne latum quidem vnguem recedens.

Viduus manet Heiland.

Mortem efficiunt tandem morbi, cuius sunt prodromi & operarii. Fuit autem Heilandus inde primis ab ætatis fere temporibus semper morbidus & valetudinarius, cum *febribus, debilitate stomachi, visusque imbecillitate* conflictatus: quos quidem morbos nocturnis lucubrationibus, & intempestiuis studijs ac laboribus, attraxisse existimatus est. Argentinæ enim & deinde Tubingæ ac alibi adeo deditus studijs fuit: vt raris corporis exercitijs vteretur, & sæpe sui adsidue sedendo quasi obliuisceretur. Hinc cum prædictis alij quoque se morbi coniunxerunt grauissimi: *calculi* nimirum & *renum* & *vesicæ*: cuius tandem etiam accessit incurabilis exulceratio. Etsi enim accuratæ diætæ fuit obseruantissimus, tenuissimo vsus vino, aqua, cereuisia, & alijs potionibus, exquisitis itidem cibis, nec Medicorum consilijs aut domesticorum ministerijs destitueretur, ad extremum etiam famosissima illa *Anwaldina Panacea* vteretur, quæ ipso nomine omnibus remedia morbis promittit: attamen neque hæc, neque alia omnia Heilando saluti esse potuerunt. Spem quidem optimam in sumpta illa diligentissime panacæa positam nonnulla corporis eius releuatio confirmauit: sed constans non fuit. Morbus ille vesicarius longe crudelissimus, crudum sanguinem, adeoq; carneam quasi materiam euehens, subinde statis temporibus redibat: vt quasi in possessionem immissus videretur. Dolores & cruciatus quidē quos ab illo tyranno perferebat, sine lacrymis ij qui inuisebant intueri vix potuerunt: neq; tamen tantus eum ab officio morbus auocauit. Sæpius ad mensam in Stipendio publicam adsedit officij ratione: cum interim sudorem ipsi morbus ita exprimeret, vt guttatim per faciem defluueret. Tandem ergo M. *Vitus Müller* linguæ vtriusque in Academia professor, parastates ipsi est prouide adiunctus: cum officij onera propter morbi grauitatem toties recurrentem, amplius sustinere non posset. Haud semel amicis reuelauit: vna sæpe nocte quadragies sibi leuandæ vesicæ causa (honos sit auribus) fuisse surgendum: ac pro qualibet vice sectionē dicti loci pati se maluisse In his tamē acutissimis doloribus, sicut & antea per omnē vitam in omnibus,

Valetudo eiusdem afflicta.

Panacea Anwaldina.

Adiungitur Heilando magister.

Vesicæ morbus.

ne ignarus. *Theologiæ* ſtudium nunquam deſeruit: & *conciones* in templo tamdiu calamo excepit, quam per aciem potuit oculorum. *Diſputationes* Theologicas pari diligentia frequentabat: & quæ vel in ſcholis, vel in concionibus audierat, in menſa, cui Doctorum Theologorum ſemper adſidet vnus, ruminabat. Hæc enim eſt Stipendij Principalis perpetua menſalis diſciplina. Accumbitur ab omnibus, oratur, ſurgit è ſtipendiatis per vices vnus, qui reliquis edentibus breuiter & erudite concionatur. Adſident menſæ & D. Superintendens, & Magiſter domus, & Procurator, quibus deinde ſe adiungit is, qui concionem habuit, de qua illi cum hoc conferunt, erudiunt, confirmant, quæ res vberiorem præbet explicandi ac diſſerendi occaſionem. *Diſciplina menſalis Stipendii Tubingæ.*

Cum autem, quemadmodum ille canit, ſit

Magnum opus ardentem frenis arcere iuuentam,
Nec ſinere in mores luxuriare malos;

Heilandus vt erga duræ ceruicis adoleſcentes durior erat: ita bonis, modeſtis, atque etiam ad frugem bonam redeuntibus bonus erat ac humanus: neque tam præceptorem illorum, quã patrem agebat. Ægrotantes, etiam famulos, ſolebat diligenter viſitare, in morborum rationes inquirere, medicos conſulere, paterne prorſus omnia prouidere: & multa ſuis ſumtibus, vbi neceſſitas poſtulabat, procurare. Erat enim in omnes egenos, pro modo facultatum, quas ei benigniſſimus Deus ſatis largas dederat, beneficus admodum & liberalis. In omni vita, natu *maiores* vt patres, *æquales* vt fratres, *minores* & iuniores, vt filios habebat. *Diſciplina domeſtica. Humanitas Heilandi. Liberalitas.*

Coniugem duxit vrgentibus amicis, cum iam ad maturimã veniſſet ætatem, annum *trigeſimum tertium*, viduam *Iuliannam* genere Wintheram, à *Ioanne Schwartzio*, medico Wirtembergico cum quinque liberis relictam. Fuit coniugium hoc quietum & fœcundum. Patrem enim cum filijs & filiabus aliquot reddidit: è quibus Deus omnes ad ſe vocauit viuo patre vna filia vnoquoque filio relicto. Filia ea cum nubiles attigiſſet annos nupſit D. *Andreæ*, Lucæ filio, *Oſiandro*. Vxor ante maritum obijt: de cuius obitu in ſuis annalibus hæc annotauit. *Hoc*, (inquit) *die 24. Iulii, inualuit vxoris morbus, & quamuis prandiò adſederit, D. Viſcherum tamen vocaui: qui comparuit, & quæ facienda ſint, deliberaturum edixit. A cœna vero medicinam illi præſcripſit: quam ipſi adminiſtraui hora forte nona. Illa in lectũ delata peius habuit: donec inter preces & lacrymas noſtras, edita confeſſione, pie in Domino obdormiuit. Matrona ſummis ornata virtutibus, inprimis pietate in DEVM, & rei familiaris induſtria, ac egregia rerum ciuilium intelligentia: quæ me impenſe coluit, ad* *Coniugium. Filia Heilandi. Vxoris obitus. Mariti de ea narratio.*

cleſiæ antiſtes: *VVilhelmus Zimmermannus*, *Polycarpus Leiſerus*, *Ægidius Hunnius*, *Philippus* & *Iacobus Heilpronneri*: ex hoc *Stephanus Gerlachius*, *Ioannes Sigwartus*, *Chriſtophorus Stehelinus*: ex hoc *Andreas Oſiander*, *Matthias Hafenreffer*us: ex hoc alij doctiſſimi & ornatiſſimi viri, per Romani imperij prouincias & regna longe lateque ſparſi.

Requiſita Profeſſoris.

Et cum in Profeſſore rei, quam alijs explicare debeat, vera requiratur cognitio; & mediocris ſaltem eruditio; deinde in docendo fidelitas dexteritasque & denique eloquendi perſpicue planeque facultas: in omnibus Heilandus abunde ſatisfecit.

Eruditio.

Eruditionem eius, loquitur *libellus Ethicus*, in quo methodo facili & recta totam doctrinam Ariſtotelicam eſt complexus.

Fidelitas in docendo, Vita.

Fidelitatem & perſpicuitatem in docendo loquuntur auditores: qui magna frequentia docentem audierunt. Verum ipſe non ſolum de virtutibus diſſerebat: ſed quæ verbis alios docebat, ea etiam reipſa & vita doctrinæ conformi ſic exprimebat: talis vt eſſet Ethicus Philoſophus, qualem vel Ethnicorum Philoſophi deſcribunt, vel ſacræ literæ requirunt.

Pietas in Deum.

Nam pietas eius illuſtris fuit in Deum, in parentes, præceptores, magiſtratus, coniugem, liberos, propinquos, & vt verbo dicam, in vniuerſos ac ſingulos.

Ephemerides Heiland. ſuæ vitæ ſcribit.

Solitus fuit a multis annis *Ephemerides* ſibi ſcribere, vitæ ſuæ hiſtoriam continentes, & in ijs ſub initium cuiusvis anni *precationem* præfigere: ſicut & quoties ad Cœnam Domini acceſſit, peculiarem ijſdem annalibus inſeruit *precatiunculam*: item quoties natalis eius recurrebat, nouam ſibi precationis formulam præſcripſit: & ſingulos annos exeuntes *gratiarum actione* noua clauſit.

Φιλομαθία eius eadem. Scaligeri comes.

Quod ad ſtudia eius reliqua; ita fuit diſcendi cupidus, vt licet Logices ſolidam haberet cognitionem: tamen cum *Scaligeri* quidam, magno & antiquo genere Comitum, vt præ ſe ferebat, ortus, Tubingam appuliſſet, & omnium ſcientiarum myſteria exiguo tempore, ſe docturum alios pollicereturr: Heilandus inauditam illam methodum etiam condiſcere voluit. Verum Comitis iſtius iactantia, vt & alius cuiuſdam Comitis, qui ſe oratoriam *vno menſi* exacte docturum pleno ore dictitabat, fumo leuior & breuior fuit. Sed maiori cum fructu audijt deinde V. Cl. *Iacobum Schegkium*, organon Ariſtotelis publice ea in ſchola explicantem. *Naturalis Philoſophiæ* ſcientia ſic tenebatur; vt eius myſteria rimaretur: eoque nomine *Iohannem Cuſmannum* Procuratorem, ſeu Oeconomum Domus, artis Chymicæ peritum, coluit: vt conuerſatione eius rerum abditarum notitiam conſequeretur. In *Mathematicis* ita excelluit, vt propriam hanc eius eſſe profeſſionem dixiſſes. Erat præterea *Polyhiſtor*, & πολύγλωττος: Latinæ & Græcæ linguæ egregie peritus, neque Hebraicæ plane igna-

I. Guſman.

fecto hic noſter candidatus Magiſtrum ſalet. Ex eo ad magiſterium adſpirans, cum contubernali ſuo *Georgio Gaſt* Sultzbacenſi, ita tempus partitus eſt: vt diurnum omne vigilarent, & alterna tantum nocte dormirent, hoc eſt, *triginta ſex horas* continue ſtuderent, *duodecim* dormirent. Hoc ſtudio conſecutus eſt, vt anno nondum elapſo, Decano M. *Ioanne Hildebrando*, primus ipſe inter competitores magiſterij honore inſigniretur. Depoſuerat pater apud ciuem Caluenſem q. hoc præſagiens, inſcia vxore & liberis, florenos *viginti*, ea conditione, vt ſe mortuo ad filij magiſterium vſque cuſtoditos, illi promouenti in vſus neceſſarios traderet: id quod ab eo ciue tunc fideliter fuit præſtitum. *Mox alteram.*

Coniunxit deinde cum Theologiæ ſtudio Philoſophicum: & cum anno milleſimo quingenteſimo quinquageſimo quinto ob peſtem Academia Tubingenſis Caluam translata eſſet; Heilandus ibi doctas & egregias dedit conciones. Eam autem vitæ præ ſe tulit grauitatem, vt cum milleſimo quingenteſimo quinquageſimo ſexto *Magiſter domus* illuſtris ſtipendij V. Cl. *Georgius Liblerus* officio ſuo renunciaſſet; Heilandus conſentientibus Inſpectorum votis ab Illuſtriſſimo quoque Principe approbatis, in eius locum, cui ante biennium fuerat adiunctus ſuccederet. Adminiſtrauit hoc officium admiranda induſtria, & felici labore, publicæ vtilitati priuatam poſtponens. Nec enim per immenſas occupationes & diſciplinæ moleſtias ſtudium Theologiæ inchoatum continuare, vt volebat, potuit. Semel diſputauit publice, *de cauſis certitudinis doctrinæ Eccleſiæ* Dei, præſide D. *Iacobo Beurlino* Theologiæ profeſſore. Deinde cum poſt obitum *Matthiæ Garbitii* Illyrici, Ethices profeſſio vacaret: vacaret & Græca: à Senatu Scholæ ampliſſimo *Martinus Cruſius* ad Græcam, Heilandus ad Ethicam profeſſionem recepti ſunt: & in Vniuerſitatis Senatum paulo poſt cooptati. Hoc in vitæ genere Heilandus perſeuerauit deinceps: ac publico cum emolumento tam ſtipendij inſpectionem, quam Ethicam profeſſionem tutatus eſt. Diſcipulos enim ſuos ad omnem virtutem accurate adſuefecit: ad honeſte beateque viuendum præceptis & exemplo ſuo informauit: inque officio luxuriantem iuuentutem adſtricto diſciplinæ vinculo continuit. *Docet in templo.* *Fit Magiſter domus.* *Ethices doctrina eidem mandatur.* *Diſciplina & vita eius.*

Inde factum, vt Stipendium illud, ex quo ſaltem Heilandus ei præfuit, (præfuit autem *annis triginta ſex*) Doctorum & Eccleſiæ miniſtrorum, ſcholarumque paſſim gubernatorum, *aliquot centurias* ſuppeditarit: nec tantum in Wittebergicum Ducatum, cuius quidem proprij ſunt; ſed in vniuerſam fere Europam emiſerit. *Annis triginta ſex præſt ſtipendio illuſtri.*

Ex hoc numero ſunt, *Wolffgangus Platzius*, Bibracenſis Ec- *Diſcipuli Heilandi.*

Ducit vxorem. Anno 1552. ferijs Paſchalibus vxorem duxit *Mariam*, filiam *Matthiæ Iſelini* mercatoris Baſilienſis. Ex hac nati ei ſunt tum alij liberi vtriuſque ſexus, tum *Samuel* hic A. C. 1533. d. 7. Iulij. Poſtea cum Princeps Wirtembergicus *Vlricus* auitum territorium, poſt trium luſtrorum exilium armata manu recepiſſet; atque Eccleſias à Pontificijs ſordibus purgaſſet: *Marcus* hic mandato illuſtriſſimi Ducis ab *Ambroſio Blaurero*, reformationis illius adminiſtro, in Ducatum Wirtebergenſem vocatus eſt. Baſilea igitur A. 1535. impetrato honeſtiſſimo muneris ac vitæ teſtimonio, *Gamartiagam*, Sueuorum Albaniam, ſumtibus Ducis cum familia diſcedit. Ibi cum *biennio* Euangelium docuiſſet, *Caluam* transfertur, quod oppidum eſt ad Hercyniam ſyluam peruetuſtum, Comitum quondã Caluenſium ſedes. Caluæ, licet Præfectus loci & Senatores plerique Pontificiæ religioni addicti, vehementer aduerſarentur, *annos* Vndecim magno cum fructu egit: ſcholas Latinam & Germanicã inſtaurauit: fuitque in religionis negotio ad conuentus *Wormatiam, Haganoam*, & *Ratiſponam* anno 1540. & ſequenti, cum alijs miſſus. Anno autem 1548. cum Sphinx Auguſtana Interim paſſim graſſaretur: ipſe etiam, vt alij complures, loco ſuo ſuaſu inprimis *Friderici Heidem* Iureconſulti ceſſit, atque *Argentinam* cum ſuis abijt. Ibi nõ ſolum humaniter ſuſceptus, ſed & diuini verbi miniſterio præfectus eſt; docuitque in ipſa Vrbe magno animo, Interim illud nihil moratus. Paulo poſt cum ſacerrima illa tempeſtas etiam Argentorati ingrueret; atque ipſe Caluam repetere in animo haberet, morbo corripitur, & fatis concedit anno 1549. relicto filio vnico Samuele, de quo iam dicendum. Natus eſt, vt diximus Baſileæ; puer à parente bonis moribus ac literis Caluæ imbutus. Adoleſcentulus *Argentinæ* vixit in cænobio, quod Wilhelmitanum vocant; vbi nõ pauci adoleſcentum gratis ac ſine obligatione degunt. Eo loco Heilandus ita vixit pie, ita diligenter ad ſtudia incubuit: vt ſummam modeſtiæ diligentiæque famam conſequeretur. Ob nimiam autem diligentiam, vnde & oculorum contraxerat imbecillitatem, *candelis* fuit *priuatus*: quarum tamen defectum *beneficio lunæ* ſplendentis compenſauit: ratus cum Seneca: *Omne tempus perire, quod ſtudiis non impertiretur.* Anno 1550. d. 26. Nouembr. Baſileam profectus, ibi prima, vt vocant, depoſuit rudimenta Sequenti anno honorifico D. *Caſparis Hedionis* teſtimonio commendatus *Tubingam*, vt ad Theologiam animum adiungeret, abijt: & illuſtriſſimi Principis *Chriſtophori* clementia, in illuſtre ſtipendium receptus fuit. Anno 1553. cum examen conſequendæ primæ laureæ cauſa de more ſubijſſet; tanta cum laude Examinatoribus reſpondit; vt Decanus tum D. *Melchior Volmarius* ad collegas dixerit: *profecto*

Sphinx Auguſtana Interim.
Frid. Heiden.
Marcus Argentinam abit.
Inde in reditu obit diem ſuum.
Sam. Heilan. ſtudia in adoleſcentia.
Nimia Heilandi diligentia.
Baſileam venit.
Inde Argentinam & Tubingam.
Primam lauream conſequitur.
Ducit vxorem.
S. Heiland. naſcitur.
A. Blaurer.
Marcus Baſilea diſcedit in Ducatum Wirtebergicum.
Caluæ oppidum.

Αἰεὶ τὴν νεότητα μαθήματα καλὰ διδάσκων,
Δόγματος οὔθ' ἑνὸς ὢν αἴτιος ἀλλοκότου·
Εὗρον ὅμως Ανύτους καταγνόντας ἐμοῦ ἀσέβειαν,
Ὁ φθόνος οὐ μούνοις Κεκροπίδῃσιν ἐνήν.

Ex intimationibus VVittembergicis, & aliis: vide de eo quadam in vita Camerarii.

SAMVEL HEILANDVS.

Ω. 1592. *prid. Pentecost. æt. 58.*

ILlustrissimi Wirtembergici ducatus arx & oppidum haud obscurum est *Vahinga*, quondam peculiaris Comitatus metropolis, in Enziana valle, ad ipsum *Enzium* fluuium, ab Ænea, vt vult Capnio, denominatum: qui in sylua nigra seu Hercynia, exortus, aliquot oppida & arces præterfluens, Besicamij tandem in Neccarum influit. Hic Vahingæ *Marcus Heilandus* pater Samuelis, ex honestis parentibus Ioanne & Barbara natus est. Hi puerum in fundamentis literarum mediocriter, vt tempora tum ferebant, erudiendum curarunt: postea *Phortzemium*, vt lanei panni tonsuræ ibi operam daret, ablegarunt. Paret ille, & hoc opificij genus, inter illiberales artes tunc temporis non postremum perdiscit. Postea solidioris cognitionis causa Basileam adit: & opificium suum aliquandiu exercet. Sed cum ad maiora quædam sese natum tacito naturæ motu persentisceret: deserto illo opificio, ad bonarum artium primum, deinde ad diuinæ scripturæ studium animum serio applicuit, nactus ad propositum suum occasionem percommodam.

Vahinga oppidum. *Enzius fluuium.* *M. Heiland. pater Samuelis.* *Marci educatio.* *Ad opificiũ animum appellit.* *Deserit idem.*

Feruebant enim tum Basileæ complures artis Typographicæ, diuini prorsus doni à Germanis inuenti, nobiles officinæ: cumque singulari Dei beneficio & bonæ literæ & vera Theologia, *Luthero*, *Erasmo*, *Philippo*, alijs diuinitus excitatis renascerentur: eorum passim in Germania libri Latini, Græci, Hebraici, Philosophici, Theologici, & Basileæ præcipue certatim imprimebantur. Hac commoditate arrepta, cuidam officinæ, Frobenianæ opinor, operam suam ad errores typographicos quibusque in libris corrigendos obtulit. Qua ex re *triplex* est consecutus emolumentum: *vitæ sustentationem* cum salario faciliorem: deinde *librorum* & manuscriptorum & excusorum sine precio *copiam* illo tempore præcipue desiderabilem: denique *diligentiæ* quandam quasi *necessitatem* & habitum. Itaque cum studio linguarum & sacrarum literarum flagraret: Cleanthea sua diligentia tantam sibi eruditionis supellectilem comparauit: vt ad ministerium verbi diuini primum in ipsa vrbe Basiliensi, postea extra eam & tandem in patria sit euectus.

Nauat operam typographicis officinis. *Inde ei triplex commodum.* *M. Heiland. fit minister Ecclesiæ.*

ESROMVS RVDINGERVS.

Ω. 1591. d. 2. Decembris, atat. 68.

Natiuitas.

ESromus Rudingerus patriam est eandem nactus cum magno Camerario. Natus est enim in Franconia *Pabepergæ* anno Christi, vicesimo tertio, supra mille quingentos, die vndevicesima Maij. A puero ad virtutem & bonas literas incubuit; easque in Ludo triuiali feliciter combibit. Inde *Lipsiam* concessit: vbi cum Magisterij titulo ornatus esset, ob eruditionem non vulgarem, *Cygneam* vocatus; eius oppidi scholæ præfectus est.

Regit ludum Cygnæa.

VVittembergam vocatur.

Deinde cum anno quinquagesimo septimo; Senatui Academiæ Wittembergensis placuisset ipsum accersere; cui doctrina Physices committeretur, cooptato in collegium sacra docentium D. *Paulo Ebero*: humanissimam inuitationem secutus, explicuit iuuentuti studiosæ ea in schola publice præter Physicam, etiam Ethicam, & alias artes.

Fit gener Camerarii.

Fuit vir pietate vera, virtute insigni, eruditione rara: quibus promeruit; vt *Ioachimus Camerarius* filiam ei elocarit suam in generumque eum adsciuerit: imo & κηδόνα atque censorem suorum scriptorum habuerit. Tanti fecit viri virtutem & doctrinam. Prima hæc eius vxor obijt diem suum Wittembergæ, anno quinquagesimo octauo, cum summo patris & mariti luctu; cum in morbo integros Psalmos, & longas Christi & Pauli conciones, ad verbum recitasset; seque & charissimum maritum, dulcissimos parentes, filiam atque vniuersam Ecclesiam DEO Dominoque nostro IESV CHRISTO commendasset.

Ab officio remotus exulat.

Transijt ipse deinde ad secundas nuptias cum *Anna VVesebecca*. Sed cum nec vellet, nec posset probare dogmata illa, *de carnu Christi omnipræsentia, de corpore in & sub pane latente, de manducatione indignorum*, & alia; Harmostico furore præualente, ipse loco cessit, vixitque in exilio apud fratres in *Moravia* cum vxore: quæ cum fuisset fida miseriarum comes annos quatuordecim, obijt anno octuagesimo septimo, die vigesimo septimo Decembris, coniugij vicesimo octauo.

Obitus.

Hanc subsecutus est & ipse Rudingerus maritus, mortuus Noribergæ anno nonagesimo primo, die secundo Decembris, cum vixisset annos sexaginta octo. Edidit ἀριθμολογίαν ἠδικὴν soceri sui Camerarij: idem transtulit hypotyposin astronomicarum positionum Procli. Habuit in manibus & *descriptionem vitæ* M. Tullij Ciceronis, tribus libris distinctam. Simo Stenius

Scripta.

Epitaphium.

V. Cl. tali eum epitaphio honorauit:

Ἐσρὼμ Ῥ λαλεῖ·
Οὐδὲν ἐγὼ ῥέξας δεινὸν ἔνα, ὅτ' ἀδικήσας,
Ἀλλὰ βίον ζήσας ἔμπ' ἐν Σαπεργλικῇ.

Ael

litus præter alias scholas ad scholarchiam *Hamburgensem*, vti & ad scholarchiam *Lubecensem*, salario proposito honestissimo: sed Rostochio se auelli passus non est. Præter operas illas ordinarias gessit facultatis Philosophicæ Decanatum *nouies*, & *secundum* summum Academiæ illius magistratum, quem Rectoratum appellamus. *petitus Possellius.* *Officia eius publica.*

Inter alios disciplinæ suæ alumnos habuit *Nathanem Chytræum*, *Ioannem Bocerum* poetas: *Henricum Schinckium* Theologum, *Ioachimum Stephanum* Iurisconsultum, *Iohannem Gotschouium* Astronomum, *Ioan. Nevuinum* Theologum & Superintendentem Megapolitanum, *Haiwardum Gunarium* Theologum & Philologum, *Petrum Pedanum* Senatorem Rostochiensem, *Martinum Pletzium*, *Andream Buchemium*, *Oswaldum Sledanum*, *Hieronymum Morlinum* Ioachimi F. *Iohannem Stolterfotum* Theologos, *Ioannem Corfinium* I C. & consulem Rostochiensem, aliosque complures. *Discipuli eius præcipui.*

Scripta eius hæc sunt: carmine *Græco* Heroico, vt diximus, complexus est textus *Euangelicos* & *Epistolicos*, qui statis diebus Dominicis populo Christiano pro concione proponuntur. Conscripsit & edidit quoque *Syntaxin Græcam*, quæ & à perspicuitate atque ordine, & ab exemplorum delectu commendatur, multisque in scholis iuuentuti proponitur. Vertit de vernaculo Græce *catechesin Lutheri*, & regulas vitæ: adornauit quoque *paraphrases concionum* Lutheri. Collegit *Apophthegmata* Græce & Latine: prodijt quoque *colloquiorum familiarium* libellus ipso auctore, Græce & Latine: cui accessit dialogus de ratione studiorum recte instituenda; item oratio de ratione discendæ ac docendæ linguæ Latinæ & Græcæ. Foras datæ sunt eiusdem *orationes*, habitæ in publicis congressibus Academiæ Rostochiensis. Ab eodem tanquã supplementum, vt ipse ait, syntaxeos Græcæ *Calligraphia oratoria* Græcæ linguæ, ad proprietatem, elegantiam & copiam Græci sermonis comparandam vtilissima, concinnata est. Liber hic certe magno labore & studio ex varijs auctoribus Græcis est collectus; continetq; tum phrases ac formas loquendi elegantiores, tum vocabula simplicia & synonyma, item particularum vsum, additis vbique tabulis, & probatorum auctorum illustribus exemplis: dignus qui ab omnibus serio Græcari, & Græce ac Latine scribendi exercitium coniungere volentibus, nocturna diurnaque manu versetur. *Petrus Bambamius in Possellio rediuiuo; Martinus Crusius in annal. Suevicis lib. 6. part. 3. c. 12.* *Scripta Possellii.*

Quem alloquitur Posselius.

miliano secundo coram obtulit exemplum libri, continentis Euangeliorum textus, diebus Dominicis populo Christiano explicari solitos, Græco carmine à se redditos. Cæsar ipse Latine ei respondit, *lecturum se per otium, & sicubi usus foret, nulla re commodius eius defuturum* clementissime promisit. Nec hic silentio prætereundum, quod ipsi Posselio dignum visum fuit annotatu in ὁδοιπορικῆς suis, facinus certe masculum mulieris cuiusdam, quod eodem in itinere audiuit. Cum in pagum quendam **Sielenbrun** / in finibus Marcmannorum, irruptionem Solimannus, Turcarum tyrannus, fecisset, & acinace suo, nulla habita sexus ætatisve ratione, promiscue omnia cæderet mactaretque: femina quædam veru arrepto in medium cataphractorum agmen intrepide irrupit; tribusq; prostratis, pluribus sauciatis Turcis, tandem etiam ipsa Amazon virili plane animo occubuit.

Historiola de femina bellicosa.

Redit ad suos.

Et ad operas scholasticas.

Domum reuersus ad suos, & hilariter comitetque ab vxore, liberis, & amicis exceptus, redijt quoque ad operas scholasticas, optimosque intelligendi ac dicendi magistros, & auctores Græcos iuuentuti fideliter & perspicue exposuit. Itaque continuis *triginta octo* * annorum laboribus Rostochiana in Academia eam linguam, publice docendo atque interpretando propagauit: quæ & Ecclesiæ Dei inprimis est necessaria, & velut ianua ac clauis ad totius Philosophiæ, legum, historiarum, Mathematum artisque medicæ fontes.

** vel septem.*

Græca lingua præstantia.

Morbus supremus.

Tandem anno nonagesimo primo in morbum incidit fatalem, cum paulo ante hymnum rhythmis Germanicis composuisset, de felici ac beato ex hac vita exitu. Condito igitur testamento & anima pijs precibus DEO commendata, obdormiuit ἐν Χριστῷ Rostochij, gemino illo τῇ αὐτημεταβολικῷ clymactere superato, nocte τῷ ἐξόδιῳ τῆς κόρης secuta, hoc est, die decimoquinto Augusti, viribus mentis ac sensuum ad extremum vsque halitum integris.

Obitus Posselii.

Virtutes & mores.

Fuit vir ἠθικώτατος, & disciplinæ sanctioris obseruantissimus, excellenti doctrina, pietate summa, modestia insigni, facundia suaui, oratione polita, ad summam, speculum virtutum, de quo vere vsurpari potuit *Æschyli* illud de *Amphiarao* vate præclarum elogium:

Æschyli de Amphiarao elogium.

Οὐ γὰρ δοκεῖν δίκαιος, ἀλλ' εἶναι θέλει,
Βαθεῖαν ἄλοκα βλέπει φρενὸς καρπούμενος,
Ἀφ' ἧς τὰ κεδνὰ βλαστάνει βουλεύματα.

Neque enim videri, sed esse bonus, vates voluit,
Acto profunde sulco virtutem colens,
Ex quo præclara consilia germinant.

A multis exoptatus

Charus itaque vixit & gratus omnibus bonis, fuitque exoptatus

iam tum, anno quadrageſimo quinto, arceſſitus, pueritiæ moribus iuxta & literis informandæ operam ſuam addixit: donec ſequenti anno in *Fimaria* ludo literario fuit præfectus. Qua in functione cum quadriennij laborem inſumſiſſet, non ſine laude ingenij ac induſtriæ, nec ſine fructu iuuentutis, deſiderio patriæ, quæ immemorem ſui eſſe neminem ſinit, ad ſuos redijt Parchimam, ibique parentes, iam æui ſaturos inuiſit. Exinde Roſtochium pellectus, ſcholæ Marianæ ibidem præceptor eſt deſignatus ſecundo à Rectore loco. Hic cum & virtutis & doctrinæ non proletariæ ſpecimina edidiſſet illuſtria: Academiæ illius ordo Philoſophicus vnanimi calculo Magiſterij titulos ac honores ei decreuit; ac Decano D. Roslero, poſtea Iuriſconſulto, ſolenni in panegyri contulit, anno Chriſti quinquageſimo ſecundo, ætatis ipſius viceſimoquarto.

Fit conrector ſcholæ mariænſis.
Et rector in Fimaria.
Redit in patriam.
Inde Roſtochium.
A. 1551.
Vbi ſcholæ præficitur.
Ornatur gradu Magiſterii 1552.

Incidit paulo poſt lacuna quædam in ordine illo Philoſophico: ad quam ſarciendam votis conſentientibus collegam ſibi Poſſelium adſciſcunt: eidemque inſpectionem Pædagogij, ſeu *Portæ cœli*, (nomen id eſt ſcholæ) demandant, anno Chriſti quinquageſimo quarto. Eo in loco dum & publice docendo, & ludum prudenter moderando

Cooptatur in numerum Profeſſorum.
Fit Inſpector Pædagogii anno 1554.

——— curis acuit iuuenilia corda,
Nec torpere graui patitur ſua regna ſeterno:

prodierunt ex officina eius agminatim ingenia præclara, quæ poſtea & pro roſtris ſacris, & in tabularijs regum principumque Eccleſiæ & Reipublicæ Chriſtianæ operam nauarunt, & Poſſelij nomen laudibus paſſim ad mare Balticum illuſtrarunt.

Diſcipuli eius plurimi.

Quamobrem anno quinquageſimo ſeptimo à conſule inclytæ Reipublicæ Bremenſis, ad Gymnaſij vrbis illius regimen honorifice inuitatus fuit: ſed de conſilio collegarum & amicorum Roſtochij ſubſtitit, ibique eodem anno coniugij ſocietatem cum *Anna Oldenburgia* inijt: ex quâ ſuſcepit filios tres, *Martinum*, qui infans obijt, *Ioannem*, qui parenti in profeſſione Græca ſucceſſit, & etiamnum cum laude eandem obit: & *Henricum*, qui patre abſente anno ſexageſimo octauo, vltimo Iulij natus, medio in curſu ſtudiorum ex hac vita eſt euocatus, anno ſexcenteſimo primo, die decimo ſeptimo Aprilis.

Poſtulatur ad lecturam ſcholæ Bremenſis.
Ducit vxorem.
Filii eiuſdem.

Anno ſexageſimo octauo cum legatio à Duce Megalburgico *I. Alberto* in aulam Auguſtam *VVolffgango Chriſtophoro Mammingero* Equiti & *Dauidi Chytræo* demandata eſſet: ipſe comes eis additus, Germaniam, Bohemiam, Auſtriam, & Vngariæ partem peragrauit, virisque doctis ijs in locis, quibus tranſeundum erat, paſſim innotuit, cumque ipſis amicitiam conſtituit literariam. Eo in itinere Imperatori *Maximiliano*

Cum legatis proficiſcitur ad Cæſarem.

acriter reſcripſit, nomenque ſuum defendit: paratus tamen calamum inhibere, modo aduerſa pars idem faceret.

Epigramma de erroribus Friſchlini.

De erroribus eius, ac varijs iactationibus hoc exſtat Epigramma, quod viſum eſt adſcribere:

Tempore quo patrio Friſchlinus rure relicto,
Hinc inde in varius exul inerrat agris:
Hoſpitium Muſis, quæſituruſque patronos,
Sæpius hæc imo pectore verba dedit:
Qui mihi concordes in amore fuiſtis amici,
A quibus inuitus cogor abire miſer;
Viuite felices, viuat, ualeatque Tubinga,
Quam de me quoquo ſat meruiſſe modo.
Floreat Vrbs claro præclara Tubinga Lycæo,
Viuite diſcipuli, Vosque, valete mei.
Semper ero Veſtri, quotquot fouiſtis, egenum,
Non occaſura cum pietate memor.
Ipſe quidem hinc abeo ignotas nouus hoſpes ad oras;
At manet ingenii famaque lausque mei.
Sunt homines, qui me celebrant, & honoribus augent,
Me laudant medio plena theatra foro.
Semper honos, nomenque meum, laudesque manebunt,
Donec erit Phœbus, carmina donec erunt.
Perpetuo de me Germania tota loquetur,
Me non oblitum tempora ſera dabunt.
Ergo parum curo, qua tandem ſede quieſcam,
Dummodo ſit famæ gloria firma meæ.

Ἀθάνατον ἔχθραν μὴ φύλαττε, θνητὸς ὤν.

Ex oratione Georgii Flugeri de Nic. Friſchlino, ſcriptis ipſius, item ex Friſchlino rediuiuo, per Iacobum fratrem edito, anno nonageſimo nono.

IOANNES POSSELIVS.

Ω. 1591. d. 15. *Auguſti.*

Pat: ia.

Cuius huius mundi ſit, vel potius peregrinationem ſuam in hoc mundo orditur *Ioannes Poſſelius* Parchimæ, oppido ducatus Megalburgici, anno Chriſti duodetriceſimo, ſupra mille quingentos, patre *Martino*, matre *Margareta* natus, ciuibus eius loci honeſtis.

A puero ad literas humaniores adhibitus, felices in iſdem fecit progreſſus: adeo vt cum nondum ex ephebis * exceſſiſſet, Roſtochianam in academiam augendæ eruditionis cauſa miſſus fuerit: vbi triennium literis optimis ac Græcanicis inprimis condiſcendis tranſmiſit. Inde *VVismariam* adoleſcens etiam tum

* *Av. 1542. Mittitur Roſtochium.*

mania valde placuit: ita non defuerunt, quibus ſummopere diſplicuit; præcipue vero Strigilis: quod in ea aliquanto durius vulgarium Grammatiſtarum errores reprehendi viderentur. In his fuit *Martinus Cruſius* profeſſor vtriuſq; linguæ in Academia Tubingenſi, qui *Antiſtrigili* edita bellum Friſchlino mouit plus quam Grammaticale: quod tandem cum vita vtriuſq; deſijt. Habuit affectas & alias plures *comœdias ſacras*, ad Terentij Eunuchum, Adelphos, Heautontimorumenon, & Hecyram: verum quo minus eas abſoluerit, fecit tum inimicorum liuor, & inuidia; tum ipſius in locis peregrinis negotij plena vita. Aduerſarios præterea ſiue ſua aliqua ingenij confidentia, ſiue aliorum etiam inuidia expertus eſt non paucos, ſæpe etiam plane iniquos.

Cruſii Antiſtrigilis.

Scripta affecta Friſchlini.

Expoſitus inuidiæ Fr.

Anno ſeptuageſimo tertio ſupra mille quingentos affixerat Tubingæ die quodam publicarum precum, ad valuas templi elegiam, in qua Deo gratias egit pro fere inſperata annonæ laxatione, ſimul confeſſus peccata; quibus iram Dei ſibi homines accerſerent, præſertim contemtum verbi diuini. Ea in elegia fuit inter alia hic verſiculus:

Accuſatur de libello famoſo.

Exulat hac pietas, exulat vrbe fides.

Hunc verſum cum quidam Latinis literis mediocriter tinctus legiſſet: dixit libellum eſſe famoſum. Sed cum ex Theologis intellexiſſet Senatus; nihil ibi ſcriptum, niſi quod ſingulis fere dicatur concionibus è ſuggeſtis, & pertinere iſta tam ad Academicos, qui intra eadem ſint mœnia, quam ad oppidanos; ibi magno cum dedecore, iſti è Senatu domum abierunt. Fuit etiam magnus ob eam rem, in aula Illuſtriſſimi Comitis Wirtembergenſis Friderici, qui tum ſtudiorum cauſa apud Tubingenſes verſabatur, exortus riſus.

Fuit eidem & adulterium obiectum cum ancilla quapiam, vel potius communi proſtibulo perpetratum; quæ ſe vltro ipſi inebriato obtulit. Quod ipſe quidem infieias non iuit: ſed criminalem contra ſe actionem inſtitui poſſe negauit: quod ex lege Iulia, omne *adulterium aboleatur quinquennio.* Publice etiam edita elegia admodum aculeata, aduerſarios ſuos, vel eiuſdem criminis, vel etiam maiorum ſcelerum accuſare non dubitauit. Inde exacerbatis illorum animis, periurij, variæ improbitatis & machinationum non ferendarum reum eum egerunt. Quare denunciatum eſt ipſi nomine principis, alterutrum eligeret: aut criminalem à principe contra ipſum actionem, aut cum omni familia ſua è toto ducatu diſceſſum. Prætulit poſterius: dataque obligatione nihil moliendi contra principem, aut ſcribendi contra Academiam illam, è patria diſceſſit. Sed antiſtrigili ſimulac diſceſſiſſet edita; Friſchlinus

Et de adulterio.

In matriculâ, quam vocant, Academiæ ſaturinæ, ad acriter
nomen Friſchlini à Germano quodam adſcripti ſunt hoc diſtichon:

Ingenii ut ſummi fueras, ut ſumma petebas:
Sic ſint tibi ſumma mors obeunda tibi.

cam. Sicut enim virga Mercurialis anguem ab angue seiungit: ita ars illa differendi verum à falso discernit.

Scripta.

Opera & monumenta, quæ post se cum memoria nominis sui sempiterna reliquit, sunt præcipue hæc: *Paraphrases in Virgilii Bucolica & Georgica, Persii satyras, Horatii epistolas*: versiones Callimachi, Aristophanis, Tryphiodori, Oppiani. *Comœdiæ sacræ & profanæ*, Rebecca, Susanna, Hildegardis, Priscianus vapulãs, Heluetio Germani, Iulius rediuiuus, Phasma: *Tragœdiæ duæ* Venus, Dido. *Panegyrici* de natiuitate Christi, de horologio Argentoratensi, de decem Cæsaribus Austriacis, de victoria Sarmatica aduersus Moschum, de quinque Saxoniæ ducibus, de binis nuptijs Wirtembergicis. Confecit & *sedecim libros Elegiarum*, imitando Ouidium, Tibullum, & Propertium: in quibus non modo principis sui liberalitas in studia literarum celebratur; sed etiam amicorum tam nobilium, quam ignobilium nomina ac laudes recitantur, aut nuptiæ, aut impetrati honores, aut discessus, aut mortes deniq; suis epithalamijs, gratulationibus, propemticis, & epicedijs ornantur. Scripsit præterea *orationes, & declamationes* varias, *nomenclatorem trilinguem, Grammaticam Græcam & Latinam, Rhetoricam, Dialecticam, Astronomica*. Postremo *diuinam Hebræa* in carcere, paucis ante obitum septimanis, ad imitationem Virgilij scripsit & absoluit.

Cum Labacensis scholæ gubernatio ipsi commendata fuisset; id vnice operam dedit; vt pueris boni & vtiles libri proponerentur. Ibi cum offendisset compendia quædam Grammatica, quæ nõ solum nullius auctoris nomen præ se ferebant; sed etiam suis erroribus quibusdam, ijsque non contemnendis scatebant: Frischlinus sibi, tanquam rectori, cogitandum duxit de remedijs, quibus vlcera ista sanarentur. Habita igitur deliberatione cum collegis, communicatoq; consilio cum vno & altero ex proceribus, nouam conscripsit Grammaticam; quæ breuitate & veritate præceptorum, methodique elegantia studijs discentium aliquanto aptior & accommodatior esset. Eodem fine ac consilio postea etiam scripsit *Strigilim Grammaticam*, in qua disputatur cõtra omnes omnium nationum Grammaticos; præcipue vero contra nouitiorum quorundã Grammatistarum errores. Vtrumq; librum Venetias profectus exhibuit *Aldo Manutio* Pauli filio, Aldi nepoti: à quo, vt & alijs Italis cum approbatus esset, vterq; prodierunt in lucem Venetijs. Dici autem vix potest, quanto cum applausu doctorum in Europa virorum exceptus sit vterq; liber. Argentinæ iterum atq; iterum recusa fuit Strigilis: & Grammatica Tubingæ, approbante ipso Ludouico, duce Wirtembergico. Vt autem doctioribus conatus & propositum Frischlini passim in Italia & Germania

Strigilis Grammatica.

ne, cum conclaue ipsum vndique esset clausum, per fornacem ferream effractam erepsit: & funem ligno transuerso in fenestra muri, vbi omnium altissimum erat præcipitium alligauit, deceptus à luna sublustri. Sed mox destitutus ab illo adminiculo in petram ex alto muro, de petra in aliam petram, de hac in arbusta, præcipitauit. *Singula interualla singulis altis domibus fuerunt altiora.* Hinc miseranda brachiorum, manuum, costarum, capitis, pedum confractio est secuta, eiusque extinctio acerbissima.

Sepultus est in cæmiterio Vracensi loco honesto: vbi ex tumulo eius pulcherrimæ enascuntur rosæ: de quibus est hoc Georgij Conradi Maiuleri epigramma: *Sepulcrum eius.* *Rosa ex eius tumulo.*

Quid rosa purpureo signet vestita colore
Dicam, qua Gratus nascitur è tumulo.
Hæc vt perpetuo beneolentem seruat odorem,
Siue Obi mane viget; siue Obi nocte cadit.
Sic ille æternum nomen super orbe paratum,
Corpore seu Gstat, seu moriatur, habet.
Nam vtlut ipsa cadit, sic is quoque concidit ipse:
Illi suauis odor, huic bona fama manet.
Macte tuus, Nicodeme, rosis & perpete fama!
Illis nil Gsquam suauius, hac melius.
Te Gero, Frischline, nihil præstantius Olla
Ætas, nil Gnquam Gidit amabilius.
Hinc omnis te doctus amat, quotiesque Giator,
Prætereins tumulum Giderit atque rosas:
Ille tui memor & suspirans pectore dicet:
Hoc nemo Gates maior in orbe fuit.

Mortem ipsius doctissimi quique viri deplorarunt, & etiamnum hodie deplorant. Incredibile enim est, quantum eius obitu damnum poesis & elegantiores literæ fecerint. Erat vir ingeniosissimus, multiplici eruditione, facundia, doctrina, & linguarum cognitione illustris: gratus summis principibus, ipsi etiam Imperatori Augusto charus. Anno septuagesimo quinto, *descriptione primarum nuptiarum* principis Wirtembergici, annuum vini & frumenti beneficium emeruit. Pro *Rebecca* comœdia D. *Rudolphus* Imperator, in comitijs Ratisponensibus, coronam poeticam suis manibus ipsi imposuit: & laureatum poetam nominauit: cingulóque militari & armis donatum à se clementissime dimisit: pro *panegyricis tribus de decem Cæsaribus Austriacis* priuilegia in eundem Comitis Palatini contulit. Scutum autem eius caduceo Mercurij ornauit: & galeæ philosophicæ insignitum laurea Mercurium imposuit: quo symbolo sapiens vetustas artem notauit Dialecti-

Honos & præmia Frischlino data.

Lauru ab ipsomet Cæsare ornatur.

Insignia Frischlini.

cam.

Migrat Francofurtum. Tubingæ ergo multa ſalute dicta, *Francofurtum* diſceſſit, Typographum quæſiturus, per quem opera, quæ effecta habebat, in lucem emitteret. Poſtea in Saxoniam ſe contulit, ac in itinere, inter ſtrepitus & clamores conuiuantium, aliquot dialogos ſcripſit. Wittembergæ eruditiſſimam orationem habuit *de exercitationibus oratoriis & poeticis*, ad imitationem veterum recte vtiliterque inſtituendis. Tandem *Brunſuigam*, cum D. *Polycarpo Leyſero* Theologo, vocatus, denuo ſcholæ gubernationem adijt. Rexit enim ibi ſtudia iuuentutis ſcholaſticæ in ſchola Martiniana, & munus Rectoris ita præclare, laudabiliter & fideliter adminiſtrauit: vt ſcholaſtici ex omnibus locis cateruatim eo confluxerint; & ex eorum numero non pauci breui iſto temporis ſpacio ſub ipſius inſtitutione, eos ſtudiorum profectus ſenſerint; quos grata ſemper mente agnouerunt & prædicarunt. Vtriuſque* namque linguæ præcepta & præceptorum vſum, cum imitatione tam Ciceroniana, quam Homerica; ita felici artificio coniunxit: vt quæcunque diſcipulis ipſius, ſiue ſoluta, ſiue numeris adſtricta oratione, proponerentur; facile & ὠπροχείρως præſtare didicerint.

Migrat Francofurtum. Inde in Saxoniam. VVittembergæ perorat. Vocatur Brunſuigam.

* *Verba ſunt teſtimonii à Brunſuicenſibus ipſi dati.*

Brunſuigæ cum ſtudia iuuentutis ſcholaſticæ ſeſquiannum moderatus eſſet: & conditiones eius, vt diutius operam ſuam iuuentuti informandæ ibi locaret, non ferrent: impetrata à ſcholarchis dimiſſione, *Marpurgum* ſe contulit: ſed cum ibi locum non inueniret; *Spiram* conceſſit, & poſtea *Moguntiam*: vt familiæ hoſpitium, operibus vero ſuis typographum quæreret. Quam ad rem cum ſumtibus neceſſarijs deſtitueretur, ſupplicationē ſcripſit ad illuſtriſſ. principem Wirtembergicū, & auxilium è patria petijt, vxoris ac liberorum patrimonium, cuius ſumma mille florenos circiter æquabat. Sed cum illi auxilium petitum denegaretur: ibi Friſchlinus, ratus id reſponſum à paucis quibuſdam, odio quodam ſui promanaſſe, mox è graui quadam commotione, quam calamitates & miſeriæ, quibus premebatur, mirifice augebant, reſcripſit ad illos literas valde ſtomachoſas. Viam ergo ineundam putarunt, qua in patriam retrahi, & ad ſanitatem reduci poſſet. Moguntia itaque in patriam abductus, & in vetuſta arce *VVürtemberga* (vnde familiam ſuam principes Würtembergici deducunt) liberali primum cuſtodiæ mandatus. Poſtea vero die decima ſeptima Aprilis *Vracum*, obligatis oculis, traductus, ibidem extremum vitæ diem clauſit. Cum enim multis precibus liberationem fruſtra flagitaſſet; tandem nocte illa, quæ diem S. Andreæ Apoſtoli præcedit, fuga ſibi conſulere & euadere conatus eſt; non deſperatione aut impotentia animi; ſed amore liberationis, qui etiam in minimis auiculis, caueæ incluſis apparet. Parato ergo ex conſciſſis linteaminibus, lodicibus, ac mantilibus fune, cum

Occaſio carceris Friſchlini.

Captiuus abducitur. VVürtemberga arx.

Friſchlini miſerabilis caſus atque interitus.

eam ob rem, vitæ & existimationis periculum venit. Defendit autem Frischlinus causam suam non solum publicis scriptis, quibus innocentiam suam demonstrauit: sed ipse illustrissimus Princeps Wirtembergicus, & Carniolæ proceres, missis ad omnem nobilitatem Germaniæ literis, famam ipsius ab intentato crimine acerrime vindicarunt. Et illa ipsa oratio, quæ in controuersiam venit, Frischlino innocentiæ testimonium perhibet amplissimum, vbi bonos expressissime excipit: cumque eo consentiunt, alia ipsius scripta, in quibus aliquot ἐγκωμιάδες nobilium, & totum laudatissimum ordinem equestrem Germaniæ nominatim celebrauit. Verum est in medio etiam alia eiusdem *oratio, de laudibus ordinis equestris*, in qua demonstratur, vnde nobilitas suum habeat initium, suos progressus, & quanti facienda sit, quantumque emolumenti, tam pacis, quam belli tempore, adferat.

Defendit se Frischlinus.

Oratio de laudibus ordinis Equestris.

Tot autem & tantis calamitatibus, odijs & periculis in patria cum expositus esset Frischlinus: opportune accidit, vt in *Carniolam*, remotissimam Germaniæ partem, à proceribus illius prouinciæ vocaretur, ad cõstituendam & regendam scholam, in qua erudirentur optimatum filij, Comites, Barones, Nobiles, & ciuium liberi. Quanquam autem consultius fuisset eum, in Academia patria retineri; in qua maior eius potuisset esse vsus: tamen noluit optimus princeps assiduæ, seriæ, & honestæ petitioni procerum vehementius repugnare. Anno ergo octogesimo secundo, die sancti *Iohannis Baptistæ*, Frischlinus cum tota familia, cum iam quindecim annos in Academia, magna cum laude publice docuisset, *Labacum* in Carniolam discessit, bona cum venia & gratia Principis sui *Ludouici*: & gubernationem scholæ istius felici ac prospero successu adijt. Quod autem vxor & liberi fere perpetuis morbis conflictarentur, nec ferre possent mollem & insuetum aerem, Italiæ vicinum; non diutius biennio ibi commoratus est. Ita vero se probauit in isto munere: vt ægerrime à Proceribus & scholarchis dimitteretur. Singulari enim quadam docendi dexteritate præstabat; quam & grato animo agnouerunt & prædicarunt Carniolani publicis literis & testimonio, primo Dialogo insertis; è quibus liquido patet, quanti Frischlinum fecerint. Labaco in patriam regressus Frischlinus, cum ius ciuitatis Academicæ expeteret, repulsam passus est ab ea schola, in qua ante quindecim annos cum laude docuerat. Quapropter animaduertens plerorumque animos à se alienatos, non diutius ibi, cum damno rei suæ familiaris, commorandum esse sibi arbitratus est: præsertim cum aliud, & id quidem grauius, periculum, eo ipso tempore ad domesticas calamitates accederet.

Vocatur in Carniolam.

Discedit Frischlinus.

Redit in patriam.

Tubin-

luta fuit. Cum enim eo anno Academia propter grassantem pestem, *Eslingam*, Imperij ciuitatem, translata esset; Philippus Apianus, tum temporis Decanus, egit cum Frischlino, vt ipse disputationibus præsideret, & Decanos atque collegium Philosophicum eo onere subleuaret, propositis præmij loco, in singulos dies Dominicos, quibus disputationes habebantur, tribus bacijs. Frischlinus ergo id temporis, quod alij intempestiuis conuiuijs, aleæ & pilæ tribuunt, honestissimis adolescentum studijs impertiens, præstitit id per totos octo annos, & anniuersarijs disputationibus, admisso opponente, totam Encyclopædiam pertractauit. Ita Frischlinus simul Poeseos & Historiarum Mathematumque Professor, & Disputationum insuper Philosophicarum moderator fuit. In quibus omnibus tanta diligentia, studio, & industria versatus est; vt non solum spem de se conceptam egregie sustinuerit: sed etiam superarit, atque illi Academiæ singulari fuerit ornamento.

A gubernatione Gymnasij Graecensis submouetur. Renuit.

Nec solum officium foris diligenter fecit legendo & disputando: sed domi etiam commentando & scribendo; ac eruditionis suæ monumenta minime dubia in lucem emittendo; quibus nomen egregium, nõ apud suos solum; sed etiam apud exteros est consecutus. Quapropter cum Styriæ proceres, anno septuagesimosexto, scholam prouincialem *Gratii* instituissent: & peritum aliquem atque eruditum virum ei præficere cuperent, qui Gymnasio cum laude præesset: Frischlinum communi sententia dignum iudicarunt, quem ad id munus vocarent, & cui suprema istius scholæ administratio commendaretur. Sed ille patriæ amorem, & vtilitatem exterorum amori prætulit & precibus Senatus Academici victus, optimam & splendidam conditionem neglexit, & honeste recusauit.

Friburgum cogitat.

Postea cum anno septuagesimo nono, supra mille quingentos, alibi extra patriam conditionem quærere vellet; & *Friburgum*, vetustissimam in Brisgoia Academiam proficisci constituisset, cui in docendo operam promiserat: consilium mutare coactus est, partim quod vxor sequi recusaret; partim quod Illustrissimus Princeps Wirtembergicus neque illuc, neque alio ipsum vellet dimittere: & protectionem contra aduersarios perpetuam, & omnis generis beneficia per D. *Melchiorem Iegerum*, clementissime polliceretur.

Detinetur in patria.

Oratio de laudibus vitæ rusticæ, origo omnis mali Frischlino.

Anno octogesimo, vna cum *Paraphrasibus in Virgilii Bucolica & Georgica, orationem de laudibus vitæ rusticæ* edidit; & quia in ea, exemplo Columellæ, Varronis, Virgilij, & aliorum, vitam quorundam aulicorum & vrbicorum, cum vita veterum agricolarum comparauerat, & quadam libertate Academica duriuscule vitia & blasphemias quorundam à maioribus suis degenerantium nepotum, reprehenderat, in summum,

eam

Virgilij, etiam Commentarios C. Iulij Cæsaris de bello Gallico publice interpretatus est. Ibi vt spartam, quam nactus erat, ornaret, iudicio Senatus Academici, & spei de se conceptæ satisfaceret, nec vlla in re studijs auditorum suorum deesset: non solum ad Aristophanis, sed Cleanthis etiam lucernam elucubrauit, & rerum ac verborum, quæ in Æneide Virgilij occurrunt, interpretatione sexcentorum aliorum studia superauit.

Frischlini ratio docendi.

Non hærebat in nudis verbis (per, *id est*, & *scilicet*, quod fere vulgus interpretum facere solet) sed totam expositionem ad præcepta artis Dialecticæ & Rhetoricæ accommodabat. Et quia teste Macrobio, Virgilij propositum fuit, non solum Imperij Romani originem, vetustatem & incrementum versibus in Æneide celebrare: sed longe potiora studia ad id opus impertiri: idcirco Frischlinus optimorum quorumuis auctorum, tam veterum, quam recentiorum monumenta, Critica, Philologica, Historica, Philosophica euoluit: & locos rerum ac personarum, ex suis disciplinis singulos tanta dexteritate explicauit; vt omnium auditorum animos in sui admirationem adduxerit. *Verborum* explicationes & proprietates repetebat ex Nonio Festo, Rufo, Varrone, Seraco, Donato, Porphyrio, Prisciano, Diomede, Linacro, Valla, Erasmo, Melanchthone, & alijs. *Artificium* vero *Rhetoricum* illustrabat præceptis Aristotelis, Ciceronis, Hermogenis Aphthonij, Quintiliani, Capellæ, Viuis, Agricolæ: *Historica* explicabat ex Darete Phrygio, Dicto Cretensi, Archilocho, Diodoro Siculo, Homero, Calabro, Tryphiodoro, Eutipide, Sophocle, Æschylo, Lycophrone, Fabio Pictore, Manethone, Solino, Beroso, Halicarnassæo, Strabone, Liuio, Plutarcho, Iustino, Eusebio, Polybio, Floro, Salustio, Appiano, Dione, Zonara, & alijs. *Physica*, *Geographica*, *Medica* etiam ex suis disciplinis singula, tanta dexteritate enarrabat: vt omnium Facultatum studiosi, Comites, Barones, Nobiles, ipsi etiam Doctores, cateruatim in Auditorium confluerent.

Docet Mathemata loco Apiani.

Sic ergo cum foris officium faceret, prælegendo, disputando, stylum studiosæ iuuentutis exercitando: domi scribendo, meditando, lucubrando: lectio quoque Astronomica ei commissa fuit. Cum enim Rectore *Ioanne Volcio* V. I. D. ordinarius Mathematum Professor, *Philippus Apianus* aliquanto diutius ab Academia abfuisset, nec ante mensem vnum aut alterum rediturus videretur: Frischlinus idoneus iudicatus est, qui in locum absentis surrogatus, vices illius interea obiret. Ita autem & in hac lectione versatus est; vt non solum auditores, sed & tota Academia sibi de ipsius opera plurimum gratularentur.

Moderatur disputationes Philosophicas

Anno septuagesimo primo, ætatis vero vigesimo quarto, disputationum Philosophicarum moderatio ad ipsum deuo-

fontana ſecum Tubingam attulit, & eam quidem tantam, vt *Martinus Cruſius*, Græcarum literarum peritiſſimus, non inueniret quod in ipſius declamationib. puerilibus, Latinis & Græcis deſiderare poſſet. In artibus autem Phyſica, Ethica, Dialectica, Præceptores habuit *Georgium Liebierum*, *Georgium Hitzlerum*, *Samuelem Heilandum*, inſignes & doctos viros, quorum Friſchlinus ante exortum bellum Grammaticum ſemper honorifice meminit, & ſuis etiam carminibus & Anagrammatis in eorum laudem ſcriptis, publice teſtatus eſt, quanti eos faceret. Alicubi etiam expreſſe fatetur, ſe multum ſub ipſis in philoſophia profeciſſe. Præ cæteris tamen præcipue commendat *Iacobum Scheckium & Theodorum Snepfium*. Et *Scheckio* quidem ſublimiorem illam philoſophiæ: *Snepfio* vero accuratiorē Oratoriæ cognitionem merito acceptam refert. Nam quantus philoſophus fuerit Scheckius, quantus item orator Snepfius, nemo mediocriter eruditus ignorare poteſt.

Iacob Scheck. Theodor. Snepf.

Condiſcipuli Friſchlini.

Habuit Friſchlinus tum ſtudiorum ſocios, & condiſcipulos multos egregios adoleſcentes, inter illos, *Stephanum Gerlachium*, *Philippum Heilbronnerum*, *Nicolaum Taurellum*, *Heliſæum Röslinum*, & *Andream Planerum*. Ac iſti quidem ad ſuperiores ſcientias animum adiunxerunt, ac ſummos honores in ijs conſecuti ſunt, Gerlachius quidem & Heilbronnerus in Theologia, reliqui vero tres in Medicina: Friſchlinum vero humanitatis ſtudia potiſſimum delectabant.

Quapropter ab eo tempore, quo magiſterij honores adeptus eſt, ſe totū in literas abdidit, & Græcos Latinosq; auctores, diurna nocturnaque manu verſando, recentes inſuper libros diligenter lectitando, præclaram eruditionis copiā ſibi cōparauit, Poeticam amplexus, ad quā naturæ impetu ferebatur, carmina non ſcribere, ſed fundere viſus eſt. Theologiæ etiam ſtudio aliquot annos vacauit, & cū Philoſophiæ ſtudio iā olim etiā ſtudiū medicinæ coniunxit. Quid autē in his ſcientijs præſtiterit, præter alia non contemnenda, comica & aſtronomica eius docent. Nec vlla fere ars eſt aut diſciplina, quæ quidem libero homine digna ſit, in qua non feliciter fuerit verſatus.

Poeſi deditus natura.

Tanta cū primo ætatis tempore eruditione, ſcientia, & linguarum cognitione polleret, vt ſiue mentis ſenſa & conſilia ſoluta oratione exprimere, ſiue numeris adſtricta ad harmoniam cantare vellet, præclare & feliciſſime ſua ſponte & αὐτοσχεδίως præſtaret, & id quidem non ſolum Latino pereleganti, verum & Græco docto & erudito carmine: publice docere iuſſus eſt, anno Chriſti ſexageſimo ſeptimo, ſuæ ætatis vigeſimo. Vbi cum ſuam induſtriam in lectione poëtica epiſtolarum Horatii Senatui Academico probaſſet, in numerum profeſſorum receptus eſt, anno ætatis vigeſimo primo & præter Æneida

Virgi-

Grato autem semper animo prædicauit illam magistri sui fidelitatem & industriam. Extat Elegia in obitum Stigeri scripta, in qua ingenue progressum in vtraque lingua ipsi acceptũ refert, vbi inter cætera sic scribit:

Te duce Iessæi, Dauidica carmina, plectri
Edidici, Hebræos ediditique libros.
Te duce Romanos didici componere versus,
Atticaq; in certos cogere verba pedes.

Et paucis interiectis;

Quicquid ineſt igitur Graii ſermonis & oris
Auſonii, (in noſtro pectore ſiquid ineſt)
Huius debetur tibi maxima portio ſoli
Stigere, ô animi gloria ſola mei.

Eruditionem vero & dexteritatem in docendo in eadem Elegia commendat his verbis:

Regia te vidit fontis per amabilis vnda,
Diſcipulos artes rite docere tuos.
Vidit & obſtupuit linguas artesq; docentem
Scriptaq; Cecropiis eruta multa libris.

Scholæ Regiofontanæ vbi valedixit, *Bebenhusam* venit, & aliquandiu ibi vixit. Quos autem præceptores habuerit, non constat: cum Frischlinus illorum nullibi meminerit, nisi quod alicubi scribit, scholæ isti præfuisse duos Baccalaureos, docendos adhuc, nõ adhibendos aut præficiendos discentibus. Quare non diutius anno, & quinque mensibus ibi versatus, cum natura flagraret cupiditate discendi, & ingenium ipsius ac progressus iam alios duces requirere viderentur: *Tubingam* doctissimorum virorum copia abundantem, missus est. Quemadmodum autem Regiofonte vtriusque linguæ cognitionem Bebenhusam attulit, ita ibidem ex diligenti lectione & meditatione quæstionum Rhetoricarum *Georgii Maioris*, id consecutus est, vt declamationes aliquot sua sponte componeret. Venit Tubingam anno ætatis decimo quinto, Christi sexagesimo secundo, supra mille quingentos, & in artibus breui temporis interuallo progressus fecit eos: vt anno * ætatis decimo sexto, primam: & biennio post, secundam in philosophia lauream consequeretur, ac * Magister artium publice renunciaretur, magna cum nominis sui laude & honore. Inter competitores enim vndecim adolescentes artium & linguarũ cognitione probe instructos, primum iudicio Professorum locũ ipse obtinuit. Idq; tum ingenii felicitate singulari, tũ inprimis Græcæ linguæ, cuius à puero fuerat studiosissimus, cognitione consecutus. Nam huius linguæ cognitionẽ è schola Regio-

Abit Bebenhusam Frischlinus.

Mittitur Tubingam.

* *Christi anno 1564. die 22. Martii.*

* *An. 1565. calend. Aug.*

Ornatur testimonio eruditionis.

Conrad. Edelman. Io. Crapner.

tatis adhibuit. In patria schola præceptore vsus est *Conrado Edelmanno*: qui in elementis Grammaticis fideliter eum erudiuit. Inde Tubingam missus est: vbi præceptorem nactus M. *Ioannem Crapnerum*, egregium puerilium ingeniorũ formatorem, ingenijs & diligentię luculenta edidit specimina. Non enim solum, quæcunque à præceptoribus tradebantur, auide arripiebat, & fideliter custodiebat: sed etiam pleroſque suorum æqualium longo post se interuallo relinquebat. Quare iam tum admodum adolescens magnam de se spem cõcitauit. Quotquot enim aliquid iudicare poterant de ingenijs puerilibus, illi facile impetũ & bonitatem Naturæ in eo agnoscebant.

Quapropter in numerum alumnorum illustrissimi Principis Wirtembergici ascriptus, è schola Tubingensi, quam Oesterbergicam vocant, Regiofontem traductus est, anno post natũ Christũ, sexagesimo supra sesquimillesimũ, ætatis duodecimo.

Königsbron monasterii in scholam mutatum.

Fuit *Königsbronna* olim celebre monasterium, ordinis Bernhardini Monachis conditum ab Imperatore *Alberto*, & Comitibus à *Schlisselberg*, circa annum Christi millesimum trecentesimum tertium: sed à Duce Wirtembergico *Christophoro*, post repurgatam Euangelij doctrinam, Musis & pietati consecratũ: in quo decem aluntur adolescentes, qui, vbi Latinam linguam ex optimis autoribus addidicerunt, ad maiores, quas vocant, scholas transferuntur. Celebris autem tunc erat schola illa regij fontis propter *Iodocum Stigerum* Belgam, scholasticarũ operarum ibidem administrũ & moderatorem. Erat enim vir Græce Latineq; doctissimus. Eum ergo nactus Frischlinus Præceptorem, vix dici potest, quantum in vtraq; lingua profecerit. Prælegebat enim Stigerus discipulis suis Clenardi Græcã Grãmaticam, Philippi vero Latinam, & in vtraque eos diligenter exercebat, non solum præcepta inculcans, sed & vsum ex optimis quibusque authoribus demonstrans, & ad eorundem imitationem propositis exemplis facilioribus & styli adiuncto exercitio, singulari dexteritate & industria inuitans. Qua sua diligentia & docendi dexteritate plus effecit biennio, quam vulgus præceptorum quadriennio. Frischlinus enim nondum egressus annum ætatis *decimum tertium*, qua erat ingenij bonitate, eos in vtraq; lingua progressus fecerat: vt & Græce & Latine tam prosa quam ligata scriberet. Ita enim ipse de se:

Iodocus Stigerus.

Frischlin. decimo tertio ætatis anno scribit Græce & Latine.

Alter ab Vndecimo nondum me ceperat anno;
Et quarta in cursu vix trieteris erat:
Carmina cum primo fecipuerilia ludo,
Manat Vbi, Brenti, regia fontis aqua.
Vera loquor; sed clara parum, nec cognita multis,
Inditio pueris notificanda meis.

Grato

Stant vbi Parthenopæ Lucano in littore ſedes:
Quo profuga impleuit mœnia Troe Capys.

Parentes habuit *Iacobum*, virum & pium & eruditum: matrem *Agnetem Rufam*, feminam honeſtam. Pater multos annos præconium verbi diuini apud Balingenſes fecit, & familiæ ac maiorum ſuorum nomen & decus non ſolum conſeruauit, ſed etiam amplificauit. Non enim primus pater Iacobus, aut filius Nicodemus, laudem pietatis, eruditionis, fortitudinis atque aliarum virtutum, in paternam familiam intulerunt, ſed eas à maioribus quaſi hæreditario acceperunt. *Parentes.* *Genus Friſchlinorum.*

Nomen paternum & auitum quanquam facile cum Latino aut Græco commutare potuiſſet, tamen id ipſum in omni vita ſtudioſe retinuit: nõ ſolum vt Germanico nomine Germanici ſtemmatis ſe eſſe probaret, ſed etiam ne peregrini aſſumtione nominis, laudes familiæ ſuæ, ad quos nomen illud reſpicere videtur, obſcuraret. Procul dubio enim nomen illud gentilitiũ, à vigore corporis & animi fortitudine, atq; aliis maſculis virtutibus maiores Friſchlini acceperunt. Habet nimirum locum hic illud Poëtæ: *Nomen Friſchlini.*

Conueniunt rebus nomina ſæpe ſuis.

Quod propter eos referimus, qui, vt Friſchlino ægre facerent, eundem *Fröſchlinum* appellarunt: de quibus conqueritur ipſe tum alibi, tum his verſibus elegiacis:

*Eſt qui Fröſchlinum * ſtolido me nominat ore;*
Ceu dederint ranæ nomen Ariſtophanis.
Contigit hoc ipſum diuino forte Maroni,
Cui ſtirps Virgilii nomen auita dedit.
Vergilium plebes tamen illum ſtulta vocauit,
Sicut Fröſchlinum me male ſana vocat.
Friſchlino mihi, non Frö chlino nomen auitum eſt,
Hoc me Teutonici ſanguinis eſſe probat.
Cecropia dices Hygienum voce, Latina
Si vis me, poteris dicere Vegetium.
Mens tamen eſt nobis nomen retinere paternum,
Vt me Germani ſtemmatis eſſe probem.
Hoc tritauus nobis Bernhardus nomine vixit,
Hoc atauus dudum nomine Ianus, erat;
Hoc proauus quondam Henricus cognomine vixit,
Hoc mihi Ioannes nomine vixit auus.
Militiæ iurata manus, pia fulcra ſenatus,
Legatique ducum, ſigniferiq; ducum.
Nec meus, eximia Phœbi præſignis ab arte,
Alterius voluit nominis eſſe pater.

* *Marcus Vaganerus paſſim ranã coaxantem vocauit.*

Pater hic, vir pius ac eruditus, filium, indicia indolis nobilioris proculdubio animaduertens, mature ad ſtudia humani- *Inſtitutio pueritiæ.*

mortuo Rege Stephano nouus Rex eligendus esset, missa erat, secutus est. Peregrinatione illa finita, de matrimonio ineundo consilium cœpit, & tandem, anno nonagesimo die sexto Febr. quo ætatis annum quartum & trigesimum ingressus erat, *Euam Wolfiam*, Godefridi Scharffij viri & medici clarissimi relictam viduam in vxorem Vratislauiæ duxit, & ibi præter omnium opinionem colica passione correptus, cum dies integros septem totidemque noctes insomnes duxisset, vicesimo septimo die post nuptias, lustro septimo, vti, ad Wilhelmum Actium libro VII. poematum sub finem scribens, præsagierat, volente & vocante DEO, vitam cum morte commutauit, & cœlestis vitæ ianuam, quam sibi apertam esse dixerat, est ingressus. Octauo Martii post, prope pilam chori occidentalis sinistram, non procul à Rhedingerorum monumentis, in æde D. Elisabethæ, non sine magno luctu coniugis, amicorum, &, quæ summa quæque sibi de ipso propter ingenium & eruditionem pollicebatur, patriæ totius sepultus: vbi vsque ad gloriosam quæ in IESV CHRISTO futura est, resurrectionem, quiescit.

Colica correptus moritur recens contracto matrimonio.

Sepultura.

Poemata Tilnei.

Scripsit poemata varia, quæ posthuma editione prodierunt, collecta studio *Ioannis Mehlii*: ac talia eruditorum iudicio æstimantur; vt sine controuersia obstruxisse iis videatur omnium Silesiorum luminibus. Maiora ex ingenio felicissimo in dies fuisset depromturus, si

Parsissent iuueni fata superstiti.

Iohannes Mehlius in poematis Tileni, anno nonagesimo septimo editis.

NICODEMVS FRISCHLINVS.

Ω. ex lapsu an. 1590. die 29. Nouemb. ætat. 44 incoato.

SI quisquam inter eruditos variis variorum fuit obnoxius iudicijs; ac diuersis fortunæ telis impetitus: fuit is *Nicodemus Frischlinus*: natus *Balingæ*, peruetusto ducatus Wirtembergici oppidulo, anno supra millesimum, quingentesimum, quadragesimo septimo, quo varii & horribiles motus Germaniã fere vniuersam concusserunt. Natalis eius incidit in diem vicesimũ secundum Septembris, horamq; matutinam quartã. Et quod non sine omine factum haud immerito suspiceris: Frischlino vitæ initium illa ipsa dies attulit: quæ Virgilio, poetarum Latinorum principi, finem & exitum. De quo ipse elegia quadã ita:

Balingæ patria Frischlini.

Frischlinus natus eo die, quo Virgilius mortuus.

Virgilium lux hæc Graia tellure reuersum
Sustulit: inque Itala contumulauit humo:

Stant

mos & doctissimos viros, *Martinum Thabarnum & Georgium Helmerichum*, præter cæteros, audiuit. Inde, iactis fundamentis in bonis literis & poesi præsertim, ad quam natura ferebatur, Wittebergam se contulit & *Ioannis Maiori*, quem summe semper admiratus, & eo præceptore vsus est, innotuit. Sumptibus autem destitutus, Academiam reliquit, & Sorauium redijt ad suos. Anno septuagesimo septimo Vratislauiam profectus, inde Viennam abijt. Viennæ menses octo fuit cum illustri & generoso Domino *Nicolao Comite de Solms*. Ibi pleraq; scripsit ad amicos quæ libro VII. continentur. An. septuagesimo octauo qui fuit ætatis XXI. Vratislauiam repetiit, & ciuis honesti cuiusdam liberos ad menses aliquot erudiuit. Cum dein sumptibus nonnullorum & præsertim Generosi Domini, Domini *Sigefridi Promnici*. Liberi Baronis in Plesl, Sora, Tribel & Hoyers werda, S.C.M. Consiliarij & Ducatus Saganensis hypothecarij, iuuaretur, Witebergam, secunda vice abijt, & animum ad studium iurisprudentiæ primum adiecit, ita tamen vt poesim nullo negligeret modo. Francofordiæ dein ad Viadrum per annum studio iuris operam nauauit. Retractus Witebergã mansit ibi vsq; ad annum 82. ætatis vero XXV. Eo anno circa Pentecostes Vratislauiam venit. Paulo post, volente sic *Alberto Vrsino* I.V.D. Reipub. Vratislauiensis Syndico, duos nobiles Silesios per Marchiam & Pomeraniam proficiscens, Rostochiũ deduxit & in *Ioannis Caselij*, viri ætate illa excellentissimi notitiam & amicitiam peruenit. Rostochio Vratislauiam spatio decem septimanarũ reuersus, ab inclyto Senatu Reipub. Vratislauiensis, stipendio fuit ornatus eo, quod pro Iuris studioso *Petrus Vincentius* Rector illius scholæ quondam Magnificus piæ memoriæ testamento ordinauit. Eo igitur & sumptibus Promnicianis adiutus, Italiam petiit, & Patauii, quo in loco studia potissimũ florent, mansit. Ibi præter cæteros *Hieronymum Parcirolam* eloquentissimum, & *Iacobum Menochium*, eruditissimos Iurisconsultos audiuit. Senis Hetruriæ fuit anno octogesimo tertio cũ generoso Domino *Christophoro Barone à Tanhau'en*, cui doctrinæ & morum informator constitutus erat. Eo pie ibi defuncto, vt libro octauo poematum videre licet, Romam Neapolimque lustrauit, & dein Patauium rediit, cursumque studiorum feliciter absoluit, ita vt anno octogesimo quinto mensis Augusti die vicesima sexta anno ætatis duodetrigesimo Iuris vtriusque doctor ibi crearetur. Post hæc Sorauium repetens & Vratislauiam, sub initium anni octogesimo septimo in aulã Illust. & Generosiss. principis & Domini, Domini *Caroli Ducis Münsterbergensis*, in Silesia, Olsnensis Comitis Glacensis legitime vocatus, consiliarii locum tenuit. Eodem anno Celsitudinem suam in Poloniam, quo à S. C. M. dum

Tilenus Witebergam venit.

Propter inopiam rediit in patriam.

Venit Viennam,

Inde Vratislauiam.

Mæcenatem Sigfridum Promnicium adipiscitur.

Inde Witebergam. & Francofurt.

Tertium Witebergã.

Rostochium nobiles deducit.

Petrum Vincentius stipendium Iuris studioso legauit.

Tilenus Italiam petit.

Christophoro Baro à Tanhausen præficitur.

Iuris D creatur Patauii.

Fit consiliarius principis Olsnensis.

neſcio ſiquidem, quid mihi mens præſagiat. Tum illa: imo, *mi Domine amantiſſime, DEO volente plures inſcribes. Fiat*, inquit ille, *voluntas Domini.* His actis vxor digreditur culinariæ rei proſpectura: ſed abſque cunctatione, quaſi diuinitus monita, mariti Muſæum repetit, nec ſolito eum loco ad menſam, ſed ad anaclinterium coniunctis & manibus & pedibus inclinato capite ſedentem reperit: inclamat identidem, ſed fruſtra. Aduocatis in trepidatione tanta famulis in lectum collocant: medicos accerſunt: tentant omnia, quæ ars & vſus præſcribit: ſed conatu irrito. Audiebat quidem adhuc, videbat, & voces loquentium intelligebat: aduenientes viſitandi cauſa intuitu conſtanti, & motu ſiniſtræ ad caput excipiebat: admouebat etiam alias eam capiti, quaſi ibi latere morbum, & eo remedijs eundum indicare laborans. Quod idem *Hieronymus Fracaſtorius* Veronenſis medicus feciſſe ſcribitur. Hic enim ſeptuagenario maior die octauo Idus Auguſt. Anno Chriſti 1553. inter prandendum apoplexia correptus eſt. Poſt multas autem herbas in olfactum balbutiente lingua efflagitatas, amiſſo penitus ſermonis vſu, manu ſæpe in verticem exporrecta ijs, qui aderant, innuere voluit, vt celeriter cucurbitula affecto & laboranti cerebro ſuccurrerent: quo ille ſe remedio quondã Veſtalem curaſſe meminerat: ſed re ab adſtantibus non intellecta leniter ſub noctem exſpirauit. Verum hoc obiter. Apianus cum biduum & fere trinoctium hoc morbo grauiter fuiſſet conflictatus: & ſuæ in Chriſtum fidei ac piæ inuocationis argumenta non voce quidem, ſed ſignis & gemitu profundiſſimo oſtendiſſet: die 14. Nouembr. mane ſtatim poſt quartam, animam ſuam leniter exhalauit, & in Chriſto placida fuit morte conſopitus. Vixit annos *octo & quinquaginta, menſes duos, dies ſex, horas duodecim.* Tubingæ eum vxor relicta honorifico funere extulit, magno cum luctu ſuo & Academiæ & ciuium. *Ex orat. funebri habita ab Erhardo Cellio.*

Apoplexia corripitur.

Hieronymus Fracaſtorius.

Mors Apiani

GEORGIVS TILENVS.

Georgius Tilenus natus eſt anno Chriſti milleſimo, quingenteſimo, quinquageſimo ſeptimo, Calend. Februarij intra 10. & 11. horam meridianam, Goldbergæ, patre *Georgio Tileno* Theologo, & *Martha Lubeliana.* Puer literas didicit in ſchola Lignicenſi & Sorauienſi. Pater quoque Rotenburgi, quo in loco nondum ſexagenarius, anno ſeptuageſimo diem ſuum obiit, literas eum docuit. A morte parentis anno ætatis decimo quarto Goldbergam venit & in ſchola illuſtri clariſſimos

Ω. 1590. die 4. Martii.

Studia Tileni Goldbergæ.

offendiculo. Sed huic gratiæ, DEI gratiam & publicam fidei confessionem, nominisq; diuini inuocationem prætulit. Cœlebs vsque ad 33. ætatis annum vixit: tandem diuina sic volente prouidentia vxorem duxit lectissimam virginem *Sabinam*, *Ioannis Scheuenstuel* Rosenhemij in Bauaria præfecti filiam An. 1564. ex Italia Medicinæ Doctor reuersus. Ornarunt nuptias sua præsentia octo & centum personæ illustres ac nobiles: & princeps Bauariæ ducalibus plane donis. Suscepit ex ea vxore sexto demum anno *vnicam filiam*: quæ nata est Tubingæ An. 1570. d. 27. Iulij paulo post migrationem illam: & vbi adoleuit nuptum *Christophoro Dürfelao* Thuringo IC. collocata. *Coniugium Apiani.*

Corpore autem fuit Apianus νοσερῳ: vt quod multi grauesque morbi diuexarunt: *vertigo, cephalia, lippitudo, febres, arthritis, nephritis, calculus, dysenteria, colica, podagra, paralysis*, & alij. Ingolstadij cum ageret, adeo grauiter aliquando ægrotauit; vt de vita desperaretur. Ibi *Fridericus Staphylus*, summo conatu apud Senatum hoc egit; ne Apianus, si moreretur, Ingolstadii sepeliretur. Verum Apianus valetudini paulo post restitutus, Staphyli, sui hostis, funus est comitatus: vixitque & ibi & Tubingæ annos complures. Ante obitum paucis diebus profectionem in Bauariam molitus est: à quo proposito eum coniunx, femina prudens, & valetudinis mariti sui conscia, auertit. Hac de itinere ineundo, sententia deposita, totum se in studia abdidit Mathematica: opera editioni destinata elimat; præfationes componit: papyrum & typos adornat. Admiranti rerum illarum multitudinem ac molem coniugi, dicentique rebus istis bonam partem domus, satis amplæ, adimpleri: & quis tanti apparatus tandem futurus esset vsus: *animo*, inquit, *sis quieto: propediem rebus istis tua domus grauida pariet: Francofurtum deinde fœtus excipiet, atq; educabit.* Ad hæc vxor amice submonuit; ac vt reliquum vitæ quietius transigeret, seq; ipse respiceret, orauit. Cui ille: *sic est*, inquit, *mea Sabina, & mihi & omnibus studendum laborandumq;, ac si perpetuo nobis esset viuendum: sic vero viuendum & orandum, ac si hodie nobis esset moriendum.* His & alijs vocibus non obscure ostendit; se ad mortis iter ingrediendum quouis articulo accinctum esse. Mortem.n. non procul abesse & ex præcedente paralysi, è qua tamen eluctatus fuerat, & ex cerebri imbecillitate, studijs assiduis ac peregrinationibus contracta, facile coniecturam facere potuit. Duodecima igitur die Nouembris, qua luna pleno lumine cōspiciebatur A. 1589. cum in Musæo studiis incumbert, & vxor nunquibus opus haberet, quæreret: tum ille, *neptis*, inquit, *nostræ nuper, DEI gratia, natæ, historiam annotaui, genealogiæ inscripsi nostræ, & patribus suis associaui: & pluribus ecce locum feci, ac circulos duxi: quanquam haud me plures inscripturum arbitror:* *Valetudo.* *Morbus eius Ingolstadii.* *Præsagium obitus.*

Bauarica excederet: constanter hanc ille sententiam & patienter excepit: atque de alia vt conditione sibi prospiceret, in viam se dedit: & recta *Viennam Austriæ* ad D. *Maximilianum* II. contendit. Fuerat enim & antea non semel per amicos, quos in aula Augusta habebat, monitus: vt coram Bauariæ illam descriptionem Cæsari offerret. fore certo, vt ad Austriacas prouincias simili modo describendas inuitaretur. Eò igitur vbi venisset, clementissime ad colloquium à Cæsare in conclaui suo fuit admissus; & Bauaria oblata atque benigne accepta, voti sui compos factus à Cæsare fuisset; nisi Pontificiorum quidam religionis nomine Apiano infensi, manibus pedibusque obstitissent. Tandem tamen *tres menses* Viennæ detentum Cæsario cum munere *centum Ioachimicorum* clementissime D. Maximilianus dimisit. *Carolus* Archidux Austriæ, tum ex Hispanijs rediens, Viennam appulerat: qui & ipse clementer Apianum complectebatur; ac cum eo de *Carinthiæ descriptione*, per *Ferdinandum de Ortenburg* iam egerat: sed obstantibus hic etiam calumniatoribus res impedita fuit. Itaque ex Austria per Morauiam & Germaniam, domum ad suos Rosenheimium in Bauariam, *exactis quinq; mensibus*, redijt.

Vienuam ad Maximil. Augustum abit.

Cum donatio dimittitur.

Calumniis aulicis premitur.

Tubingam ergo, cum commodus alibi locus nõ occurreret suasu amicorum * profectus, à Senatu amplissimo illius Scholæ orginarius Mathematum Professor honorifice fuit constitutus, & in Senatorum ordinem facultatemque bonarum artium cooptatus. Migrauit eò cum *familia*, supellectile domestica ac libraria Anno 1570. professionisque suæ initium fecit mense Martio, eoque profitendi modo, quo Ingolstadij indicatissimus vsum, annos *quatuordecim* magna cum laude docuit.

* 1569. d. 4. Octobr.

Tubingæ Matheseos professor constituitur.

Corpus ei datum fuit, quod in decentem & gracilitatis & proceritatis staturam excreuit, facie honorabili, barba nigra, sed rariore instar Patris. Laborum & deuorandarum molestiarum erat patientissimus: omnium rerum scitu dignarum cupidissimus, obseruatorque diligentissimus. Antiquitates vbicunque locorum fuit (fuit autem quamplurimis, Italiæ, Galliæ, Germaniæ vrbibus celebrioribus) solicite collegit. Incredibilem rerum memorabilium, admirabilium, *fossilium, metallicarum, terrestrium, aquearum*, coëgit copiam: & in peregrinationibus profundissimis metallifodinis, non sine periculo, aliquoties sese immisit, vt *fossilium* ac sub terra nascentium cognosceret naturam. Pietas in eo fuit vera, & constans religionis veræ amor: propter quam & patriam & ædes & amicos deserere non dubitauit. Fecerat ei princeps patrius potestatem, vt quocunque alio in loco Bauarici territorij vellet, habitaret, extra Ingolstadiũ: quod ibi religione sua multis esset offen-

Prosopographia Apiani. Mores & doctrina eius.

Amans antiquitatis & memorabilium rerum.

Pietas.

præfinito tempore reuersus ad sua, hoc est Mathematica studia rediit: quæ ita quidem tractauit, vt medicinæ nunquam obliuiscereturQuare anno 1564. impetrata à principe suo facultate, & literis commendatitijs ad *Maluetium* Bononiensem, & Dominum de Peilstein; Italiam repetit. *Redit in Italiam, ibiq; medici titulo ornatur.*

Hic cum Bononiam mense Aprili appulisset, testimonium in arte medica profectuum reuerenter petit. Mox à *Fabricio Garsonio*, præsente Archidiacono, toto Medicorum collegio, viginti quatuor doctoribus, magna insuper Germanorum frequentia, Medicinæ Doctor creatur, illustri testimonio ornatur, magnificoque postridie conuiuij honore à *Maluetio*, ab *Hieronymo, Philippo, Eduardo Fuggeris* excipitur. Tum diebus aliquot anatomias videt: lectionibus interest: & operam medicis rebus impendit. *Perlustrat vrbes Italiæ.*

Inde per Apenninum Florentiam, Senas, demum Romam accedit. Roma Spoletum, Lauretum, Anconam, Senogallias, Pisaurum, Rauennam petit: atque inde Bononiam redit: vbi *Hieronymum Cardanum* salutat, ac docentem audit, sicut & *Francoz num*, *Arantium* & alios. Tandem per clarissima quæque loca domum reuersus, suos omnes maxima lætitia affecit.

In docendi munere ita versatus est, vt non tantum publice suæ professioni satisfaceret, sed etiam domi plurima meditaretur, & aliquando in vulgus edenda conscriberet, etiam instrumenta varia machinaretur. Primo professionis anno dialogum *de Geometriæ principijs* conscriptum, *Vito Amerbachio*, suo quondam præceptori, dedit emendandum. Anno 1553. *liburum de Umbris* incepit, & anno 58. absoluit. De voluntate etiam *Alberti* principis, *Bauariæ descriptionem* est aggressus, quam magnis longisque laboribus, & itineribus varijs susceptis, anno 67. absoluit, sulsque typis elegantissime impressit. Opus hoc gratissimum fuit principi, qui *duobus millibus & quingentis aureis* autorem donauit: quotannis vero præter salarium Academicum duplicatum, *centum quinquaginta florenis* ad dies vitæ. Descripsit etiam *trientem* & eius vsum monstrauit. Duos maximos *cœli terræque globos* perfecit: *planisphæria* delineauit. *Cosmolabium*, & alia varij generis instrumenta partim illustrissimis ducibus Bauariæ, partim alijs, partim sibi confecit. Relicta sunt & alia multa ab eo affecta quidem, sed non perfecta opera Mathematica: vt *Sciotherica*, *Geodæsia*, *Optica*, *Gnomonica*, *Horologica*, *Meteoroscopica*, *Dioptrica*, *Heroscopia*, & alia. *Scripta & opera Phil. Apiani.* *Bauariæ descriptio.* *Donum pro ea egregium.* *Multa imperfecta reliquit.*

Postquam autem anno 1568. renunciatum Apiano fuit: vt quia Pontificiam in religionem iurare nollet, patria & ditione Baua- *Bauaria ob religionem iubitur excedere.*

ibique apud ſacerdotem quendam in cubiculo habitans, ſtudijs inuigilauit. Inde mox * cum *Sambuco & Lotichio* Pariſios contendit: vbi præter cæteros audiuit de annorum ſupputatione *Michaelem Beutherum*. De patris enim voluntate Mathematicis potiſſimum diſciplinis iucumbebat: ſuperque eo ſtudio Pariſijs literas aliquoties ad *Philip. Melanchthonem* dedit. Sequenti anno *1551. Viſisburgis, & Aurelijs* vixit: denique *Biturigibus* apud monachum quendam *Petrum Boquinium* Profeſſorem, pro 40. coronatis per annum cum *Vito Wickio* Vlmenſi I.C.

* *A.1550 d. 2. Nouembr. Michael Beuther docet Lutetiæ.*

Anno 1552. die 6. Martij domum eſt è Gallijs cum Sambuco comite reuerſus, patremque inuenit calculi continuo & annuo dolore ita debilitatum: vt breui poſt die 21. April profeſſionis Mathematicæ anno 26. pie obierit. Cum igitur filius Philippus præclaram ſibi comparaſſet, partim domi partim foris tum aliarum artium, tum præcipue Mathematicæ ſcientiam; in Patris defuncti locum conſentientibus Ducis Bauariæ & Academiæ votis, fuit ſubſtitutus, * cum viceſimum primum *ætatis annum* nondum eſſet egreſſus. Explicuit ea in functione publica omnis generis autores; *Arithmeticam Gemmæ Friſii, Euclidem, Theoricas Nicolai Simii: Sphæram Procli, Planiſphæria ſua, Geometriam, Trientem, Scioterica ſua, Sphæram Gerhardi Mercatoris: Coſmographiam Patru* ſui, & eiuſdem *quadrantis vſus, Sphæram Winshemii*, & alios autores Mathematicos; ita vt ſæpe ad principia recurrerit: nec priuatim quoque nobilium & illuſtrium auditorum commodis defuerit. Si dexteritati, diligentiæ ac fidei eloquendi ratio reſpondiſſet: vel Momo ſatisfacere potuiſſet. Sed fuit voce admodum debili & tardiuſcula: nec tamen propterea ab auditoribus deſtitutus, quorum ſæpe numerus *octuaginta* exceſſit.

Domum reuertitur Apianus.

Pater Apiani calculo extinguitur.

Phil Apianus patri ſuccedit.

* *A. 1552. d. 11. Iulii.*

Autoresquos explicuerit.

Apianus voce debili.

Etſi autem Mathematicæ ſtudium ſibi inprimis etiam de parentis voluntate excolendum elegerat: tamen ſiue ob alias cauſas, ſiue ob corpus perpetuo fere morbis obnoxium, Medicinæ ſtudium cum eo coniunxit. Audiuit ergo lectiones medicas ſtudioſe, & anatomias ſpectauit attente, herbarum itidem cognitioni operam ſedulo dedit, doctoribus *Ioanne Viſchero*, & D. *Grillo*. Poſtea Anno 1557. vt in Mathematis cum doctis conferet, & medicinæ Italicæ formam videret: Italiam adijt. Ibi clariſſimos Mathematicos inuenit, cumque ijs contulit: Medicis quoque doctoribus *Trincauelo, Francoano, Robortello, Bellocato, Capebecca, Falloppio*, & alijs perquam familiariter eſt vſus, lectiones audiuit, hortos perluſtrauit, ſimplicia didicit, conſultationibus medicis interfuit, & quicquid viſu ſcituve dignum diligenter obſeruauit. Domum

Cum Mathematicis Medicinæ ſtudium cõiungit.

Adit Italiam.

præ-

allocutus, varijsque de rebus in suo conclaui interrogauit. Visum est, non indignum relatu, quod paulo post eodem anno accidit Cum Cæsar die 26. Augusti in bello Germanico, castra ad Ingolstadium posuisset: Protestantes continuo triduo bellicis tormentis, quas bombardas vocant, *bis mille, septingentos, sexaginta octo globos*, in Cæsarianos emiserunt. Hic cum C. Iulij exemplo, Carolus in ipsis castris & medio belli ardore, siderum doctrinam coleret, ac reuolutionum cœlestium leges & periodos consideraret: Petrum Apianum in castra, vix dum posita & vrbi vicina, euocauit: vt in machina à se facta, certis rotulis orbes circumducentibus, repræsentante planetarũ motus proprios, Cæsari coram certius singula monstraret. Illo ipso die, prid. Calend. Septemb. cum globi ex hostium castris emissi circumuolitare magno agmine cepissent: vt vnus *quatuor librarum* pondere, per ipsum Cæsaris tentorium, omnibus tamen illæsis, abiret: trepidante Apiano, & caput subinde inclinante, *Carolus* nulla prorsus timoris significatione edita, pedem loco nusquam mouit. Petiuit tunc Imperator ab Apiano, vt filium Philippum sibi donaret: vtpote in quo Heros fortissimus idemque sapientissimus, eximium quiddam elucere perspiceret. Ac nisi pater istum se filium studio suo Mathematico totũm destinasse, inque eo post hac eruditurũ prætendisset: denegare petitionem Principi summo vix potuisset. Fecerat tum in Matheſi adolescens Philippus eos progressus, vt An. 1547. loco patrui sui *Georgii Benewicii*, arithmetici Landishutani, tum ægrotantis, ac paulo post mortui, fori vinarii negocia, in dimetiendis vasis expediret.

Carol. V. in castris literarum studia colit.

Caroli magnitudo animi.

Idem Philip. Apianum sibi donari petit.

Reuersus Ingolstadium magna cursum studiorum adsiduitate continuauit; sub disciplina præceptoris longe optimi omniumque fidelissimi, Patris sui: qui filium, Mathematici studij heredem relicturus, sui quam similimum esse cupiebat: inque eo nulli neque labori neque sumptui parcebat. Eius voti parens vt compos fieret, filio non inuitus potestatem discedendi, & externas scholas adeundi, concessit. Itaque Anno 1529. Ingolstadio die 28. Augusti cum *Sambuco*, abijt: & die 2. Septembr. *Eslingæ* virginem illam monstrosam conspexit. Deinde quo die Argentinam venit statim *Chilianum Voglerum* I. C. Institutiones Imperiales profitentem audiuit. Mox *Laurentii Offneri* mensa, lecto, habitatione hebdomadatim *decem bazionibus* conductis, clarissimis eius loci viris diligentia sua innotuit, & multorum ad amicitiam aditum sibi fecit, in primis fuit *Ioanni Sturmio*, Academiæ illius lumini, gratus & acceptus.

Ingolstadii à parente instituitur Apianus.

Argentinam mittitur.

Victus tum temporis quantipretii.

Annum Argentinæ commoratus Galliæ lustrandæ desiderio accenditur. Quare in Burgundiam A. 1550. *Dolam* abijt: ibique

In Galliam contendit Apianus.

Vua Apiana. & solertiam eius animaleuli. *Plinius* ita vuis Apianis apes cognomen dedisse scribit; & *Columella* id genus vuarum sic dictum ait; quod ab apibus & muscis appetatur: vulgo à muscis muscatellæ appellitantur illæ vuæ. Cæterum hic *Petrus Apianus*, pater Philippi, palmam in Mathematicis suo seculo omnibus præripuit: fuitque longe lateque per Europam & clarissimi nominis fama & admirandis ingenij monumentis atque instrumentis varijs ac nouis celebratissimus: doctis omnibus per Germaniam, Italiam, Galliam, Hispaniam notissimus, & principibus viris charissimus. *Carolus V.* Imperator tanta eum clementia fuit complexus: vt non modo Mathematicum suũ adeoque præceptorem constituerit: verum etiam domesticum sibi & quidem familiariss. esse voluerit; cumque eo sæpissime alijs exclusis collocutus fuerit. Idem Augustus *Petrum Apianum* aulæ palatijque Cæsarei Comitem equitemque auratum creauit; & nobilitate hereditaria donauit: ius creandi Notarios, insignia conferendi, & priuilegia multa dedit, cum armis gentilitijs splendidissimis, *aquila bicipite in nubibus volante*: Quod Romani Cæsaris alioqui insigne inde vsque à Constantini Magni tempore fuit. Idem Carolus Imperator, auro, argento, feudis P. Apianum locupletauit; & regia plane munificentia *pro vno Astronomico* illo Cæsario, præter omnes typographicas expensas, aliosque sumptus, *tria aureorum millia* donauit. Sed hæc de patre Philippi: Mater eius fuit *Catharina, Thomæ Mosneri*, ciuis & senatoris Ingolstadiani filia: ex qua Petrus quatuordecim suscepit viginti sex annorum spacio, liberos inter quos nouem filij, quinque fuere filiæ. Hæc cum maritus anno 1552 obijsset, vidua vixit annos viginti duos: decessit paralytica An. 1574. die 6. Iulij.

Patris celebritas.

Carolus V. Apiani patrẽ fouet, eique fauet.

Nobilitate donat.

Pro vno Astronomico opere tria aureorum milia donat Carol. V. Aug

Mater Philippi Apiani.

Vt primum autem per ætatem licuit, pater *Philippum* hunc, vt alios filios omnes liberalium artium principijs erudiendum per M. *Wolffgangum Gotthard*, curauit. Profecit in ijs, qua erat ingenij felicitate, tantum: vt ætatis anno * *vndecimo*, vna cum duobus fratribus, *Theodoro*, & *Timotheo*, Ingolstadij paternis in ædibus magna solennitate studijs, per depositionem, quam vocant, initiaretur; ac postridie à Rectore tunc vniuersitatis, Comite *Wolffgango à Leonstein*,, ciuibus Academicis adscriberetur. *Triennio*, post, peste grassante. Neoburgum, alterum suum præceptorem M. *Casparum Hormannum* est secutus: Mathematicæ sic peritum, vt loco *Petri Apiani* sphærica aliquandiu docuerit. Sequenti anno 1546. d. 24. Iulij, cum pater à *Carolo V.* Ratisbonam vocatus esset, instrumenta quædam ac libros in gratiam Cæsaris Hispanice versos, & partim Philippi manu descriptos, exhibiturus: eum Philippus est comitatus: quem tum ipse Carolus clementissime est allo-

Educatio Philippi Apiani.

* *A. 1542 d. 24 Septemb. An. vndecimo fit audiior publicus.*

Patrem ad Cæsarem eumdem sequitur.

à Sturmio emendati. *De Periodis* libellus. *Vita Beati Rhenani. Nobilitas Literata*, ad Werteros fratres. *Oratio Funebris* in obitu Iacobi Sturmii. *In Æschinu & Demosthenis Orationes* contrarias commentariolus. *De educatione Principis. De Nobilitate Anglicana. Scholia* in 1. lib. Politicorum Arist. Scholia in *Orationes Ciceronis*, pro Quintio: Pro Domo sua: Pro Cn. Plancio: Pro C. Rabirio. In Diuinationem contra Verrem. In 1. & 2. Philippicam. *Dialogi nouem* in Aristotelis Rhetor. *Resolutio Operum Ciceronis. Epistola* 2. de Victoria Christianorum, ad Echinidas, anno millesimo quingentesimo septuagesimo secundo. *Epistola Consolatoria* ad Fabricios fratres. *Epistolæ de morte* Reuerendiss. Principis D. Erasmi, Episcopi Argentinensis. *Aristotelis Rhetoricorum* libri tres in Latinum sermonẽ conuersi, & scholijs breuioribus explicati. *Prolegomena* in varios autores. *Hermogenis* de ratione Inueniendi Oratoria libri quatuor conuersi, & scholiis explicati. Eiusdẽ Partitionum Oratoriarũ liber, qui vulgo de Statibus inscribitur: Item libri de Dicendi generibus, de ratione Grauitatis occultæ, Latinitate donati, & Scholijs explicati. *Linguæ Latinæ resoluendæ ratio.* De *Imitatione Oratoria* libri tres, cum Scholiis Autoris. *De statibus* causarum Ciuilium, vniuersa doctrina Hermogenis Græci Rhetoris. *Commentarii* in Ciceronis Tuscul. 1. *Consolatoria* Epistola ad D. Bernardum Botzheimium de morte filij Ioann. Christophori Botzheimii, tristissimo & improuiso casu peremti. *Orationes Funebres* quatuor. Sunt & alia quædam ab ipso scripta, quæ etiamnũ latent. *Ioan. Philippus Glaserus, in narratione de hoc Sturmio, Gesnerus in bibliotheca, alii.*

PHILIPPVS APIANVS.

Ω. 1589. d. 14. Nouembr. æt. 58.

NAscitur *Philippus Apianus* Ingolstadij, quod oppidum est ad Danubium Bauaricæ ditionis, An. 1531. d. 14. Septembr. hora 4. pomeridiana, cum sol supra horizontem eleuatus esset gradus 201. quo anno & *Bilibaldus Birckeimerus* * Noribergensis, vir insignis, doctus, & facundus: & *Ioan. Stöfflerus*, celebris ille Mathematicus atq; Tubingensis scholæ Professor egregius, è vita discesserunt. Ita DEVS damnum, quod bonæ literæ fecerant duum interitu, huius exortu cõpensare voluit.

Patria & tempus natalicium.

* *Aliis moritur anno præcedente.*

Nominauit eum pater, cuius quartus erat filius, *Philippum* secundum, vt Philippi primi morte prius sublati, desiderium leniret, & hoc nomine memoriam conseruaret.

Pater ei fuit *Petrus Leusniceusis*, ex honesta familia Benewitziorum. *Biene* autem Germanis apes significant: vnde nomen Apianorum mutuati sunt, ob industriam, vt putatur, & soler-

Pater, cur Apianus dictus.

Concertatio cum Pappo.

dam ex illis satis dura fuerint; vt concertatio eius cum *Pappo*, heroica prorsus magnanimitate, patientia, & constantia pene diuina, non tolerauit modo, sed etiam superauit: nihil interim remittens de veritate semel agnita tuenda, de antiqua virtute, de bonis literis, & linguis posteris commendandis propagandisque, ceu alter quidam sui seculi *Tiresia*, *Dorus* aut *Asclepiades*. Libellos eristicos, & Stentoreas illas pro suggestu publico voces grauiter improbauit: laudauit contra Principes & inter eos reginam Angliæ, quæ neq; in scriptis neq; in concionibus quicquam pronunciari passa est: quod cuiquam Euangelicæ parti nocere posset. Et recte. Nam *multi* nostratium *disertos sese non putant esse; nisi ad clamores & ad criminationes digrediantur.*

Studium patus.

Obitus Sturmii.

Hisce ad metam properans tandē anno millesimo quingentesimo octuagesimo nono tertia die Martij, circiter diluculum, cum vires corporis partim senio laboribusque, partim febricula paulo ante exhaustæ essent, concedens naturæ, pie placideq; mentis ac ingenij viribus sibi constantibus, absque omni pene mortis sensu exspirauit, animamque suam Christo Seruatori, dulcissimo eius nomine Iesu subinde repetito, tradidit atque commendauit Cadauer tertia die post Argentorati teriæ mandatum est, in Cæmiterio S. Galli: vbi multorum clarissimorū exsuuiæ sunt depositæ: funere maxima omnium ordinum frequentia deducto.

Scripta Theologica.

Scripta à Sturmio edita sunt hæc: *Epistolæ de Dissidio periculoso Germaniæ*: & per quos stet, quo minus Concordiæ ratio inter partes ineatur. *De Emendatione Ecclesiæ, & Religionis Controuersius epist.* 2. *Vna* ad Cardinales ceteroscq; prælatos delectos: *Altera*, ad *Iacobum Sadoletum* Cardinalem. *Scripta quædam de Cœna Domini Noua Vetera*, Buceri & aliorū cū præfatione ipsius impressa. Eiusdē *Antipapp* 3. contra D. Ioa. Pappi caritatē & cōdemnationem Christianā *Quarti Antipappi* tres partes priores. 1. Cōmonitio. 2. Antiproœmium. 3. Anthosiander. *Pappus Elenchomenos* 1. Ad Lucam Osiandrum. *Epist. Apologetica*, contra Iacobum Andream, alterum flagrum Ægyptium, suæ Theologiæ Doctorem Tubingensem. *Confessio Augustana Argentinensis.* Sunt & alia eiusdem generis contra Pantachusiastas. Philologica sunt hæc. *De literarum ludu recte aperiendis* liber. *De amissa dicendi ratione*, & quomodo ea recuperanda sit. *Partitiones Dialecticæ. In Partitiones Oratorias* Ciceronis Dialogi 4. Luctus ad Ioachimū Camerarium, cum Epitaphijs Ioan. Sapidi. In quosdam Platonis Dialogos præfatus est, de Ratione interrogandi atq; collocandi Dialectica. *Selectarum Epist. Ciceronis* libri 3. in vsum puerorum. *Commentarii* in Orationem Ciceronis de Responsis Aruspicum. *Ciceronis Orationes & Rhetoricorū* libri omnes

Philologica.

à Stur-

Molsaticæ, cæterisque Religionis & literarum amantissimis Principibus, Comitibus, Baronibus, Rebuspublicis, Nobilibus innumeris, in finibus & extra fines Romani Imperij.

Vt nihil dicamus de omnibus vbique gentium & locorum hominibus doctis & quocunque genere studiorum claris: etiam remotissimis in Regnis: *Hungariæ* scilicet, *Poloniæ*, *Bohemiæ*, *Transsyluaniæ*, & cæteris; qui vel ipsi coram, vel per literas, vel charissimis suis pignoribus missis, Sturmium nostrum sua notitia, consuetudine, amicitia, & dignum iudicarunt & ceu alterum sui seculi Platonem, Aristotelem, aut Ciceronem suspexerunt, coluerunt, celebrarunt.

Varijs hoc modo laboribus periculisque domi, foris, in Lycæis, in consilijs exantlatis summa fide, incredibili constantia, mansuetudine incomparabili, cum domus illius optimo cuique dies ac noctes pateret, essetque velut commune quoddam exulum asylum, peregrinorum ac pauperum hospitium, quos omnes fouendo, alendo, foris domique iuuando, facultates haud exiguas absumsit: maxime Gallorum Euangelicorum salutem tuendo, in quam omnes suas diuitias impendit, ipseque cum suis egere maluit, quam cõmunem causam deserere: animo laudabili & perpetua gratitudine digno: cumque prospera vt plurimum valetudine vitam degeret sobriã, tranquillam, suauem, triplici in coniugio: primo cum *Iohanna Pisonia* Parisiensi, quam Argentoratum profectus, post paucos annos, non sine magno mœrore amisit: secundo cum *Margarita Wiganda*, optimi senis & fidelissimi parastatæ sui *Ioannis Sapidi*, priuigna, ex qua etiam filiolum vnicum, *Ioannem Bernhardum*, in limine pueritiæ, summo cum patris dolore, extinctum, suscepit: tertio cum *Elisabeta ab Hohenburg*, lectissima fœmina, quam viduam reliquit: peruenit ad annum ætatis vsque *octuagesimum primum*, superatum mensibus quinque, diebus duobus, cum seruijsset Argentorati annos *quinquaginta & vnum*.

Mores & virtutes eius.

Beneficentia.

Coniugium triplex.

Ætas.

Corpore fuit mediocriter procero, vegeto, atque firmo: colore fusco viuidoque: vultu constanti & honesto; voce clara & æquabili: incessu facili, sed tardiusculo, prorsus in moribus amabilis pariter & venerandus: in sermone grauis & comis; in consilijs rebusque agendis promptus & expeditus: intentus negotijs cum publicis tum priuatis amicorum, quorum congressibus & collocutionibus fuit delectatus plurimum: vt & crebris cum ijsdem inambulationibus. Postrema senecta afficiebatur multum lingua Hebræa: cum alias Latine & Gallice potissimum loqueretur: lectione quoque sacrarum literarum & Theologicis commentationibus.

Statura.

Senex Hebræam linguam discit.

Vsus est fortuna varia, magnis viris hoc in mundo vsitata: inter cætera etiam orbatus visu. Quæ tamen omnia, licet quædam

Joachimus Röderer, Sleidanus, Sturmii familiaris et conterra dixit mihi, 27. maii 1632. Sturmium constituisse libellum edere de perfidia Gallorum, a quibus turpiter erat circumscriptus, ac pecuniæ ingenti summa quam suo periculo vndequaque confecerat, fraudatus.

Digitized by Google

Collega eius item.

VVolffgango Fabricio Capitone, Martino Bucero, Caſparo Hedione, Ioanne Sapido, Iacobo Bedrotto, Petro Dalypodio, alijs, de vera Dei agnitione, bonisque literis & linguis reuocandis, tradendis, & ab interitu vindicandis, præclariſſime meritis, cum Argentorati, tum alibi. Quibus cum Sturmius officium ſedulo, cõſtanter, fideliter, pacateq; faciendo indies recens inſtitutam ſcholam ita auxit, ornauit, confirmauit, ſcribendo, commentando, legendo, omnis generis exercitia literaria inſtituendo: vt alteras Athenas, alteramq; Maſſiliam diceretur Argentinæ extruxiſſe. Nec ceſſauit etiam, donec eandem ad culmen vſque celebris Academiæ, beneficio inclyti Magiſtratus, perduxiſſet, anno Domini M. D. LXVI. Priuilegia clementiſſime largiente Imperatore *Maximiliano* II. P. P. S. A. Qua de re hoc eſt, vtilitate huius à Sturmio inſtitutæ ſcholæ & Academiæ, cum loquatur Germania prope vniuerſa, vna cum Gallia, Anglia, Dania, Italia, Hiſpania, multaque in ijs templa, fora, Lycæa, diuini etiam ingenij illius doctrinæ atq; induſtriæ monumenta edita partim, partim edenda, idem comprobent: nil opus eſt verbis.

Euehit ſcholam ad Academiæ culmen.

Fama Sturmii.

Ex Argentina, quam Sturmius plus patria ſua dilexit, cum dimanaret eius virtus, doctrina, integritas, fides, prudentia, in omnes partes orbis Chriſtiani: cœpit expeti & adhiberi, licet inuitus, non ſolum ad grauiſſima conſilia, de Eccleſijs & ſcholis etiam alibi recte conſtituendis: ſed etiam ad ardua comprimis negotia & deliberationes de Regnis rebusque publicis turbatis, denuo pacandis.

Obit legationes varias.

Sæpe igitur diuerſis grauiſſimisque periculis Euangelicorum legationes demandatas habuit, *in Galliam* partim, partim *in Angliam*, partim *in Daniam*, in *caſtra Proteſtantium*, ad *Colloquium VVormatienſe* ad complures alios principes atque ordines S. Imperij, in quibus tanta Sturmij illuxit fides, virtus, induſtria, dexteritas; vt ob haſce dotes non modo exteris: ſed etiam Pontificibus Romanis, Cardinalibus, Archiepiſcopis, Epiſcopis, & cæteris innotuerit: & ampliſſimis nonnunquam oblatis dignitatibus, alio ab ijs inuitatus fuerit: ſed etiam charus extiterit ſummis Imperatoribus ac Regibus, Electoribus, Principibusque ſacri Romani Imperij; adeo vt ab ijs Nobilitatis, libertatis, aliaque multa acciperet priuilegia, à nonnullis etiam annua ſtipendia: in quibus fuere Diui Imperatores *Carolus* V. *Ferdinandus*. *Maximilianus* II. Galliæ Reges, *Franciſcus* I. & *Henricus* II. Daniæ Reges, *Chriſtianus* & *Fridericus*, Angliæ Reges, *Eduardus* VI & D. *Elizabeta*: Electores Illuſtriſſ. *Mauritius* & *Auguſtus* F. F. Sax. *Fridericus* III. Palatinus cum alijs Principibus multis Illuſtriſſimæ domus Palatinæ, Saxonicæ, Brandeburgicæ, Haſſiacæ, Megapolitanæ, Holſa-

Honos Sturmio habitus.

Fulvius Urſinus ita ſe ſtatuere dicit, nullum inter recentiores ad illam veterem Latinitatis puritatem propius acceſſiſſe Sturmij. Hæc ex ipſamet Urſini ſibi audita in Italia anno 1595. D. Nicolaus Reiſnerus mihi re-
lit d. 29. Nov. 1602

cinnitatem, facilitatemque admissus sit ad munus docendi publicum, in eadem Parisiensi Academia vna cum *Andernaco* & *Latomo*. Vbi linguæ vtriusque scriptores bonos, artesque logicas docuit annis octo. *Docet ib. publice.*

Rem ibidem familiarem instituens cum *Iohanna Pisonia* lectissima virgine: conuictores multos aluit, & in his eodem tempore, episcopum vnum, Barones & nobiles aliquot, Italos, Gallos, Anglos, Germanos, constantis ætatis & eximiæ doctrinæ homines: quorum iucundissima conuersatione profectus fecit indies; cum in bonis literis, tũ vero maxime in pietate & agnitione veritatis Euangelicæ singulari beneficio Dei: propter quam etiam nõ exigua vitæ pericula adijt Parisijs, dum & ipse libere veritatem agnitã profitetur est: & simul alios in eadẽ instituit, institutos confirmauit, suisq; sumptibus & periculis sustentauit: carus interim ob ingenium, virtutem atq; doctrinam, multis magnis & doctis viris, *Iac. Fabro* Stapulensi, *Guil. Budæo*, *Adamo Carolo*, *Iul. Camillo*, & inprimis *Ioan. Bellaio* cardinali celeber. qui eum constanter vsq; ad vitæ suæ finẽ dilexit. *Ducit vxorem.* *Alit conuictores.* *Amici eius.*

Hinc illius præstans virtus, doctrina, morum grauitas, omnibus vbiq; terrarum viris doctis cum innotesceret, percrebuit etiã de his fama per Germaniã: in qua cum haberet sui studiosos, *Erasm. Roterodamum*, *P. Melanchthonem*, *M. Bucerum*, & alios: non modo crebras à clariss. illis viris literas accepit, maxime à Melanchthone: qui ingenue fatetur inter amicos: *Facile sibi esse scribere epistolas ad omnes alios, ad Sturmium autem difficile*: Sed cum ijdem quoque illius consuetudine non possent carere diutius, effecerunt communicatis consilijs vt Sturmius ab ampliss. Reip. Argentinensis Senatu, ad scholam in vrbe aperiendam euocaretur ex Gallia, in qua propter acerrimas inquisitiones in Euangelicos & crudelissima supplicia, ipse quoq; parum tutus erat amplius. Quam vocationem legitimã secutus, iam Parisijs honorem atq; titulum Doctoris Medici vna cum Andernaco petiturus: præter Galliarum Regis Francisci eiusque familiarium gratiam collectam. *Vocatur Argentinam.*

Venit Argentoratum anno millesimo quingentesimo trigesimo septimo, ibique iubente inclyto vrbis Magistratu, & cum primis magno illo *Iac. Sturmio*, Alsaticæ nobilitatis ornamento æterno, prudentiss. viris *Nicolao Kniebsio* consule, & *Iac. Maiero* tredecimviro, primis Scholarchis: anno, postquã eo venisset, sequenti scholam, literarum, bonarum artium atq; linguarum officinã aperuit, in collegio Prædicatorum; discipulos per vrbem dissipatos collegit: & in decem ordines seu classes ibidem distribuit: Præceptoribus docendi methodũ præscripsit: disciplinã honestis legibus muniuit: eademq; omnia coluit ipse & conseruauit, adiutus ab amantiss. collegis, fidelissimis parastatis, *Iac. Sturm.* *Aperit scholam Sturmius.*

IOANNES STVRMIVS.

Q. 1589. d. 3. Mart. St. V. ætatis 82. currente.

CIcero hic Germaniæ primum huius cœli ſpiritum hauſit *Sleidæ*, in Vbijs oppido, in regione, cui nomen nunc eſt Eiflia, ad confinia Limburgenſis & Iuliacenſis Ducatuum, non longe diſtante ab oppido Dura, Caroli V. expugnatione claro. Naſcitur Sturmius anno Chriſti milleſimo quingenteſimo ſeptimo, ipſis calendis Octobribus, hora ſecunda pomeridiana:

Sleida oppidum.

Pater Sturmii.

patre *Guilielmo Sturmio*, honeſto & docto viro, quæſtore generoſorum Comitum à *Manderſcheid*; matre *Gertrude Hulſana*, fœmina lectiſſima: parentibus quatuordecim vtriuſque ſexus liberorum; quorum etiam auos & auias, & ſuos proauos & proauias multa ſenectute vidit, idque exemplo raro.

Mater.

Educatio.

Primis annis in patria eruditus eſt literis & bonis artibus, ſub præceptore optimo *Antonio Dalpendio*, vna cum generoſis Comitibus à Manderſcheid, expetitus ab ijs, cum puer eſſet nouem annorum.

Leod. abit.

Pubertate egreſſus vberioris ingenij culturæ cauſa, *Leodium* ſeſe contulit; ibique in collegio *Hieronymiano*, quod vulgo Fratrum dicitur, audiuit inter alios *Arnoldum Etnatenſem*, cuius honorificam ipſe mentionem facit in ſcholis ſuis Argentinenſibus. Inde vno atque altero anno elapſo *Louanium* venit, anno Chriſti milleſimo quingenteſimo viceſimo quarto; vbi annos quinque, tres diſcendo, duos docendo conſumſit: vſus ſtudiorum ſocijs optatiſſimis, poſt amicis conſtantiſſimis, viris clariſſimis, *I. Sleidano*, *Guinthero Andernaco*, *Chriſtophoro Montio*, *Bartholomæo Latomo*, *Andrea Veſalio*, *Iacobo Omphalio*, & alijs.

Inde Louan.

Condiſcipuli eius.

Ibidem cum familiariter verſaretur cum *Rudgero Reſcio*, & *Conrado Gorlenio*, hominibus literatiſſimis, vtriuſque linguæ Græcæ & Latinæ Louanij tum Profeſſoribus: animaduertens in arte typographica recens inuenta bonis literis magnum præſidium eſſe poſitum: cum *Rudgero Reſcio*, qui Græcas docebat literas, officinam inſtituit typographicam, circiter annum ætatis vigeſimum ſecundum, adiutus liberaliter parentis ſui Guilelmi ſumptibus haud exiguis: & auctores quoſdam Græcos, Homerum primo omnium impreſſit, impreſſosque Louanio ſecum non longe poſt importauit Lutetiam Pariſiorum, Galliæ Academiam nobiliſſimam anno reparatæ per Chriſtum ſalutis milleſimo quingenteſimo vndetrigeſimo. In ea Academia cum annis aliquot operam dediſſet viris doctiſſimis, animumque ad Medicinæ ſtudium appuliſſet: contigit, vt ob virtutem præſtantem, ingenium excellens, doctrinam variam, iudicium graue, linguæ Græcæ & Latinæ peritiam, inprimis vero propter orationis puritatem, & methodi in docendo concinni-

Inſtituit officinam typographicam.

Abit Lutetiam.

Cum vero insanis factionibus Belgium flagrare inciperet; ille mature cessit inquietudini & *Lugdunum Batauorum* se contulit, vbi in recens condita Academia primus Rectorem, & Græcæ linguæ egit professorem annis circiter quatuordecim. Inde in patriam reuocatus in noua vniuersitate *Franekerensi* græcas literas aliquandiu publico stipendio professus est: mortuus ibidem anno ætatis septuagesimo quarto, Christi vero Seruatoris 88. die Februarij 8. atque in templo sepultus.

Lugdunum concedit.

Reuocatur Franekeram.

Vbi moritur.

Potuisset hic vir ad maximas quasq; dignitates splendidissimasq; professiones peruenire, ad quas à diuersis magnatibus frequenter fuit inuitatus, si voluisset. Nec ingenij solum, sed & corporis dotibus natura ipsa eum huc destinasse videbatur, quæ nihil omiserat, quod in plenissima virilis corporis fabrica requirebatur. Erat enim statura vltra mediocritatem, membris validis & bene compactis, & proinde etiam robustis: cute candidissima, facie decenti: lata fronte, oculis lætis: capillitio ruffo, barba densa ac valde promissa. Quæ omnia illi venerabilem quandam reuerentiam & authoritatem apud notos & ignotos conciliabant. Vnum tamen illud natura in eo oblita videri poterat: vt ei facultatum suarum fiduciam paulo maiorem ingeneraret. Obstitit enim illi semper ἀνοωπία, & inutilis quædam verecundia: qua obstante, idem quod priuatim, inter paucos cum summa laude potuit, publice præstare non potuit, perstringente mox eius oculos auditorum frequentia, quæ alios magis excitare & erigere solet. Amicis vsus est viris suæ æui clarissimis, & Lugduni dum vixit potissimum *Donello*, *Dousa*, *Lipsio*, atque *Iano Grutero*, quem in delicijs habuit.

Mores eius.

Statura corporis.

Ἀνοωπία Tiaræ.

Amici.

Vir pius, integer, solide doctus & non huius, sed ex reliquijs aurei illius seculi: cui ignota simulatio & dissimulatio: quoque vix meliorem & tranquilliorem sol vidit.

Interpres fuit Græcorum fidelissimus ac felicissimus. Fidem faciunt, quæ de ijs Latina fecit, tam astricta oratione, quam soluta. Eorum nonnulla pridem edita, vt, *Sophistes Platonis*, *Medea Euripidu*, *Pythagoræ*, *Phocylidu*, ac *Theognidis* sententiæ carmine Latino expressæ, quædam adhuc in scriptis, lucem suo tempore visura, supersunt, vt, *Homeri hymni*, *Hippocratis Aphorismi & Prognostica*; *Platonis Eutyphro*, *& Alcibiades* 2. atque alia nonnulla. *Poemation de Nobilitate & Disciplina militari Veterum Frisiorum* non inelegans, ante multos annos typis excusum: superiore anno publicatũ inter Delicias Poetarum Belgicorum. In translationibus eius Prosodiacis est quædam Ciceroniani sermonis puritas, minime tamen affectata; sed veluti natiua; quæ singulari quodam philtro abblandiens aliquanto plus voluptatis adferat lectori, quam is ex ipso fonte Græco erat perceptarus. *Suffrid. Petri de Scriptorib. Frisiæ, & Academ. Lugdun.*

Scripta.

Nondum edita.

Felicitas in translationibus.

Simlero, *Ludouico Lauatero*, *Hieronymo Zanchio*, *Gryneo* vſus eſt valde familiariter. Ex Iureconſultis non tantum patronos, ſed amicos habuit, *I. Baptiſtam VVeberum* imperij Romani vicecancellarium, *Melchiorem Klingium*, *Ioachimum Manſingerum*. Medicis *Ioanni Cratoni*, archiatro Cæſareo, *Ioanni Poſthio*, archiatro Palat. *Caſparo Peucero* & archiatro & archiphiloſopho, *VVilhelmo Rugero* archiatro Wirtebergenſi fuit coniunctiſſimus; cum alijs clariſſimis viris atque præſtantiſſimis D. *Ioanne Sturmio*, ætatis noſtræ Cicerone ac Theophraſto, *Ioach. Camerario* politioris literaturæ auctore, *Huberto Langueto* conſiliario regio, *Eraſmo Lato Dano*, *Ioanne Moibano*, *Hartungo*, *Ioan. Sambuco* hiſtorico Cæſareo, *Ortholpho Maroldo*, *Hieron. VVolphio*, *Petro Lo:ichio*, *Paulo Meliſſo*, *Iano Iacobo Boiſſardo*, qui omnes viri ſingulares, ſæpe ad ipſum ſcripſerunt, multos annos familiariſſime vixit. Symbolum ſibi mature admodũ delegit geminum: ſacrum nempe hoc: *Adiuuante DEO*; politicum autem iſtud: *Perrumpendum eſt*: **Hindurch mit Frewden vnverzagt.** Atque hæc de Michaele Beuthero, ex narratione Cl. & Reuerendi Viri Michaelis Philippi, F. Theol. D.

Symbola.

PETREIVS TIARA.

Ω. 1588. d. 8. Febr. æt. 72.

NAtus eſt *Petreius Tiara* anno decimo quarto, ſupra ſeſquimilleſimum, decimoquinto Iulij, in oppido Friſiæ, Lauicam & Flæuum fluuios interiacentis, maritimo, *VVorkum* vulgo dicto. Cumque eſſet ſingulari ingenio, & admirabili memoria præditus: nullam difficultatem in ſtudijs, imo vero in quibuſcunque rebus percipiendis, ſenſit: vnde & αὐτοδίδακτος in omnibus fuit: nihilque vnquam reperit, quod non ſuopte Marte, & ſine Præceptoris opera pleniſſime perciperet. Quare & Logicis, & Mathematicis, & Phyſicis, & Ethicis diſciplinis exemplo ſingulari inſtructus fuit. Inſtrumenta Muſica, Aſtronomica, Geometrica artificioſiſſime fabricare, vt & pingere potuit. Trium linguarum cognitionem exactam habuit, quarum ſubſidijs ad vſum facultatis medicæ potiſſimum vtebatur. In qua ſupremam lauream conſecutus, induſtriam ſuam Reipublicæ probare voluit.

VVorkum patria Tiaræ.

Tiara αὐτοδίδακτος.

Eruditio eiuſdem.

Medicinæ dat operam.

Adoleſcens vidit *Germaniam*, *Galliam*, *Italiam*. In Belgium reuerſus, vxore in patria ducta ſedem *Louanii* fixit. Qua amiſſa non multo poſt, ad nouam vniuerſitatem *Duacenſem* regio ſtipendio vocatus, vtriuſq; linguæ profeſſionem ſuſcepit. Ducta autem vxore ſecunda, quæ & Gallicæ linguæ inſolentiam, & patriæ deſiderium ferre non poterat: profeſſione relicta, in Friſiam migrauit, & *Franekeræ*, vnde vxor nata erat, ſubſtitit, vbi & Conſulatum vrbis aliquandiu geſſit.

Peregrinatur.

Louanii ſedem figit.

Inde Duacũ migrat.

Porro Frameckeram.

Cum

& Italicam perinde vt Germanicã loquebatur perfecte & eleganter; Hiſpanicam & Anglicam ita intelligebat, vt quæ legeret, in aliam transferre linguam expedite poſſet. Antiquitatis omnis fuit ſtudioſiſſimus: hiſtorias veteres & recentes, quæ multorum ſalubrium præceptorum tanquã ſeminarium ſunt; nec tãtum patriæ noſtræ; ſed Galliæ, Italiæ, Hiſpaniæ, Angliæ, Belgij, Poloniæ, Hungariæ, Bohemiæ, diligenter euoluit: priſcorum temporum annales peragrauit. Et quia, vt Seneca loquitur, *longum per præcepta iter eſt; breue autẽ & efficax per exempla*: ideo in legenda hiſtoria Græca & Romana non ſolum rerum geſtarum, locorũ, temporum deſcriptiones; ſed etiã omnium cauſas, conſilia, acta, euenta, circumſtantias, cur quid geſtum, cur quid omiſſum conſiderauit; omnes omnium gentium virtutes, vitia, mores, ritus, leges, atq; politias familiares ſibi habebat: regnorum ac ciuitatum plerarumq; ortus, incrementa, mutationes, viciſſitudines addidicerat: omnes prope regum, principum, comitum, nobilium, ac patriciorum genealogias mira dexteritate memorare ſciebat, & multas magnas controuerſias horum auxilio diremit. Et quod in eo ducendum ſingulare, inſigni prędituſ fuit, & fere diuina memoria, longeq; præſtantiori, quam *Portio Latroni* ſuo Seneca tribuit. Nam nõ tantum quæ ſemel vel viderat, vel legerat, vel audiuerat, firma ac ferrea, vt ita dicam memoria, conſtante etiam ætate, retinuit; vt Imperatorum & belli ducum familias, ac rerum geſtarum ab ijs hiſtorias; quin vulgarium quoq; militum, atq; infimæ fecis, impedimentorum bellicorum nomina, cognomina, ipſamque eorum patriam, quæ ſingula vna vix vice in caſtris ſcripſerat; ſed etiam in ſuprema ſua ætate, illarum cantilenarum & melodiarum probe meminerat, quas ancillæ ad cunas in prima infantia occinere ipſi ſolitæ fuerint; quod de nullo alio vnquam nos vel legiſſe vel audiuiſſe meminimus. Sæpe commemorare ſolitus fuit, amicã & crebram inter ſe, Lotichium, & Poſthium in Italia & Germania extitiſſe concertationem, quis eorum præſtantiori eſſet memoria: & ita tandem tranſactum, Lotichium cum Poſthio in retinendis ipſiſſimis verbis contextus, præter obſeruationem nominum propriorum, excelluiſſe: Se vero in accuratiſſima commemoratione etiam peregrinorum nominum propriorum ſiue locorum, ſiue perſonarum diuturniori ac firmiori memoria ipſos ſuperaſſe.

Memoria.

Certamen de memoria præſtantia.

Amicos in omni artium & ſcientiarum genere ſibi comparauit viros præſtantiſſimos. Ex Theologis enim lumina illa non modo vidit; ſed & cum ijs amiciſſime conuerſatus eſt. *D. M. Lutheri* domeſticus, *Philippi Melanchthonis*, *Iuſti Ionæ*, *Ioan. Bugenhagii*, *Caſpari Crucigeri* ſenioris auditor Witebergæ fuit: *Seb. Münſtero*, *Ioan. Funcio*, *Ioan. Caluino*, *Henr. Bullingero*, *Ioſia*

Amici.

Morbus supremus.

Cum ergo ipsa ætate ceu μαρασμῷ ac flacciditate quadam, diuturnis passionibus ictericis præcedentibus, vires naturales humido radicali exsiccato, paulatim consumerentur; ac supremum iam sibi imminere diem animaduerteret: sine vlla prorsus aut vultus mutatione, aut animi perturbatione, indubitata fiducia misericordiæ diuina sustentatus, ac spe certa vitæ æternæ fretus, mortem, quam cum Apostolo in lucro ponebat, constanter & intrepide exspectauit. Inprimis vero recitatione Psalmorum Latinorum ex interpretatione *Huldrici Zwinglii*, quam exacte memoriter tenebat, delectatus est; & inter cæteros Psalmos 16. 25. 30. 31. 39. 40. 51. 71. 77. 86. 90. 91. 103. 119. 125. 145. sæpissimeque ex Psalmo 77. verba illa, *Dextera Dei omnia mutare potest*, in acutioribus morbi sui punctis ingeminauit. Confessionem fidei coram ministro Ecclesiæ in præsentia suorum domesticorum edidit; seque in illa vera doctrina, quæ in verbo Dei, traditur, iuxta symbolum ipsius:

Symbolum Beutherii.

Adiuuante Deo, ad mortem vsque constanter perseueraturum esse, protestatus est: Aliorum de religione excitatis controuersijs se nunquam immiscuisse; semper autem rixandi & calumniandi illam libidinem summopere sibi displicuisse; & moderationem expetiuisse, ne ex parte nostra cursus Euangelij impediretur, & via Pontificijs nostras Ecclesias inuadendi sterneretur. Commendare igitur hanc causam Deo, & rogare eum; Ecclesiam suam afflictam ne deserat: omnia denique se omnibus condonare.

Tandem aliquoties certa fiducia in promissiones diuinas erecta spe, dicta illa Scripturæ repetijt: *In te Domine sperauí, non confundar in æternum*: *Spes non confundit*; *spe salui sumus*. Lingua vero, vt & alijs membris officium suum amplius non facientibus, ijs attente auscultauit, qui verba ad ipsum fecerunt:

Obitus.

atque inter vota tacita & suspiria extinctus ita est, vt

Quondam oleo lampas deficiente solet:

die vigesimo septimo Octobris, qui fuit tum dies ♀. inter horam nonam & decimam vespertinam, anno Christi octuagesimo septimo, ætatis sexagesimo quinto, in amplexu vxoris, liberorum & amicorum. Tertio die post, qui fuit Dominicus,

Sepulturæ.

elatus est humeris studiosorum, & sepultus in cæmiterio extra vrbem, quod vicinum est ædibus, in quibus aluntur leprosi, funus prosequente Academia & Republica Argentinensi frequentia illustri & rara. Fuit vir pius, ministerij Ecclesiastici amans, concionum sacrarum auditor frequens & attentus: in lectione Bibliorum adsiduus: officij sui anxius: iustus, prudēs, temperans, moderatus ac patiens: in congressibus affabilis,

Virtutes.

Eruditio.

suauis, & grauis. Trium facultatum doctissimus, linguarum cardinalium Hebrææ, Græcæ & Latinæ peritissimus: Gallicam

& Ita-

Vtilitate fabularum, de Viuentium quorundam generatione spontanea: de laude Poëseos, de studio eloquentiæ, item *orationes* variæ.

In Mathematicis aliquot etiam tractatus, vt *de globo Astronomico, de circulis, de correctione noui Calendarii Gregoriani.* *Mathematica.*

In Poësi, *tres epigrammatum libri*, vario genere carminis, ab eo sunt conscripti. *Poetica.*

Decanatu primo in Academia Argentinensi ipse functus est, & primus nouem magistros, anno sexagesimo septimo solenniter creauit; eundemque Decanatum tertia vice post redeuntem ad se ordinem ita gessit; vt ipsi Academiæ ornamento, & plurimorum studijs commodo maximo fuerit, omnibusque membris Academicis gratus, & acceptus, collegis vero suis semper fuerit charissimus. Ita enim rerum suarum sategit: vt non solum lucubraretur noctu, quæ officij sui erant; sed summo etiam mane, post solitas preces, lectionemque sacram, quam vt æstate media cum prima aurora, sic hyberno tempore, antelucanis horis, quotidie frequentabat, eadem accuraret. Reliquum diei non sibi, sed amicorum interpellationibus ac colloquijs dabat. *Primus Decanus in Academia Argent.* *Pensum eius quotidianum.*

In Oeconomia liberorum recte educandorum rationem habuit summam. Vt primum enim eorum aliquis quartum ætatis annum erat egressus, ad ludum misit, magistro foris informandum: domi insuper à pædagogo instituendum curauit: omnes adsuefecit magna cura ad preces, ad obedientiam & modestiã ac humilitatem. Ad rem familiarem minus fuit attentus; frugalitati & parsimoniæ inprimis deditus. Et quanquam per omnem ætatem firma corporis valetudine vteretur, quam temperantia & moderata victus ratione tuebatur: tamen mortis cogitationem nunquam abiecit; sed ad exitum ex hac vita beatum mature se præparauit. Erat tota corporis eius constitutio venusta ac robusta, & habitudo plane virilis: statura mediocris, vultus serenus, color subrubicundus, capillus candidus, oculi cærulei, barba cana, frons aperta, vox acuta, sermo placidus, collum paululum ad pectus inclinans, incessus grauis, verbo vt dicam, corpus & animus præstans. *Educatio liberorum.* *Frugalitas.* *Prosopographia Beutheri.*

Senectus nec ipsi grauis, nec alijs molesta fuit; sed in seipsa tranquilla, integrisq; sensibus constitit, ideoq; lectiones Academicas, quamdiu per corporis vires licuit, habuit. Postremis annis interdum podagrici dolores perpaucos dies eum domi detinuerunt. Oculi eius obtusa visus acie nunquam caligauerunt, neq; hebetati sunt; & quidem eminus actius, quam cominus discernere omnia potuit: conspicillo interdum non ex necessitate, sed ad corroborandos radios visuos, medicorũ suasu, vsus est. Auditus nunquam grauis vel difficilis ei accidit: memoria ad extremum vitæ spiritum tenacissima perdurante. *Senectus.* *Valetudo.*

Historica. In historicis restant *Commentarii* antiquitatum historicarum in X. Caput Geneseos. *De exordio Carthaginis; de origine Turcorum; de regibus Ægyptiis; de Saxonum ortu; de ducibus Saxoniæ, de Francorum antiquitate, de Cimbris, de Holsatis, Bremensibus. Commentarii* in histor. C. Iul. Cæsaris: Commentarij in Fastos antiq. Romanæ, *de ordine Electorum*: Correctiones *in Alberti Crantzii historiam Saxoniæ*: *de Monarchia; Historia ab initio Vrbis condita; de Dario, de Scythis, de regibus Atheniensium & Lacedæmoniorum; Historia omnium Imperatorum, Regum, & Pontificum Romanorum* à condito mundo vsque ad nostra tempora, per omnia imperia & regna totius orbis, iuxta quatuor summa orbis imperia, seu Monarchias; *de Thuscis, de ætatibus mundi & Patriarcharum, disceptationes Chronographicæ, Historia quatuor primos millenarios comprehendens; Commentarii in Sallustium, de regibus & consulibus Romanorum; Commentarii in Tit. Liuium, de bello Punico, de periodo imperiorum, de origine gentis, principumque Bauarorum, de diuersa ratione annorum, Commentarii in Plutarchi Romulum, de Sigismundo* I. Rege Poloniæ: *Commentarii in Velleium Paterculum, de Sacis & Dacis*: *Expeditio in Saracenos*: *Problemata historica, de statu Romani & Turcici imperii* ab anno millesimo nonagesimonono ad millesimum quingentesimum septuagesimumsecundum, *de Otthomanno, de origine regni & ducatus Lotharingiæ, de regibus Hungariæ* ab A. C. millesimo quadragesimo primo ad millesimum quingentesimum septuagesimum; *de Ludouico nono & Conradino Friderici secundi Imperatoris F. Status rerum in Europa sub initium Turcici imperii*, Otthomanno regnante, in Germania, Italia, Hispania, Gallia, Anglia, Sarmatia Septentrione, Græcia, Turcia, ab anno Christi millesimo ducentesimo nonagesimo octauo, ad millesimum quingentesimum vicesimum nonum: *de correctione anni Romani à C. Iul. Cæsare instituta; de Græcorum Atheniensium anno & mensibus antiquis, belli Danici descriptio, de regno Neapolitano, quæstiones historicæ dubiæ, antiquitates Germanicæ ante natum Christum, de VVallis & VValachis, de expeditione Ludouici noni Galliæ regis Viennensi, historia ducis Albani, de bello intestino Gallico inter regem & principem Condæum, de origine gentis Iuliæ, de causa belli Gallici, de vita C. Iul. Cæsaris, de Gallis & Celtis, Chronicon Cometarum* distinctum in libros tres: *Chronographia ex Plinio, Halicarnassæo, Solino & Diodoro Siculo, exactissima annorum mundi ratio* & causæ, cur alij diuersum sentiant; *de quarta Monarchia.*

Genealogica. In Genealogicis supersunt *omnium Principum & multorum Comitum Imperii Romani stemmata: plurimarum etiam exterarum familiarum descriptiones.*

Philosoph. In Philosophicis, *annotationes in Homeri* aliquot Iliad. lib. *de*

vtilitate

vt professionem historicam in sua Academia susciperet. Hic re accurate pensitata Argentinensem delegit, & anno Christi sexagesimo quinto honorificentissime a Senatu exceptus atque receptus est; in qua ea, quæ partim ex viris summis omnium facultatum, artium atq; scientiarum peritissimis audierat, partim propria experientia & industria acquisiuerat, ad vsum cõmunem transtulit. Nam historias variarum gentium publice ibi est professus; eiusque professionis monumenta non pauca reliquit. Præter enim typis editam Ephemerin, *interpretationem Phil. Comminæi, Practicæ criminalis Dammuthieri; Chronici Carionis* versionem quoq; Germanicam *I. Sleidani* historiæ & à se conscriptam historiam de statu religionis & Reipub. per Rom. Imperium, quam I. Sleidanus ab anno Christi millesimo quingentesimo decimo nono exorsus est, atque ad annum millesimum quingentesimum quinquagesimũ sextum, quo nimirum ille mortuus, perduxit, in annum vsque millesimum quingentesimum octuagesimum tertium continua annorum serie pertexuit. *Generale* etiam *Chronicon* selectum & magnum opus, euulgauit: huic addidit rerum quarundam memorabilium sub imperio Caroli V. in Europa gestarum descriptionem; cui aliã, eorum quæ sub Carolo V. & fratre Ferdinando in Europa gesta sunt, historiam subiecit. Paulo post *historicam consignationem* eorũ, quæ in resignatione Imperij Caroli V. in Comitijs Francofurtensibus, anno millesimo quingentesimo quinquagesimo octauo, acciderunt, adornauit. *Acta* simul *in Europa* ab anno Christi quinquagesimo quinto ad octuagesimum primum supra mille quingentos publicauit. *Elogia virorum illustrium, regum Daniæ & Ranzouiorum* cum imaginibus edidit. *Descriptionem historicam* electionis & coronationis Maximiliani II. Imp. publicam fecit. *Animaduersiones historicas* conscripsit. *Commentarium in Cor. Tacit.* de populis & moribus veterum Germanorum, confecit. Quæ opera omnia publice extant: sed plura adhuc sunt manu eius variarum in varijs artium atq; facultatum generibus scripta & exarata, quæ nondum lucem aspexerunt: vt in *Theologia, historia sacra* ex Biblijs, *Harmonia* de Regibus Iudaicis & Israeliticis, ex Iosepho, Augustino & Lyra. *Computatio LXX hebdomadarum* Danielis. *Historia creationis mundi. Tractatio de* substantia & gradibus Angelorum. *De primis parentibus* Lamecho item & Mathusalemo. *De statu Caini* post patratum fratricidium. *De diluuio* & linguarum confusione. *De coniugio sacerdotum* & Iubilæo. *Sabbathariorum* orationes. *Quo anni tempore mundus* à Deo creatus, & quo die Iesus Christus in cruce mortuus sit, disputationes.

In iure præter alios tractatus etiam hi relicti sunt. *De legitimo vsu* priuilegiorum. *De Magistratibus. De origine iudiciorum ciuilium. De forma & administratione Rep. Argentinensis.*

Argentinensem vocationem amplectitur.

Scripta Beutheri edita.

Opera nondum edita.

Theologica.

Iuridica.

cum viris celeberrimis, pleriſque ſuis affinibus, *Conrado Offenbachio*, *VVilhelmo Rügero*, *Ioanne Poſthio*, *Paulo Meliſſo*, *Petro Lotichio*, Haidelbergæ per annum vſus eſſet; altero anno Chriſti ſexageſimo, ætatis ſuæ trigeſimo octauo, Oppenhemium ſe contulit; omnibusque rebus publice gerendis valedixit. Ne vero ocioſus plane in illo ocio viueret; *argumenta in ſingula ſacrorum Bibliorum capita* primus adornauit; & Francofurti per *Dauidem Zepſelium* typographum typis imprimenda curauit. Cuius operis Biblici excudendi occaſione non amicitiam modo & familiaritatem, ſed & affinitatem, artis typographicæ nimio amore captus, cum Zepſelio contraxit; & ſibi perſuaderi paſſus eſt; vt cum vxoris ipſius ſorore matrimonium iniret.

Oppenhemium migrat.

Ducit vxorem.

Anno igitur Chriſti ſexageſimo ſecundo, ætatis ſuæ quadrageſimo, cum comitijs Electoralibus, in quibus Maximilianus II. Romanorum Imperator electus fuit Francofurti, intereſſet: Margaretam, ex honeſtiſſima Reuſſorum familia oriundam, *Andreæ Reuſſii*, ciuis Moguntini, ſub Martino Roshemio, Caroli V. Imperatoris ſupremo belli duce, ſigniferi primarij filiam lecti coniugalis ſociam, & vitæ adiutricem ſibi adiunxit. Cum qua, caſto, conſtantiſſimoque amore vixit: & ipſa viciſſim ei, tanquam capiti, ſubdita prompte paruit, honorauit, coniugalique fide dilexit: atque ita tranquillo ac felici in coniugio annos viginti quinque ſuauiſſime tranſegerunt.

Liberi eius.

Suſcepit ex ea liberos ſex, de quibus tres adhuc filij, *Michael Philippus* Th. D. Eccleſiarum ducatus Bipontini Superintendens generalis, *Ioannes Michael* I. V. D. in Academia Argentinenſi iuris profeſſor: & *Iacobus Ludouicus*, præfecturæ Tabernæmontanæ in ducatu Bipontino ſcriba prouincialis, hodie ſunt ſuperſtites. Duo filij, *Georgius Chriſtophorus* & *Paulus Fridericus*, cum ſorore *Margareta*, fatis in puerili ætate conceſſerunt.

Perluſtrat varias Academias.

Conſummato matrimonio, anno Chriſti ſexageſimotertio Philoſophicam peregrinationem inſtituit; omnesque Academias Saxonicas, & alias inſigniores illarum regionum vrbes, antiquitatum cauſa, ſuis ſumtibus perluſtrauit.

Expetitur à multis.

1. à Cæſare Maximil.

2. ab Electore Palatino.

3. à Republ. Argentin.

Hic anni ſpacio cum domo abeſſet, à multis quæſitus, vocatus, & deſideratus fuit. Nam ſupremus orbis Chriſtiani Monarcha *Maximilianus* II. Imperator, in Viennenſi Academia operam eius expetiuit; qua in lectione hiſtoriarum publica vteretur. *Fridericus* item III. Pius ille Elector Palatinus, clementiſſime illi priſtinum locum in Senatu Eccleſiaſtico reſtituere voluit, ſimulque officium Bibliothecarij, aut ſi amplecti eam mallet, profeſſionem iuridicam in Academia Haidelbergenſi obtulit. Florentiſſima deniq; Argentinenſis Reſpubl. per D. *Ioan. Sturmium*, amiciſſime ſcriptis literis, ab ipſo flagitauit;

vt pro-

niam à principe suo Episcopo Wirtzburgensi est reuocatus. Instabant enim tum Comitia illa Augustana, in quibus de pace politica & religionis plenius deliberandum erat. Reuersus ergo domum, vna cum *Ioanne Zobellio*, & *Henrico à Moss.* I. V. D. ablegatus denuo ab Episcopo illo ad Imperij comitia fuit: quibus etiam ab initio Februarij vsque ad finem Septembris quinquagesimi quinti interfuit; & communem totius Imperij pacem religionis atque Reipublicæ vniuersamque eius salutem pro sua virili, & promouit plurimum, & feliciter conseruauit. Valdeque illud est memorabile, quod non tantum Episcopi Wirtzburgensis legati; sed horum etiam ductu atque consilio ipse Archiepiscopus quoque Saltzburgensis, in Protestantium partes; de conseruanda libertate tam in ipsius religionis exercitio publico, quam alijs capitibus ad eam pertinentibus, descenderint. Vt tamen verum fateamur, grauissimum sibi ex hac actione multorum Pontificiorum conflauit inuidiam: & multi ex amicis, qui in dextero Senatus Imperij Episcoporum & Pontificiorum latere ipsum sedere, & Episcopi Pontificij locum occupare videbant; ipsum admonuerunt: ne suspicionem aliquam de se moueri pateretur, ac si non salua satis conscientia, officio legati Principis sui satisfacere posset: & autores ipsi fuerunt, vt ne propter honores aulicos iacturam aliquam famæ & fidei faceret. Quanquam vero ne minimum quidem vel contra fidem, vel contra religionem & conscientiam suã commiserat: noluit tamen iniqua illa suspicione grauari, ac si in aliorum gratiam quædam faceret, vel omitteret. Et cum etiam ex non obscuris indicijs animaduerteret, Principis sui gratia aliorum aulicorum inuidiam sibi creari: qui ægerrime ferebãt, Episcopum arcana sua, præsertim in religionis negotio, committere qui ex professo aduersæ confessioni addictus esset: de relinquenda illa aulica functione, & consiliarij dignitate sæpius deinceps & serio cogitauit. Itaque ab eo tempore, quo ex comitijs Augustanis domum redijt, per integrum triennium placidam à Principe suo dimissionem humillime petijt: sed impetrare eam non potuit; donec sereniſſimus Elector Palatinus, *Otho Henricus* in aulam suam eum * vocaret: à quo consiliarius Ecclesiasticus atque Bibliothecarius designatus est. Sed vix fide ipsius explorata, & paucis legationibus perspecta, iniqua fors hanc ei felicitatem quoque inuidit. Anno enim statim sequenti optimus & munificentissimus ille Elector, literatorum fautor ac patronus summus, introducta in Ecclesias Palatinatus Euangelij doctrina, & liberaliter dotata Academia Haidelbergensi, anno ætatis suæ quinquagesimo septimo, inopinata morte ex hac vita abreptus est. Post cuius excessum aulicam vitam cum priuata commutauit: & postquam cõmuni mensa

Reuocatur in patriam.

Ad comitia Augustana ablegatur.

Incurrit in aliorum odia.

Petit dimissionem.

Vocatur ab Elect. Palat.

* *Anno 1559.*

eum

explicare, circumſpecteque perpendere ſolebat: & quæ ſalutaria aut pernicioſa euentura dicebat; ea grauiter, hiſtoriarum monumentis & antiquitatis exemplis, comprobare ei non erat difficile. Et hanc fidem non principi ſuo tantum; ſed etiam toti Imperio Romano, inprimis vero Germanicæ nationi in tractatione Paſſauienſi, anno quinquageſimo ſecundo, ita probauit; vt cum ab Epiſcopo Wirtzburgenſi, legatus *Henrico* Comiti Caſtellano, & *Ioanni Zobellio* ad ea comitia adiungeretur, in componendo religionis diſſidio, & ſancienda atque ſtabilienda pace publica, nihil prius, nihilque antiquius habuerit, quam vt Principi ſuo, quantumuis Pontificio, communis tamen patriæ & tranquillitatis amantiſſimo, perſuaderet; ne oblatas tum pacis conditiones detrectaret, vel impediret. In ea tractatione tam Principis ſui nomine, quam omnium Proteſtantium aſſenſu decretum eſt: *in cauſa religionis pluralitas ſuffragiorum ne ualeat*. Sæpius poſtea legatus in aulam Imperatoris, Oenipontum quoque & Ratiſponam à Principe ſuo miſſus rebus feliciter expeditis domum reuerſus eſt.

Legatio Beutheri ad Paſſauienſ. tractat.

Anno quinquageſimo tertio *Patauium* conceſſit, atque ibi ſtudio Medicinæ de conſilio Melanchthonis, qui in feliciſſimum eum Medicum euaſurum prædixerat, operam dedit. Ibi itaque *Gabrielem Fallopium* medicum, chirurgum & anatomicum celeberrimum audiuit; & familiaritate eius quotidiana maximo cum fructu vſus eſt: cuius conuerſatione tantum etiam in praxi medica profecit: vt ea quoque in arte ita excelleret, ac ſi ab ineunte ætate eam tractaſſet. Fallopius cum in Muſæo eum aliquando conueniſſet, & in lectione *Iaſonis* I C. offendiſſet, obſtupefactus dixit: quid tempus iuridicis iſtis falleret cum profeſſione eſſet medicus? Talem enim eum iudicabat, quod periculoſos ſæpe morbos & vulnera cum præſentiſſimo vitæ diſcrimine coniuncta, feliciter ipſum curaſſe nouerat: proinde etiam medicinæ ipſi gradum obtulit.

Patauii dat operam Medicinæ.

G. Fallopius.

Anno quinquageſimo quarto *Faſtos antiquitatis Romanæ* noua methodo Patauij confecit, & ibidem edidit. Paulo poſt Romam profectus, ipſe ibi monumenta omnia diligenter perluſtrauit, obſeruatu digna, ſtudioſe annotauit, & inſignem vetuſtatis theſaurum ſibi comparauit. Inde *Piſas*, *Bononiam*, ſtudiorum matrem, & *Ferrariam*, ſtudio iuris celeberrimam totius Italiæ Academiam, nobiliſſimi illius I C. *Renati Cati* fama permotus, ſe contulit. Hic Renatus doctrinam Beutheri variam, & in ſcientia iuris excellentiam cum deprehendiſſet non ſine admiratione; nobilitatis priuilegijs ipſum ornauit, & doctorem iuris vtriuſque, competitoribus octodecim Epiſcopis, renunciauit.

Faſti antiquitatis Romanæ à Beuther. ſcripti.

Romam petit.

R. Catus IC.

Doctor Iuris renunciatur Beutherus.

Iſtis honoribus in Italia auctus, anno proximo in Germaniam

rate de grauissimis rebus in medium allatis, disserere; ex alijs eleganter loqui: ex alijs ad delectationem audientium verba facere didicit: ex alijs rite recteque, ordinandæ, administrandæ, tuendæque Reipublicæ nec non bene, ciuiliter, & honeste viuendi præcepta hausit: ab alijs denique boni & æqui artem cognouit.

Pictauium.

Pictauij, quæ Pictonum in Gallia metropolis ac cathedra episcopalis ab ipsa D. Hilarij ætate & studio iuris celeberrima est, cum propter summam loci illius amœnitatem, quem Clanius fluuius, qui in Viennam delabitur, circumfluit, aliquantisper substitisset: *Ephemerin historicam* conscripsit, & paulo post Lutetiam digressus, opus, cuius simile antea nullum vnquam extiterat, viris doctissimis atque celeberrimis, qui Parisiensi in Academia tunc erant, perlegendum dedit; qui statim eum ad editionem sunt hortati.

Scribit ephemerin historicam.

Edit idem opus.

Itaque anno Christi quinquagesimo typis illud Lutetiæ exscribendum curauit: ad cuius postea exemplum *Paulus Eberus* calendarium suum adornauit. Anno sequenti quinquagesimo primo, Gallia relicta, magnaq; breui temporis spacio ex egregijs studijs, laboribus atque actionibus comparata gloria domum redijt: & ab aula Wirtzburgensi honorifice denuo receptus, eidem totum se dedidit: atque ardua quæq; negotiorum fortiter subijt, prudenterq; expediuit Qua diligentia id consecutus est; vt eo sæpius Episcopus Wirtzburgensis in arcanis & arduis negotijs opera eius vteretur, studiumq; clementer probaret, & singulari amore ac gratia complecteretur. Et cum præcipui consiliarij munere fungeretur: *quatuor* bonorum consiliariorum *scopulos* prudenter sibi vitandos esse censuit: *contumaciam* bonorum consiliorum remoram: *discordiam* inter συμβουλευτὰς: *Affectum*, à quibus omnes, de rebus dubijs consultantes, vacuos esse decet: *Auaritiam* denique, quæ omnia habet venalia, fidemque ac probitatem euertit. Quos etiam consilij dandi modos Aristoteles præscripsit: eos ipse accurate obseruauit; *ratione* scilicet, *auctoritate* & *exemplo* consulendum esse. Hæc enim si coniungantur, magnam vim habere necesse est. Quanquam vero omnia, quæ in consultationem veniunt, talia sunt, quæ aliter accidere possunt: tamen ipse sibi sufficere arbitratus est; si conscientiæ suæ satisfecisset, illius memor: *non euentum, sed fidem præstare debet, qui consilium dat.* Singulari arte & flexu facili consilia ad vnum, eumque verum scopum dirigere potuit; optime sciens obliqua via eundum, quo non licet recta. Nullius seruilis sententiæ vnquam vel autor, vel imitator: silentij vero & arcani nusquam non tenax fuit. In capiendis consilijs & deliberationibus suscipiendis singulari prudentia præstabat; considerate & cum dignitate suam sententiam expli-

Redit in Germaniam ad suos.

Quatuor consiliorum scopuli.

Consilii dandi modus ab Arist. præscriptus.

Completo Wittembergæ quinquennio, quo *Lutherum*, *Melanchthonem*, *Pomeranum*, *Crucigerum* seniorem, *Iustum Ionam*, Theologos; *Hieronymum Schurfium*, & *Melchiorem Clongium*, Iurisconsultos; *Erasmum Reinholdum* in Mathematicis audiuerat; anno Christi quadragesimo sexto, ætatis vicesimoquarto ad historiarum, Mathematum atque poeseos professionem publicam in Gryphiswaldensi Academia vocatus fuit: cui officio biennium non tantum summa cum laude præfuit; sed Rectoratus etiam dignitate functus est; actusque aliquot promotionum publicarum solenni pompa celebrauit.

In Academiam Gryps. vocatur.

Cum igitur magna vbique de ipso fama percrebesceret; & ad aures vsque *Melchioris Zobelli*, Franciæ Ducis, & Episcopi Wirtzburgensis, patriæ suæ principis, emanaret: statim biennio post, quadragesimo octauo anno ab ipso vocatus, & in consiliariorum numerum est allectus. Hoc in munere prudentiam, fidem, integritatemque à se expectatam egregie probauit, & publica commoda pro virili promouit.

M. Zobell.

Eutherum in consiliariorum numerum coptat.

Sed cum insatiabili discendi studio teneretur, & sine Iurisprudentiæ cognitione minus se facere satis officio suo in aula posse experiretur quotidie: eo vitæ genere relicto in exteras Galliæ quoque Academias, iuris condiscendi causa abire statuit: longaque itinera conficere potius, quam in aulicis delicijs torpescere. Cum enim peregrinationes ad prudentiam, & ad alias res multas plurimum momenti afferre intelligeret, exteras nationes lustrare cum iudicio, leges, mores, instituta notare; & cum ijs, quæ domi forisque iam obseruarat, conferre voluit. Nec enim ignorabat à peregrinationibus Vlyssem cõmendatum; & oratorem ab Aristotele peregrinari iussum: plurimumque ad legum tum ferendarum, tum intelligendarum scientiam peregrinationes conducere.

Abit in Galliam.

Peregrinationum vtilitas.

In exteras ergo Academias Gallicas, *Parisiensem*, *Aurelianensem Biturigensem* & *Pictauiensem* profectus est, anno Christi quadragesimo nono; quo tempore vel maxime regnum Galliæ pace & rerum omnium vbertate floruit. In illis peregrinationibus expedite & eleganter Gallice loqui perdidicit: varias variarum Rerumpubl. politias, leges, consuetudines, mores, ritusq; cognouit: quæ omnia maximo postea vsui in vita & ipsi & alijs fuerunt. Et quamuis immenso iuris pelago se commiserat, inque facto & ciuili codice omne tempus poneret: ab aliorum tamen humaniorum autorum lectione non prorsus abstinuit; sed varios, eosque præstantissimos scriptores diurna nocturnaque manu assidue versauit: cum sapientibus & doctioribus communicauit: artium liberalium Magistros, dicendi atque viuendi præceptores; consulendi atque iudicandi doctores audiuit vitos vndique doctissimos: vnde ex alijs accu-

Studia eius in Gallia.

rate

ibique in Grammaticis vberiores fecit progressus. Breui post in *Coburgense* Gymnasium se contulit anno Christi trigesimo quarto: vbi Græcæ linguæ, cuius erat cupidissimus: Dialecticæs item & Rhetorices initia degustauit: ibique biennium, ad decimum vsque quartum ætatis annum, hæsit. Biennio elapso *Marpurgum* profectus, singulari Dei prouidentia nactus fuit doctrinæ vitæque informatorem & hospitem *Ioannem Draconitem* S S. Theologiæ Doctorem popularem, atque cognatum suum: qui non solum doctrinæ varietate & in formandis ingenijs dexteritate incomparabilis; sed etiam rara pietate, morum grauitate, vitæque sanctimonia insignis erat. Hic loco Indicis Biblici, seu, vt barbare loquuntur, pro repertorio Bibliorum, in citandis memoriter sacræ Scripturæ textibus atque capitibus eo vsus est; atque propter expeditam singulorum capitum denotationem ipsum *sacram anchoram* appellitare solitus.

Inde Coburgum.

Et Marpurgum.

Ioan. Draconites.

Hebrææ etiam linguæ cognitionem ab eo percepit; & in Græcorum autorum lectione se diligenter exercuit: instinctuque præceptoris huius, & heri sui, atque *Eobani Hessi*, poetæ, qui filij loco eum dilexit, primũ in philosophia testimonium, quod Baccalaureorum gradum vocant, anno Christi trigesimo octauo, ætatis decimo sexto petijt, & ad philosophiæ studium animum applicuit. Anno sequenti in *Solitariense* cænobium in Hassiæ finibus situm, ad docendas artes vocatus est. Sed diu in cænobio illo commorari noluit: cum animus eius ad vitam ciuilem ferretur: & pluribus, quam paucis, prodesse ipse mallet.

Beuther. primum philos. gradum petit.

Docet in cænobio.

Itaque *VVittembergam* abijt, Theologiæ studio inflammatus: vbi à *Melanchthone*, cuius ad amicitiam facile aditum sibi virtute sua patefecit, D. *Martino Luthero* commendatus, inter domesticos eius receptus, & humanissime est habitus. Autor ibi ipsi fuit Melanchthon, vt studium Matheseos cæteris adiungeret; & alterum in philosophia gradum, quem Magisterij appellant, peteret; animumque postea ad historiarum lectionem adijceret. Cum autem anno quadragesimo secundo, dissidio quodam inter *Ioannem Fridericum*, Saxoniæ Electorem, & *Mauritium*, Saxoniæ ducem, finium causa orto; miles vtrinque conscriberetur; & delectus Torgæ haberetur: militiæ ipse quoq; tyrocinium facturus, operam suam in conficiendo Electoralium copiarum catalogo addixit: eaque ex re tantam experientiam acquisiuit, vt triennio vix elapso, quidam ex præcipuis belli ducibus, qui Imperio militabant, Wittemberga eum in castra Saxonica, ad castellum Wolffenbüttel / euocarent. Quo confecto bello ad studia Wittembergam redijt, nec Martis castra, exceptis his duabus de Musarum choro digressionibus, deinceps vnquam attigit.

Abit VVittembergam.

Militiæ tyrocinium.

Redit ad studia.

ſcriptam magnifico Ioachimo à Berge, & ſi quæ alia. *Excarmine, quo præceptori ſuo parentauit gratus diſcipulus Abrahamus Scultetus Grunebergenſis, Gorlicii die vicesimo ſecundo Iulii anno octuageſimo ſeptimo.*

MICHAEL BEVTHERVS.

C. 1587. die Octob. at. 75.

Francorum laus.

FOrtiſſima ſemper Francorum gens, ac inter cæteros Germaniæ populos antiquiſſima eſt habita: cui * Melanchthon candorem inprimis tribuit. Ea in gente tribus *Würtzburgo*, Franciæ orientalis metropoli, milliaribus, ſecundum Mœnum fluuium, ſitum eſt oppidum vetuſtiſſimum *Carolopolis*; à Carolo magno Imperatore, ſub annum octingenteſimum, conditum: id quod vel verſiculus hic ad imaginem illius Cæſaris in curia adſcriptus hodieque teſtatur:

* *Ad hunc Beutherum anno 1546. ſcripta epiſtola.*

Würtzburgum.

Carolopolis.

Carolus en magnus præſentem condidit vrbem.

Natalis Beutheri.

E regione oppidi cis Mœnum in monte arx viſitur Carlsburg, ab eodem Imperatore fundata & cognominata. Hoc in oppido natus eſt *Michael Beutherus*, anno vigeſimo ſecundo ſupra mille quingentos, die decima octaua Octobris, D. Lucæ Euangeliſtæ ſacra: quæ & ipſa natalis fuit trium Germaniæ Academiarum, in Palatinatu * Heidelbergenſis, Gryphiſwaldenſis * in Pomerania, & Wittembergenſis * in Saxonia.

* 1387.
* 1457.
* 1502.

Pater.

Patrem habuit ſibi cognominem, arcis illius & oppidi præfectum per annos triginta ſex, ac ob fidem in ſeditioſorum ruſticorum motibus conſtanter ſeruatam, *Conrado de Thungen*, epiſcopo Würtzburgenſi, & orientalis Franciæ Duci, longe cariſſimum. Auus eius fuit *Paulus Beutherus*, præfectus finium ducatus Franciæ, qui diem ſuum obiit anno milleſimo, quadringenteſimo, nonageſimo ſexto. Prodierunt ex eodem oppido & συγγενεῖς fuerunt, *Andreas Bodenſtein*, dictus Carlſtad, *Ioannes Draconites*, Theologi, *Ioann. Beutherus*, cancellarius Fuldenſis, *Ioann. Hildebrandus* ICti. & medici tres *Wilhelmus Rüger, Ioann. Lindeman, & Georgius Scheiner.*

Auus.

Populares coætanei.

Educatio.

Mittitur Würtzburgum.

Puer hic Beutherus, cum indoles eius præclara nihil vulgare polliceretur, matris ac propinquorũ cura, (patrem n. vix bimulus amiſit) præceptoribus eſt cõmiſſus; inq; ſchola patria ad nonũ vſq; ætatis annũ, prima literatũ fundamenta non infeliciter iecit. Inde auiditate diſcẽdi ductus *Würtzburgũ* an æt. 9. venit: ibique

ma, atque character ad poeticum ſtylum accommodandus & conformandus eſſet.

Vidiſſes ad Gymnaſium illud confluentes ex vna parte Boruſſos, & Polonos: ab altera Germanos & Bohemos: incenſos omnes amore ſtudiorum & fama tum Meiſteri, tum quos modo nominauimus collegarum. Quindecim ipſos annos eo in ludo cum egiſſet, a ſenatu Bremenſi, conſilio *Chriſtophori Pezelii*, ad gubernandam eius vrbis ſcholam, honorifice ſeriptis literis vocatur: cui vocationi anno octuageſimo quarto cum paruiſſet; venit eo, & ſolenne ſuum obtinens, iuuentutem literis optimis imbuit, ſed non fuit diuturnus iſte labor. Febri enim ardenti & continua correptus, placide in Chriſto obiit, die Februarij decimo, anno Chriſti octuageſimo ſeptimo, ſupra ſeſquimilleſimum, cum vixiſſet annos quinquaginta quatuor, menſes tres, dies vndecim. Præſagijt ipſe ſibi mortem in carmine, quo calendis Ianuarij gratulatus eſt Pezelio, quod ita habet:

Celebritas Gymnaſii Gorlicenſis.

Bremam inuitatur.

Vbi paulo poſt moritur.

Præſagit mortem.

Felices, ſi quid felix mundo eſſe, Calendas,
Si qua poteſt felix ſpes ſupereſſe precor.
Quod ſi cuncta crepant, celerant ſi fata ruinam:
Felix in cœlo proximus annus erit.
Hic vbi pendentem ex humeris maſſamq́ genuſq́
Ille hominum, carnem geſtat, & oſſa ſator.
Oſtentatq́ ſuper quæ gentem plurima propter
Accepit patrio vulnera ab hoſte, ſacram.
Illic, victa iacent quæ regna, reſurgere fas eſt:
Illic ſpes noſtra certa ſalutis erit.
Illic h ſpitio dextras iungemus, vbi ingens
Sub Chriſto roſeo pectore, vulnus hiat.
Ibimus hoſpitio, non certa ſede vagati
Inſtabiles hominum ſpes, fera vita, vale.
Et quæcunq́ minax annus, quæcunq́ Calendæ
Adducunt peſtes, damna, valete truces.
Infelix nil eſſe poteſt, quibus æthere ſummo
Frater deuictu hoſtibus, aſtra tenet.
Qui Ditem & Mundum, & ſuperati vulnera Lethi
Vicit ouans dextra, vulnere, morte, Deus.
Ergo ſic etiam felices Iane Calendas
Pezelio, & nobis fataq́ ſpemq́ feres.

Scripſit pleraque carmine, & quidem Heroico: vt de *Eua*; de *Chriſti natiuitate*; de *Rodolpho* primo Imperatore; de *Melanchthone* panegyricos duos: item ſoluta, *orationem de Eutyche* & eius erroris ſectatoribus, ab origine eius ſectæ ſub Theodoſio vſque ad Iuſtinianum Auguſtum: in-

Scriptæ.

Maioris poëtæ, ob ingeniorum & ſtudiorum ſimilitudinem, quæ animos arctiſſime conglutinare ſolet. Et vere erant tum

Amba florentes ætatibus, artibus ambæ;
Et canere pares, & reſpondere parati.

Vocatur Gottingam Meiſterus.

Deſiderabatur eo tempore *Gottingæ*, peritus ludi rector & pueritiæ informator. Per legatos igitur Meiſtero id officij deferunt, vtque in ſe recipiat, amice rogant. Annuit, & vocationem ſecutus, adoleſcentiam in literis ac moribus fideliter informat; ad Philippi inprimis ductum ſeſe accommodans, & Philippica identidem ſuæ fidei traditis commendans. In hoc puluere ſcholaſtico dum verſatur Meiſterus, auguſta ſchola Gorlicenſis monaſterij aperitur: primusque eius rector *Petrus Vincentius* Wittemberga euocatur, & die nono Iulii, anni ſexageſimi quinti, ſolenniter introducitur. Verum cum vix triennium gymnaſio præfuiſſet: Vratislauiam inuitatur, quo & abijt. Quare cum de ſucceſſore deliberaretur; vnus Meiſterus dignus iudicio Senatus viſus eſt, cui regimen ſcholæ & prouincia illa docendi demandaretur.

Gymnaſium Gorlicenſe inſtitutum.

Ad eius regimen poſt Vincentium Meiſterus vocatur.

Paruit Meiſterus, & in dulciſſimam patriam anno ſexageſimo nono reuerſus, non ſolum ciuium ſuorum, ſed & finitimarum vrbium ac prouinciarum liberos, collegis *Laurentio Ludouico, & Martino Mylio*, viris doctiſſimis, bonas literas docuit.

Partiti inter ſe fuerunt illi operas, vt ſacra & Græcos auctores Ludouicus explicaret, Mylius artes Logicas traderet, ipſe Meiſterus poetas enarraret, & ſtyli exercitationes atque meletas oratorias vrgeret. Et ſane ſtudio, fide & ingenij excellentia tantum effecit: vt adoleſcentes, ne dicam pueri, mediocri ſtudio adhibito, quaſcunque ſacrarum literarum hiſtorias, non infeliciter carmine redditas iuxta præceptoris ductum recitantes audirentur.

Diligentia Meiſteri.

Phraſeologia Poetica.

Eo enim aſſuefaciebat diſcentes, vt ex optimis quibuſque Latinæ linguæ auctoribus & poetis, Virgilio inprimis, ſuos in ordine redigerent ſynonyma, epithetorum copiam, phraſium ſyluulam, infinitam locorum communium multitudinem, elegantias poetarum proprias, adeoque totam diſpoſitionis poeticæ ideam. Accedebat ipſius Meiſteri indefeſſum ſtudium in ſcribendis, & in maxima diſcentium frequentia recitandis poematibus: in quibus non tantum in elocutione Virgilii commonſtranda, quantum poterat, elaborabat: ſed etiam in id incumbebat: vt inprimis oſtenderet, & diſcentibus ob oculos quaſi proponeret, quomodo in ſacris literis ſingula verba, ſingulæ phraſes, & tota diſpoſitionis & elocutionis forma,

Exercitationes poeticæ.

IOACHIMVS MEISTERVS.

Ω.1587.die 10.Feb.S.N. ætat.54.m.3. d 11.

CAput Luſatiorum eſt *Gorlicium*, vrbs celebris ad Niſſum fluuium. Ea tum alios complures, virtute & doctrina inſignes viros, tum *Ioachimum* hunc *Meiſterum* felici ſatu protulit, anno trigeſimo ſecundo ſupra mille quingentos: & decimo quinto poſt repurgatam, Lutheri & Philippi inprimis miniſterio, ſacram doctrinam. *Natalis Meiſteri.*

Tyrocinium puer fecit ſub *Georgio Othomanno* iuuentutis informatore fideli & felici, cuius eloquentiam Imperatores ipſi D. D *Ferdinandus & Maximilianus*, ad quos grauibus in negocijs tum Viennam Auſtriæ, tum Pragam Bohemiæ metropolim, fuit ablegatus, amarunt & admirati ſunt. Hoc igitur docente tum in alijs artibus, ad humanitatem pertinentibus, tum præcipue in ſtudio poëtices magnos fecit progreſſus. Sunt enim in optimis quibuſque ingenijs quidam quaſi igniculi naturæ: Quibus excitatis ſtudio & doctrina, ſtatim ſe vis inſita prodijt: vt recte dicatur indoles διδαχῇ ἀλωτον. *Georg.Othomannus.* *Eius laus.* *Studia Meiſteri.* *Indoles.*

E patria ſchola ab artium & linguarum principum apparatu ſic ſatis inſtructus, *Francofurtum* ſe ad Viadrum Marchiæ Electoralis oppidum ſchola publica, inde ab anno Chriſti ſexto ſupra mille quingentos nobilitatum, vberioris ingenij cultus capiendi ergo mittitur. Ibi, quæ erat eius φιλομαθία & ardor diſcendi, audiuit inter alios, *Iodocum Willichium*, medicinæ atque omnis philoſophiæ eruditæ doctorem celeberrimum. Hic igitur per omne philoſophiæ genus generoſo animi impetu graſſatus, non mediocrem de ſe apud bonos & doctos excitauit exſpectationem. Francofordia in patriam reuerſus, ſuaſu & iudicio, vt veriſimile eſt, Othomanni illius magiſtri ſui, ſcholæ patriæ operam ſuam in iuuentute, primis literarum elementis imbuenda, addixit. Inde Laubanum, oppidum vicinum, vocatus, ſcholæ ibidem gubernationem ſuſcepit: ſed paulo poſt in Boruſſiam paſſus eſt ſe pertrahi, à ſenatu Elbingenſi accerſitus, vt ludum iſtic literarium aperiret. *Mittitur Francofurtum.* *Iodocus Willichius.* *Addicit operam ſuam ſchola.*

Poſtea Luthero mortuo Wittembergam eſt ad Melanchthonem illum Germaniæ Phœnicem profectus: qui amanter eum complexus cum Crucigero, Pomerano, & alijs Academiæ tunc profeſſoribus, non vt diſcipulum, ſed vt amicum habuit, inprimis ſuauiſſima conſuetudine vſus eſt *Ioannis* *Wittembergam abit.* *Ioan. Maior.*

siderali vrgetur. Hanc enim Astrologiam nihil aliud esse asserit, quam meras impostu-

Pedissequa Astrologiæ.

ras, sicut & pedissequas eius vniuersas, quæ sunt *Geomantia, Hydromantia, Pyromantia, Aruspicina, Chiromantia, Metoposcopia, Goetica, Theurgia, Necyomantia, præstigia, & nobilis illa Alchimia* compluresque aliæ, quæ diuinatrices generali nomine appellantur, & non modo ab ordine liberalium artium remouentur: sed etiam capitali pœna in cultoribus earum condemnantur. Neq; vero Sixtus dum hoc agit, cum plebeijs & vulgaribus huius Astrologiæ professorib. sed cum *Cypriano Leouitio, Hieronymo Cardano, Luca Gaurico* cõgreditur, qui huius professionis coryphæi sunt.

Contra quos Sixtus scripserit.

Neque solum in generalibus huius professionis Regulis cõfutandis occupatur, *Picus Mirandula, & Cornelius Scnepperus*; sed & ad indiuidua descendit, in quib. experientia ipsa declarat, futiles, & inanes esse promissiones omnes, quas Astrologi de futuris euentibus faciunt: quod ipsum liquido declarat, in *triginta illustrium personarum genituris*, in quibus nihil euenisse declarat eorum, quæ astrologi ex doctrina sua, his quasi necessario euentura prædicunt. Personæ autem hæ sunt: quarum proponuntur. *Caroli V. Imperatoris: Caroli à Brimeu Comitis Megani: Ioannis ab Austria: Henrici 2. Francor. regis: Francisci 2. Francor. regis: Caroli 9. Francor. regis: Isabellæ Valesiæ: Pauli 3. Pontif. Maximi: Petri Aloisii: Alexandri Medicis: Henrici 8. Angliæ regis: Edoardi 6. Angliæ regis: Mariæ Angliæ reginæ: Elizabethæ Angliæ reginæ: Ludouici Angliæ regis: Ferdinandi Imperatoris: Ioannis Friderici Saxoniæ ducis: Philippi Landgrauii Hessiæ: Bernardi de Meroden: Henrici Rantzouii: Adriani Iunii: Gemmæ Frisii: Docconis ab Hemminga: Sixti ab Hemminga: Assæ Boitzemanæ: Regneri à Gratinga: Emari Ranconeti: Ioannis Cheti Angli: Ioannis Baptistæ Cardani*: Quibus genituris ex arte fideliter deductis, & ad præsentem euentum diligenter accommodatis, cum vanitatem Astrologiæ deprehenderit, ac demonstrauerit: hoc præstare voluit; vt posteros errore, & frustraneo labore liberaret: illud saltẽ est consecutus, vt nec ingenium, nec diligentiam, nec studium sibi defuisse demonstrauit ad Rempub. literariam iusto tramite gubernandam. Vita defunctus est circa annum Christi octogesimum sextum, seculi quingentesimi.

Sixtus ex, illust personarum schematibus Genethliacis vanitatem Astrologiæ demonstrat.

Opus hoc excusum est in 4. Antuerp. Anno 1583. apud Plantin.

Suffrid. Petri de scriptoribus Frisiæ.

IOACHI-

locum tribuebat lectioni sacrorum voluminum: secundum historiis & Chronographia, tertium poesi, sed secretiori ac doctæ. Artem enim illam versificatoriam vulgatum huius temporis Poetarum contemnebat, & in his semper aliquid animadvertebat & commentabatur. Horis autem successiuis se conferebat ad Geometriam, Opticen, Picturã, Statuariam, Torenticen, quibus libenter ingenium adminiculante natura vacabat, seq; exercebat, imitatione pariter & inuentione felicissimus. Cõscripsit tabulas vniuersalis Chronographiæ, ed morte præuentus non absoluit, poemata quoq; multa quæ tamen nunquã voluit in lucẽ edere. Exarauit tabulam Geographicam totius orbis, cũ primus magnam & elegantem; nec minus artificiosam, pluraq; industriæ suæ monumenta non vulgaria reliquit. Hæc ibi, deinde infra subdit. *Sequenti,* inquit, *an.* 1570. *Mense Martio die* 19. *corripuit ipsum inflammatio cerebri, qua indies ingrauescente, cũ neq; se quieti dare posset, neq; quicquam sumeret; frustra ac cassis medicis maximo suorum mœrore exhalauit 30. Martii sub ortum solis annos natus* 42. *menses sex & dies aliquot. Meo autem dolori accessit id quoq;, quod non ægrotanti aut decumbenti, nec expiranti adfuerim.* Hactenus de fratre suo Docone Sixtus. De Dominico & Renico idem testaturus, si & horum genituram descripsisset.

Poesis secretior & docta.

Ipse Sixtus, vt in medicina excelleret, artes Mathematicas sibi diligenter cognoscendas esse statuit. Ideoq; perceptis Logicis & Ethicis & Physicis disciplinis, & linguis sacris, Mathematicarũ gratia se Louanij Gemmæ Frisio, & alibi alijs earum peritissimis professoribus applicuit; quo penitus in earũ penetralia transiret. Cumq; in cæteris, quæ Mathematum nomine censentur certitudinem esse deprehendisset, quam docti & indocti pariter prædicant; extra omnem veritatis controuersiam esse positam, eas ad vsum suum sectatus est. Sed illam quam Astrologiam vocant, quæ futurorum præscientiã ex astris promittit, cum nullis fundamentis, nullis rationibus certis niti, & proinde vanam & futilem esse deprehendisset, vir veritatis studiosus & ingenuus, non modo ipse eam cane peius & angue odit; sed etiam aliis eam pro merito odiosam reddere voluit: Itaq; scripsit librum aduersus eos qui Astrologiam profitentur, cui titulum fecit, *Astrologiæ ratione & experientia refutatæ liber.* In quo ille non Astronomiam impugnat, quæ inter Mathematicas quartum locum obtinet, & siderum ortus & occasus docet, ex quibus interualla temporum metimur, & proinde vt humanis vsibus maxime necessaria in vniuersitatibus publice docetur, & suis professorib. priuilegia ab Imperatore meretur: Sed astrologiam vanitatis arguit, quæ ex siderũ constitutione hominibus ineuitabiles inclinationes ingenerari docet, quib. homo pene plus quã fatali necessitate, vel ad hoc, vel ad illud ita propendeat, vt aliter agere non possit; quã ex inclinatione

Sixtus medicinæ & Mathesi deditus.

Astrologia.

Sixti liber contra Astrologiam. Astronomia.

beneficiis eius edidit: quæ pias cogitationes in legentibus accendunt. Scripsit & *gratulationes* ad patriam *de reditu* illustrissimi principis olim septemuiri *Ioannis Friderici*, ducis Saxoniæ. Celebrauit etiam *insignia* aliquot *doctorum virorum*, eaque *Sigismundo* Archiepiscopo Magdeburgensi inscripsit, etiam à Melanchthone commendata. In tabulas item redegit *genealogiam Marchionum Brandeburgicorum*, qui à tempore *Rodolphi*, Imperatoris vixerunt: pro quo carmine & honoraria veste preciosa & aureis pluribus donatus fuit. *Libellum* quoque *Georgii Sabini de carminibus artificiose componendis scholiis* illustrauit. Prodierunt & *poemata eius in vndecim libros diuisa*, typis Eichornianis anno 1585. quo autor obijt. *Ex Epistolis à Schessero editis.*

SIXTVS AB HEMMINGA.

Ω. 1586.

Ballacomũ oppidum Frisiæ.

Pater Sixti.

Fratres Sixti.

Doco ab Hemminga frater Sixti.

Sixtus ab Hemmena, seu vt ipse se scribit, ab Hemminga, natus est Ballacomi, oppido Frisiæ Occidentalis, patre *Hectore ab Hemminga*, matre *Barbara à Gratinga* anno Christi 1533. sexto die Februarij. Pater huius Sixti nostri nobilissimæ & antiquissimæ familiæ Hemminganæ columen, sua memoria inter Frisiæ proceres in comitiis aliisque publicis congressibus patriæ nomine institutis autoritate sua multum potuit. Hic habuit filios quatuor, *Doconem*, *Dominicum*, *Regnerum*, & hunc *Sixtum*, omnes singulari eruditione conspicuos. Nam vir cordatus pecuniæ nunquam pepercit, quam in filiorum institutionem impenderet. Itaque ab ipsis statim incunabulis illis præceptores idoneos habuit, & perceptis in patria literarum fundamentis Louanium & porro ad alias vniuersitates ablegauit, vt non modo artium peritia, sed & linguarum scientia conspicui, & postulante necessitate vsui Reipubic. esse possent. Quam diligenti studio quam maturo profectu Doco fuerit, Sixti nostri verbis, quam meis explicare malo, quæ huc ex ipsius Doconis genitura quam Sixtus fratri exemplo 14. posuit transscribam. *Nihil autem minus suspicabamur* (inquit) *quam ipsum nobis morte subripiendum cum rarissime, imo annorum 22. spatio nunquam periculose ægrotasset, & esset valetudine satis firma, sobrius præterea & temperans admodum, vitæque in omnibus actionibus moderatissimæ. Erat vero ingenio tam mansueto ac sedato, vt non alium viderim eo quietiorem: à grauioribus occupationibus & publicis negotiis prorsus immunis, à domesticæ quoq; rei curis liber, nam cœlebs erat. Inimicitias & controuersias ita detestabatur, vt neminem vnquam cognorim, quem aut odio habuerit, aut cui ipse odio fuerit. Nihil præferens animi tranquillitati, priuatim in otio tantũ literato, & ingenioso degebat, à vulgi moribus alienissimus. In studiis primũ*

locum

Æquat enim ſeteres tua carmine Muſa poetas,
Quos vetus Auguſti tempore Roma tulit.
Lenia ceu placido labuntur flumina curſu,
Conſita quæ blandis floribus arua ſecant:
Sic iucunda fluunt leni tua carmina ductu,
Et nihil in numeris aſperitatis habent.
Inſigniq; nitent cultu, referuntq; ſonoros,
Naſo dedit quales ore canente, modos.
Ergo laurigeri quo ſatis honore fruaris,
Cingo tuum lauri fronde virente caput.
Nec pudeat noſtro te munere ferre coronam,
Haud minus iſte meo munere creſcet honos:
Quam ſi bellipotens eadem tibi ſerta dediſſet
Carolus, Imperij qui moderatur opes.
Namq; ego iudicium de carmine carminis autor,
Belligero melius Cæſare ferre queo.
Præterea, quo maior honos & gloria maior
Excitet ingenium, docte poeta, tuum;
Confero laurigero vati tibi nomen equeſtre,
Quicquid & ordo ſimul iuris equeſter habet.

Alias anguſte admodum vixit: vt prope cum ſuis eguerit: niſi tenues eius fortunas magnifica principum Brandeburgicorum ſtabiliiſſet liberalitas: vnde & commodius ipſe viuere, & educare ſuos honeſte potuit: & prouinciam docendi ſuam ex dignitate ſcholæ & officij ſui ſuſtinere. Nec dubitauit ipſa Academia Marchica pro redituum ſuorum tenuitate, aliquid ad id, quod ei quotannis numeratum à principibus optimis fuit, adijcere; atque induſtriam eius qualicunque προσθήκῃ iuuare & accendere. Ita enim *plerunque* fit, vt *dum publicæ vtilitati viri literis abditi inſeruiunt, ſecuri priuatæ, parum abſit, quin pereant, aut egeant.* *In re tenui conſtitutus Schoſſerus.*

Quemadmodum etiam viri boni quæſtum maiorem ducunt nullum, quam conciliare ſibi beneuolentiam proborum & doctorum virorum: ita & Schoſſerus amicos habuit in Germania συγχόρους καὶ ὁμολίχους ferè omnes, *Georg. Sabinum, Iohann. Stigelium, Caſparum Peucerum, Ioachimum Camerarium, Dauidem & Nathanem Chytræos, Victorinum Strigelium, Ioann. Caſelium, Poſthium, Bocerum, Iacobum Monauium, Michaelem Haslobium, Petrum Sicklum, Thomam Matthiam, Thomam Hubnerum, Abd. Praterium*, & alios. Principi *Sigismundo* Marchioni propter poëtices excellentiam, & cæteras animi dotes fuit ita charus: vt peculiari eum ſtipendio in rectiſſimo ſtudiorum genere conſeruarit. *Amici eiuſdem.*

Cumque ſciret venæ felicitatem DEI donum eſſe: præcipue eam ad celebrandum Filium DEI contulit: ac ſcripta *de* *Scripta Schoſſeri.*

tiones publicas adhibitus, tanquam senator & vir bonus, iudicio, circumspectione & delectu in negocijs eximio, consilia sua & studia ad Academiæ salutem & gloriam, atque ad communis tranquillitatis conseruationem, fidelissime contulit, & in hoc totus fuit, vt concordiam inter docentes aleret: & discentibus pietate vitæ, morum probitate, officiorum facilitate, legendi denique summa industria, esset exemplo. Præcipue vero prudentia & virtus eius enituit eo tempore, quo Rector Academiæ aliquoties declaratus, reipub. literariæ vtiliter, & magna sua cum laude, bonorumque omnium approbatione, præfuit.

Proficiscitur in Italiam.

Anno 1559. in Italiam cogitauit: vt ibi ad eloquentiæ exercitia iuris doctrinam adderet, audiretque ac coram videret, viros qui ea ætate elegantis doctrinæ nomine florebant principes. Eam profectionem demum suscepit ab obitu primæ vxoris anno 1564. de consilio & consensu illustrissimi principis sui, ab Academia etiam singulariter commendatus viris in Italia ea tempestate præclara virtutis ac doctrinæ laude insignibus.

Quibus cum in Italia vixerit.

Innotuit tunc & clarus fuit, cum aliis Viris claris, Iureconsultis, oratoribus, poetis, ac philosophis, tum inprimis *Petro Victorio*, *Paulo Manutio*, *Carolo Sigonio*, quo cum Bononiæ per annum ita vixit: vt non solum studiorum societate, sed etiam victus vitæque communitate, coniunctissimus fuerit.

In patriam & ad munus docendi redit.

Reuersus ex Italia anno *milleſimo*, *quingenteſimo*, *ſexageſimo quinto*, illustrissimoque principi Ioachimo secundo, Electori Brandeburgico commendatus, ad docendi in Academia Francofordiana munus redijt, inque eo viginti ipsos annos, ad vitæ vsque finem constanter perseuerauit: quem attigit anno *octuageſimo quinto* supra *ſeſquimilleſimum*, die *tertio Iulii* veteris.

Moritur.

Melanchth. Schlosserum magni fecit.

Maximi hunc virum semper fecit *Melanchthon*, tum propter ingenij naturæque præstantiam, tum propter multarum rerum cognitionem: tum præcipue propter venæ poëticæ vbertatem & carminis, quod scripsit, elegantiam, rerum argumentis, sententiarum acumine, verborum significante proprietate, tota compositionis forma, quæ ad exemplum vetustæ poëtices primi illius & florentis seculi proxime accessit, cum veteribus & laudatissimis Elegiographis certantem. Itali ipsi, inter quos *Sigonius*, tribuunt ei *ingenium acerrimum*, *doctrinam exquisitam*, *vitæ integritatem prope incredibilem*.

Nec non & Itali.

Laurea & nobilitate donatur Schosserus.

A *Georgio Sabino*, ex auctoritate Pontificia & Cæsaria, laurea poëtica, & insignibus nobilitatis ornatus est: suntque in Elegia * ad Schosserum inter cæteros hi versus;

At, mihi ſi quisquam lauro donandus, haberi
Hic, Schoſſere, tibi, candide, debet honos.

* *Quæ eſt vltima libri 6. Carm. Sabinianorum.*

Æquat

ætatis similitudine, quam studiorum consensione contractam, immatura mors diremit, non tamen omnino solvit: cuius hoc qualecunq; monumentum ad posteritatem extare volui. Hæc ibi Thuanus: reliqua ex scriptis ipsius Gulielmi, & aliorum excerpsimus: plura additurus, si plura occurrissent.

IOANNES SCHOSSERVS.

An. 1585. d. 3. Iulii.

IOannes Schosserus Æmiliæ in Turingia oppido, parente *Friderico*, Ecclesiaste ibidem, genitus, ab vltima pueritia, cum se studijs ingenuarum literarum addixisset, nihil non molestiarum in se sponte suscepit, vt quæ & ipsi aliquando honori & reipubl. vsui essent, addisceret. Et quidem animum statim adiecit ad id doctrinæ genus, quod publicæ vtilitati plurimum prodest: priuatim vero rem augere domesticam nec solet nec potest, poesin dico & dicendi facultatem. In adolescentia ipsa, vt recta ingenia amant cito efflorescere, magnam de indole sua, quam præclaram nactus erat, exspectationem concitauit, edito carmine vno alteroque.

Patria & educatio Schosseri.

Studia adolescentiæ.

Cum in Academia *Regiomontana* quinquennium fere commoratus esset, & honestum ibi locum habere posset, discessit inde vt alij: quia à cõtentionibus ibi motis abhorruit. Postea accersitus est ad gubernationem scholæ *Smalcaldicæ*: ex qua paulo post *Wittembergam* ad lumina illa doctrinarum se contulit. Hic cum professores Academici eius & eruditionem, & scribendi facultatem, & morum integritatem probassent: decreuerunt * ei gradum magisterij Philosophici: & cum literis honorifice de ipso scriptis, in ditionem principum *Hennebergensium*, quo ad erudienda tenera iuuentutis ingenia vocatus fuerat, dimiserunt. Postea anno 1560. quo Melanchthon vitam hanc reliquit, decreto & sententia illustrissimi principis, Marchionis Brandeburgici Electoris, insitus est Academiæ Marchicæ, quæ est *Francofurti* ad Viadrum; eiq; munus enarrandi veteres poëtas, & excolendi eloquentiæ studia, est demandatum.

Regiomonte discedit.

Schola Smalcaldica præest.

Abit Wittembergam.

* *Anno 1555.*

Inde in ditionem Hennebergensem.

Francofurtũ ad Viadrum vocatur.

Hoc in officio & labore talem se pluribus annis gessit: vt sedulitate, diligentia, & dexteritate docendi, & singulari scribẽdi studio discentum animos mirifice sibi deuinxerit; & collegis, quibus cum amantissime suauissimeque vixit, omnes vitæ suæ rationes apprime probarit; eoq; nomine charissimus semper fuerit. Nec tantum in docendi munere suum officium præclare fecit: sed etiã ad gubernationẽ Academiæ, & deliberationem

Docet ibi cũ laude & fructu.

legium reddidit versibus Latinis, quod adhuc latet in bibliotheca Pauli Melissi.

Guliel. qualis Ciceronianus.

Inepti Ciceroniani.

Fuit Gulielmus Ciceronis amans; ita tamen, vt religiosos istos imitatus non sit: qui, vt Germani Cicerones audiant, scriptorem alium tangere non audent, ne vocula forte ad calamum adhæresçat, in reliquijs his, quas longa ætas misere multauit, aut mutilauit, non lecta; aut circumductio verborum exeat, à filo Ciceronis, qua fine illi definiunt, aliena. Peruersum enimuero, quemadmodum ipse Gulielmus * scribit, hominum genus: *qui, vt ab impolitie linguam vindicent, mentem ab inscientia vindicatam nolunt. Vt enim omnia sint verba tessellatim composita: sententiæ tamen sunt inanes, cum prudentia, quæ ex autorum, tum doctrina, quæ ex artium varietate liberali emanat.*

* *In præfat. ad Casinam Plauti.*

Obitus.

Eximitur rebus humanis, iuuenis ab omnibus & corporis, (si difficiliorem auditum excipias,) & animi dotibus instructissimus, ac rei literariæ amantissimus, in medio cursu Auarici, anno octuagesimo quarto, mense Iunio, vel, vt Chronicon Chronicorum habet, nocte quæ præcessit vndecimum diem Septembris stylo nouo. De cuius obitu * Lipsius ita: *In Iani Gulielmi morte valde indolui. De cultu aut facie non eum noueram: optime de animo. Nec censeo melius aut rectius ingenium fuisse hoc auo. Sed Deo ita visum, optimos quosque traducere ad optimam illam vitam.* Amicis vsus est dum vixit, plurimis, imo fere omnibus eruditæ notæ viris, Germanis, Gallisque; *Iosepho Scaligero, Iusto Lipsio, Paulo Melisso, Augerio, Gisienio Busbequio, Errico Memmio, Ioanne Passeratio, Petro & Francisco Pithœis, Petro Delbenio,* & alijs, quibus varia inscripsit.

* *Centur. 1. select. ep. 83. Lipsii de Guil. elogiũ.*

Amici Guil.

Thuani de Guil. iudicũ.

Noua Ciceronis editio adornata à Guil.

Cl. historiographus, *Iacob. Aug. Thuanus* de nostro Gulielmo hoc * reliquit. *Eodem mense* (Iunio) *Ianus Gulielmus, adolescens cultissimi ingenii Lubeca natus, Auarici Biturigum, quo ad magnum Cuiacium audiendum profectus fuerat, contracto ex nimius caloribus morbo, vix salutata vrbe decessit, cũ nondum XXX. vitæ annum attigisset; eo magis deploranda morte, quod multa, & inter ea nouam Ciceronu operum, ad m. s. exemplaria diligentissime collatorum, & amplius sexcentis clausulis suppletorum, editionem paratam haberet: quam & ego vidi, hactenus magna rei literariæ iactura aut disperditam, aut suppressam. Cuius familiaritate, dum Lutetiæ esset, diu magna cum animi oblectatione vsus, hoc vere profiteri possum, me semper ab amicissimi iuuenis colloquio meliorem ac doctiorem discessisse. Tanta erat in eo morum probitas, tantum in literis iudicium, tanta in sermocinando suauitas: vt alium vix minierim (multos autem audiui) qui Latine simili cum facilitate & puritate loqueretur: vt omittam raram in poetica facultatem, siue Græca verteret, siue suo ex ingenio faceret. Amicitias non tam*

* *lib. 80 hist. sub finem.*

kiatis

etiamsi amicorum commendatione ei non adspernendæ affinitatis nouæ occasiones offerrentur; cœlibatum tamen se cõiugio potiorem habere respondit; quod ille minus, quam matrimonij vinculum impedimenti ad suarum lucubrationum promotionem adferret. Liberos, filios quatuor Marcellum, Aurelium, Scipionem, ulium; & filias tres ita educauit, vt non tam sibi, quam Reipubl. peperisse appareret. Duxit tamen alteram coniugem, viduam *Martini Smetii* magni illius antiquarij.

Naturæ ipse concedit anno M. D. LXXXIII. in vigilia annunciationis Mariæ, cùm vixisset annos LVI. menses IV. dies XXIV. Brugis Flandrorum. Magna profecto debetur gratia viro ingeniosissimo & laboriosissimo, cui Germania parem, nedum superiorem, in hoc tali Antiquitatis studio non habuit: quique nullum fere spiritum tranquillum duxit: quo aliquid in Reipub. literariæ conferret vtilitatem. *Ex operibus Goltzii ab ipso excusis.*

Eiusdem obitus.

IANVS GVLIELMVS.

Ω. 1584. *d.* 10. *Septembr.*

Ianus Gulielmus Lubecam patriam est nactus, vrbem inferioris Saxoniæ maritimam, emporio celebrem, anno salutis millesimo, quingentesimo, quinquagesimo quinto. Adolescẽs in pluribus Germaniæ versatus Academijs deinde & Galliam adiit, in comitatu aliquot nobilium Germanorum, quorum vnus erat *Borckius*, adsessor deinde Spiræ, amplissimi nominis vir. Atque primum *Lutetiæ* Parisiorum aliquantisper substitit, exinde *Auaricum*, in finibus Galliæ Celticæ oppidum, petijt, magni illius *Iacobi Cuiacii*, cui primas in iurisprudentia tum deferebant omnes, audiendi causa.

Lubeca.

Studia Academica Guilielmi.

Adit Galliã inque ea Lutetiam. & Auaricũ.

Scripsit libros *Verisimilium* de suspicione plerunque probabili. Parisijs edidit *quæstiones Plautinas*, in quibus doctrinæ (verba sunt Lipsij) notæ vberes, & acris iudicij. Percurrit in ijs ordine M. Plauti comœdias, & multa veterum scriptorum, poetarum inprimis, & M. Tullij loca varie illustrauit, correxit auxit. *Adsertionem* etiam *aduersus Carolum Sigonium*, cohortantibus amicis, scripsit, in qua erudite demonstrat; non esse aut M. Tullij, aut satis dignam M. Tullio eam, quæ illius nomine venditet consolationem. Quæ quidem scripta eius iuuenile spirare nihil affirmat Lipsius: ita in ijs omnia matura, adstricta, grauia. Edidit & *poemata* aliquot quæ conspiciuntur inter delicias poetarum Germanorum. Vertit aliquot *tragœdias Euripidaas* Latine imo totum *Flori-*

Scripta Gulielmi.

Consolatio Tullii.

legium

FVISSE PRÆCLARISSIMVM, INSIGNES SCILICET VIRTVTE ET PROBITATE VIROS, AVGENDÆ REIPVB. GRATIA CIVITATE DONARE, VT PRÆSTANTISS. CIVIBVS AVCTA, DOMI FORISQVE OMNIVM NATIONVM RES GESTAS SVPERARET. QVORVM NOS IMITATIONE ATQVE EXEMPLO PYRRHO TARIO I.V.D. HECTORE MVTTINIO, VINCENTIO RVBEO TRIBVS EX QVATVORVIRIS CIVITATIS DONANDÆ FREQVENTIQVE SENATV ASSISTENTIBVS, HVBERTVM GOLTZIVM HERBIPOLITAM VENLONIANVM, BENE DE ROMANA REPVB. MERITVM, CVIVSQVE VIRTVS SINGVLARISQVE ERGA ROMANVM NOMEN OBSERVANTIA, CVM PRÆCLARISSIMORVM CIVIVM TESTIMONIO, TVM EDITIS NVPER SCRIPTIS SENATVI PLANE CLARVIT, CIVEM ROMANVM EX S.C. CREAVIMVS, CREATVM IN SENATVM VENIRE, MAGISTRATVS GERERE, IVS FERENDI SVFFRAGII HABERE, SACERDOTIA OBTINERE, BONA EIVS LIBERA ATQVE IMMVNIA ESSE, CETERSQVE ROMANORVM CIVIVM HONORIBVS ATQVE PRIVILEGIIS HONESTARI QVIBVS ILLI FRVVNTVR QVI CIVES ROMANI NATI AVT IVRE OPTIMO FACTI SVNT, DECREVIMVS ET CENSVIMVS, EA TAMEN LEGE VT VRBEM ROMAM, SICVT OPTIMVM QVEMQVE CIVEM DECET, SVA VIRTVTE ATTOLLAT, FIDELITER A QVOCNQVE VEXANTE TVEATVR, IVRA PONTIFICIA ROMANIS CONCESSA, ATQVE SENATVSCONSVLTA OBSERVET ROMANOSQVE OMNI DILECTIONE PROSEQVATVR, DANTES SCRIBIS S.P.Q.R. AVCTORITATEM, FIDEI ERGO ATQVE AD PERPETVAM POSTERITATIS MEMORIAM, ACTA HÆC ATQVE DECRETA IN PVBLICAS TABVLAS SVBSCRIPTIONE REFERRE CVM SIGILLIS S.P.Q.R. APPENDICE, DATVM IN PALATIO CAPITOLINO VII. IDVS MAII. M.D.LXVII.

Iulius Horologius ſcriba S.P.Q.R.
Horatius Fuſcus ſacri S.P.Q.R. ſcriba.

Goltzii coniugium. Poſt exceſſum primæ coniugis matronæ honeſtiſſ. *Elizabethæ Hulſtiæ*, quæ ſeptem proles ſibi ſuperſtites emixa erat, etiamſi

vltimus liber continet aliquot *Asiæ minoris regiones*, Cappadociam nimirum, Galatiam, Pontum, Bithyniam, Mysiam, Phrygiam, Mæoniam, Æolidem, Lydiam, Ioniam, Cariam, Doridem, Lyciam, Pamphyliam, Ciliciam, & *in Asia maiore* Suriam, & in Ægypto aliquot *Africæ & Arabes* addere in animo habuit, vna cum earundem regionum & vrbium numismatis, & quæ ex antiquitatis monumentis cognosci possent historijs.

Vsus est singulari Mæcenate ac patrono *Marco Laurino Domino à Waterueet*, viro non generis tantum & fortunæ splendore, sed etiam doctrinæ & ingenij dotibus ornatissimo, atque in omni antiquitatis cognitione vix vlli secũdo: cui Goltzius, vti & fratri eius *Guidoni I.C.* quicquid in hoc studiorum genere à se præstitum est, acceptum ingenue ferre non dubitauit. Nam cum institutum illud sumtus requireret nõ exiguos, quibus priuati alicuius ciuis facultates non sint pares, Laurinus ipsum omni ope & subsidio subleuauit. Quippe ad iter illud, de quo supra viatico instruxit, literisque ad primos quosque in vniuersa fere Europa viros aditum aperuit, nec vllis vnquã pepercit impendijs: vt fere nemo etiam inter eos, qui fortunarum splendore & facultatum magnitudine ipsum Laurinum superant, repertus tum fuerit, qui ad instaurandam, illustrandam, atque à temporis iniuria vindicandam, inque communẽ Antiquariorum vsum è profundissimis tenebris in lucem & quasi vitam reuocandam istam rei antiquariæ partem tantum publice contulerit operæ, quantum ille. Habuit idem Laurinus V. ampliss. armaria & scrinia instructissima omnis generis numismatibus, aureis, argenteis, æreis, Græcis, Romanis; qualia apud alios in media etiam Italia vix reperias. Vsus est præterea Goltzius præcipuorum per Europam virorum amicitia & à S. P. Q. Romano singulari exemplo ciuitate Romana est donatus, cuius S. C. exemplar subijcere visum, vt quantum virtus & doctrina etiam ad exteros valeant, palam fiat.

Marc. & Guido Laurini Mæcenates Goltzii.

Goltzius ciuitate Romana donatus.

Exemplar Senatusconsulti, quo Hubertus Goltzius ciuitate Romana donatus est.

Senatusconsulti exemplum.

STEPHANVS PAPARONIVS, HIERONYMVS GROSSVS, HIERONYMVS BVBALVS ALMÆ VRB. COSS. AD POSTERITATIS MONVMENTVM, HIS LITTERIS SCIRE OMNES VOLVMVS, INTER PRÆCLARA MAIORVM ROMAN. INSTITVTA, ILLVD FVIS-

nunquam possunt. Sed ad Goltzium redeamus: eiusque opera videamus.

Goltzii opera egregia.

Edidit An. 1558. *Viuas omnium Imperatorum imagines*, addita perquam breui actorum gestorumque à singulis Imperatoribus historia. Deinde collecto in illa peregrinatione insigni plurimorum numismatum thesauro, Romanorum Imperatorum Cæsarumque historiam ex monumentis ἀξιοπιστίας instaurare aggressus fuit. Descripsit primo *C. Iulium Cæsarem*, hoc est, historiam Romanam ex numismatis in eum ordinem digestis, quem rei gestæ & temporis series atque argumentorum similitudo præscribit: ita quidem, vt quæ ad religionem siue res sacras spectarent in vnum caput, quæ ad profanas, ad militarem, ad res alias gestas, ad magistratus, aut aliud argumentum pertinerent, alia in alia capita cõgesta sint: quod opus ipso Goltzio & autore & sculptore prodijt Brugis Flandrorum An. 1563. Post An. 1566. edidit *Fastos magistratuum & Triumphorum Romanorum* ab Vrbe condita ad Augusti obitum, ex antiquis tam numismatum quam marmorum monumentis, restitutos: quos S. P. Q. Romano dedicauit. An. Christi 1574. decennio tardius, quam pollicitus fuerat, apparuit & *Cæsar Augustus*, hoc est, historiæ Imperatorum Cæsarumque Romanorum ex antiquis numismatibus restitutæ liber secundus: in quo itidem, vt in primo, eum seruauit ordinem, vt XXXII. complexus sit, primum vultus Augusti & capita cum simulacris & symbolis in parte aduersa: deinde secundum ordinem temporis & rerum gestarum ea, quæ ad religionem, post quæ ad res profanas, rem militarem, res gestas, magistratus, aut tale aliquod argumentum pertinerent, additis notarum & literarum singularium, aliorumque explicationibus, cum comparatione pecuniæ Romanæ ad nostri seculi morem. An. 1576. foras dedit *Siciliam & magnam Græciam*, h. e. historiam vrbiũ & populorum Græciæ ex antiquis numismatibus restitutam: vbi agit de colonijs Græcorum, & inscriptiones ex marmorib. antiquis fideliſſime descriptas addidit.

Scripsit & *Siciliæ historiam posteriorem*, siue eorum, quæ post pacem sub Augusto terra marique partam, vsque ad hoc seculum gesta sunt, compendiosam narrationem. Alio libro *transmarinas Græciæ regiones*, quæ in continente erant, vtpote Epirum, Achaiam, Peloponnesum, ab his in Septentrionem transiens, Thessaliam, Macedoniam, Thraciam, cum ipsarum vrbium numismatibus complexus fuit. Tertio libro *insulas Græciæ* ab Hadriatico & Ionio mari exorsus, tum quæ deinceps in mari Libyco, Cretico, Myrtoo, & Ægeo, vtpote Sporades & Cyclades occurrunt, Ponti quoque Euxini nonnullas, & quæ Asiæ minoris litoribus oppositæ includit. Quartus & vltimus

uant,& posteritati conseruant. Laudandi & suo merito isti, qui talia eruũt cimelia, in ordinẽ redigunt, & vt ita dicã, in proscenium producunt. Est enim varius huius studii vsus & vtilitas multiplex. Primum enim si rem *Grammaticam* tractes, an non multa cognitione non indigna de antiqua & recta vocum scribendarum ratione, quam ὀρθογραφίαν Græci vocant, de pronunciatione & notis, tam in nummis, qnam in alijs monumẽtis inuenies? Sin *poeticen* spectes, plurima quoque ex poetarum fabulis petita, de dijs gentium, semideis, Heroibus, Nymphis, alijsque innummera, quæ poetarum sunt propria, passim se offerunt. Si *Iuruprudentiam* quæris, & rem *politicam*; varia occurrent S. C. leges, magistratus, dignitates, officia, imo vniuersus Reipub. Romanæ status, ipsaque administrandi ratio, ex solis ferme nummis cognosci potest. Si *religionis* & rerum sacrarum cura te tangit: hic præter varia sacerdotiorum, quæ apud antiquos erant genera, publicos sacrificiorum ritus, ceremonias, aliaque ad cultum deorum pertinentia, multifaria quoque sacrorum apparatuum, vestium, vasorum, aliorũ instrumenta inuenias. Si animum tuum oblectat *Historia*; quid quæso aliud sunt numismata, quam historiæ, illis ipsis, quæ scripto mandatæ sunt diuturniores & fideliores? Quid de *re militari* dicam, ad quam conferre plurimum numismata certum est? Hic enim adspicias bellica instrumenta; hic arma machinasque, hic naues bellicas, hic coronas militares, signa, vexilla, hic varij adparatus copiam, expeditiones, adlocutiones militares, triumphos, ouationes, legionum, cohortium nomenclaturas, & quod non Martis opus? Taceo, quantum quis hinc iuuari possit, si *de asse*, de *re nummaria*, de ponderibus commentari quippiam propositum sit. Ipsi *Geographi* nummos sine fructu non tractabunt: cum in eis omnium fere regionum, prouinciarum, vrbium, fluuiorum nomina, nec solum nomina, sed situs & natura ipsa ob oculos graphice ponatur. Sed *Physicæ* ecquid inde exspectabit? Habebit & hic, quod iuuet; infinitam animalium peregrinorum multitudinem, ad viuum expressorum; habebit arborum, fruticum, plantarum genera, figuras, species; adeoque tota rerum Naturæ tanquã in tabula, in numismatis spectanda ei repræsentabitur. Eant nunc, qui antiquitatis studium vel sterile sterili iudicio iactitant, vel indignum viro erudito putant; vt in quo curiositatis plurimum, vtilitatis aut parum aut nihil insit! Videant etiam illi principes aut magnates, qualem ad posteros sui memoriam transmissuri sint; qui nihil non sumtuum expendunt in canes venaticos, in equisones, histriones, gladiatores, ludiones, mo-riones & horum gregales: ad rem Musicam vero & eruditam doctrinam prouehendam, vt tantillum erogent, impetrare à se

Numismatum adseruatio ad quid prosit.

Goltzii peregrinatio per Germaniã, Italiam, Galliam.

diligenter excepiſſet; atque ita non infelicia operi futuro fundamenta ieciſſet: anno milleſimo quingenteſimo quinquageſimo octauo media vrgente hyeme per niues & inteſtiſſima frigora, calcaria taurino addente, primo vniuerſam fere percurrit Germaniam: inde ſuperatis Alpibus per celeberrima quæque Italiæ loca & oppida Neapolim vſque profectus eſt. Ab hac rurſus diuerſo per Italiam itinere, per Ligures, Inſubros in Galliam tranſalpinam tranſiens, per Prouinciam, Galliam Narbonenſem, Allobroges, Lugdunenſem, Æduos, perque innumera fere eademque nobiliſſima Galliæ loca peregrinatus eſt, perluſtratis vbique non ocioſe, nec oſcitanter quibuſcunque venerandæ antiquitatis veſtigijs & monumentis. Redijt Brugas anno milleſimo quingenteſimo ſexageſimo ſub finem anni. Ex qua per varias, diuerſiſſimasque regiones ac prouincias peregrinatione multa volumina multis omnigenum numiſmatum millibus referta domum reportauit: adeo vt vere gloriatus ſit, *à nemine in noſtro orbe tam multa, tam q; varia numismata inſpecta, attractata, & delineata eſſe; quam à ſe*, idque per annos non ita multos.

Goltzius investigator ſolertiſſ. numiſmatum & monumentorum.

Patuerunt enim ipſi omnia omnium numiſmatarchia, muſæa, ſcrinia, armaria monumentorum antiquorum. *Ferdinandus* ipſe Auguſtus inſtructiſſimos ſuos antiquitatum theſauros recludi Goltzio clementiſſime iuſſit. Idem factum ab alijs *Regibus*, ab *Electoribus* imperij, à principibus, comitibus, baronibus, nobilibus, magnatibus per Germaniam, Italiam, Galliam, Belgium. Nam & ipſe Rom. Senat. P. Q eum licet aduenam & peregrinum non ſolum in Capitolium admittere dignati ſunt; ſed etiam intra palatia, & tecta priuata, atque adeo ædium ſuarum recepto, iuuandi, promouendique inſtituti ipſius ergo, opulentiſſimos theſauros, tum à numiſmatis, tum à reliqua ſupellectile antiquaria & antiquitatis monumentis inſtructiſſimos aperiendos curarunt. Quin etiam illi ipſi alias in admittendis ſuorum cimeliorum ſpectatoribus admodum moroſi & difficiles, Goltzium libenter admiſerunt; qui exercitatus in numiſmatum priſcorum recognitione, multa legit, multaque eruit, quæ ante ipſum nemo viderat. Vnde in precio habere multi multa ceperunt numiſmata; quorum prius rationem duxerant nullam.

Fauor principum & magnatum in Goltzium.

Hic vero, vt illud immutem,

Heroumne prius mirer, Goltzi ve laborum?

vtrum inquam magis cõmendandum ſit, principumne in adſeruandis antiquitatis monumentis, an Goltzij in ijſdẽ eruendis ſtudium, non immerito quis ambigat. Laudandi enimvero illi, qui non minori iudicio, quam ſumtu & labore conquiſita ſanctæ antiquitatis monumenta pari ſtudio & religione adſeruant,

me, quia non temere adulterari citra perſpicua doli argumenta poſſunt.

Nummi hiſtoriis præferendi.

Itaque Goltzio dubium non fuit: quin omnem plane rerum Romanarum ſeriem ex ſolis numiſmatis percipere potuiſſemus; ſi hiſtoriæ nos defeciſſent: modo non & longa temporis labes, & barbarorum atrox atque Romani nominis deletrix iniuria magnam numiſmatum partem poſteritati intercepiſſent. Acceſſit & illud, vt in reliquias ipſas ignorantia ſimul & auaritia hominum ſæuierint; qui ſimulatq; numiſma aliquod ſiue aureum, ſiue argenteum nacti eſſent, cum in rei ſignatæ non minus, quam omnis antiquitatis craſſa ignoratione vnum materiæ precium cenſerent; ad fabros ſtatim argentarios vt conflarent, aut redimerent, detulerunt; cum Romani ſummo ſtudio id habuerint: vt quicquid memoria dignum arbitrarentur; illud in numiſmatis quam ſcitiſſime deformatum darent.

Nummi multi deperditi cur.

Ex numiſmatis ergo vt hiſtorias quam fideliſſime euulgaret: nullis ſumptibus, vigilijs, laboribusve pepercit. Calcar autem ipſi addiderunt plurimi non parui nominis, nec mediocris fortunæ, aut eruditionis viri: qui antiquitatis ſtudioſi, cum nec cognitione fideliter, nitide, graphiceque penicillo, aut calamo ad viuum antiqua monumenta depingendi inſtructi eſſent; nec artificum idoneorum atque doctorum operam inuenirent: autores ipſi fuerunt, vt quod in hoc ſtudiorum genere beneficio picturæ adiutus præſtare poſſet, poſteritati ne inuideret.

Goltzius hiſtoriam ex numiſmatis colligit.

Anno itaque milleſimo quingenteſimo quinquageſimoſexto, die quarto nonas Aprilis abijt Antuerpia, perluſtratisque in Belgio regum, principum, nobilium, aliorumque numiſmatarchijs, & muſæis, eodem anno, die ſeptimo, Idus Iulij Antuerpiam reuerſus eſt. Deinde anno M. D. LVIII. Antuerpia, nobiliſſimo totius Germaniæ inferioris emporio, vbi annos duodecim continuos haud illiberaliter exegerat, in Flandriam cum vniuerſa familia Brugas diſceſſit, ibique ſedes fixit, euocatus literis nobiliſſimi viri *Marci Laurini*. Ad quem cum Goltzius veniſſet: prudenter eum monuit, non eſſe, quod ſperaret ſe abſoluturum aliquid eo in argumento, aut laudem ſolidam conſecuturum; niſi comparata prius idonea tanto operi materia. Proinde huius rei ergo in exteras ſibi excurrendum eſſe regiones exiſtimauit: quæ vberius quiddam de monumentis antiquitatis eſſent ſuppeditaturæ.

Goltzius in Belgio numiſmata priſca ſcrutatur.

Antuerpia migrat Brugas Flandrorum.

Marcus Laurinus.

Poſtquam igitur apud *Laurinum* antiquitatis omnis ſtudioſiſſimum quadrimeſtri amplius ſpacio infinitæ multitudinis numiſmatum antiquorum tam Græcorum, quam Romanorum, tam Imperatoriorum, quam Conſularium exemplaria

Quiatem te, Huberte, putem? vin' Tuiscona dicam?
Parte Sicambrorum vel rear esse satum?
Nam dedit Herbipolis proauos Germana genusque,
Alma sed est partus conscia Venlo tui.

Studia Goltzii.

Hic cum ab ineunte ætate omnem operam & studium, naturæ quadam inclinatione genijq; impulsu ad pingendi artem applicuisset: adiunxit ei necessariam & vtilem poetices, historiæ & philosophiæ cognitionem. Cuius quidem adipiscendæ nulla visa est ipsi commodior ratio sedula & diligenti antiquitatis indagatione. Itaque per annos aliquot variarum lectione historiarum, quæ vel veterum memoriam vel res nouas siue externas siue domesticas celebrarẽt, noua & propria industria atque sagacitate vsus, rerum noticia animum excoluit. Deprehendit enim non aliunde certiora rerum gestarum documenta atq; inductiones secundum historias, quam ex antiquitatum reliquijs, omniumque præcipue è numismatis antiquis percipi atq; hauriri posse. Itaq; persuasum sibi habuit, non solum monumentis historiarum numismata esse plena; sed etiam perinde, vti rerum gestarum testificationem fidelissimam continerent; ita veterum errata atque indiligentiam scriptorum clarissime cõuincere. Nunquam enim nummi sibi ipsis repugnantes reperiuntur: quos constat singulari quadam attentione, summaq; autoritatis prærogatiua Senatusconsulto in perennia rerum gestarum monimenta esse procusos. Nummos itaq; merito veras atq; expressas rerum figuras mutosq; testes appellare licet: qui ad rerum memoriam multo quam charta atque atramentum, qua ad longinquitatem temporum fidelius, qua ad veritatis testificationem non paulo tutius conseruandam nati factique fuerint. Quippe ea geniti natura omnes sumus, vt in scribendo sæpe nos affectus transuersos agant: multaq; passim à plerisque tum dicantur, tum silentio obducantur ad gratiam partium: quo animus videlicet vel inclinarat, vel abduxerat potentius. Vt omittam interim quanta labes comparata sit historiæ, incuria perfidiaq; eorum, qui de antiquis exemplaribus noua negligenter descripserunt. Quo factum vt dum frequenter hic quiddam omissum, illic adiutum, sæpe glossema quodpiam de margine in ipsum historiæ contextum transductum sit: magnæ demum autorum controuersiæ eo ex fonte profluxerint. Quas quidem si quis alio pacto rectius minui, certioremque fidem aliunde se adserere; quam ex lemmatis & argumentis vetustorum numismatum posse putet: mea quidẽ sententia vehementer erret. *Historias enim ad fidem nummorum: non è diuerso nummos ad illarum rationem oportet accommodare:* propterea quod hi sint pene simul cum reipsa nati, ipsisque historijs vti vetustate, ita & fide potiores vel ob id ipsum maxime qu a

Antiquitatis indagatio.

Numismata vetusta historiæ fax & fundamentum.

Nummis veteribus quantum tribuendum.

Contra sentit Philipp. Beroald. senior: veras esse imagines ex literis, vanas & ociosas ex numismatibus.

Vopisc. in Probo. Omnes omnium virtut. tanta sunt; quantas videri eas voluerint eorum ingenia, qui vniuscuiusque facta descripserint.

LVCAS LOSSIVS.

Ω. 1582. d. 8. Iulii.

PRimus doctrinæ ſtudiorum, poſt factam religionis emendationem, in ſchola Lunæburgenſi rector fuit *Hermannus Tulichius* Steinheimenſis, pietate, ingenio, & doctrina præſtans: qui Witebergæ multos annos *Luthero* familiaris & charus, & Academiæ illius rector fuerat; & cui captiuitatem Babylonicam *Lutherus* dedicauerat. Collegam habuit fidelem & felicem pueritiæ inſtituendæ magiſtrum *Lucam Loſſium*: de quo viro bene merito & Philippicæ diſciplinæ γνησίῳ alumno nihil hactenus reperimus, præter epitaphium, quod ipſe ſibi, vno ante mortem anno, compoſuit; & quo breuiſſime curriculum vitæ ſuæ deſcripſit. Id autem eſt eiuſmodi:

Hermannus Tulichius.

Epitaphium quod Loſſius ſibi ipſe ſcripſit.

Hac placide Lucas requieſcit Loſſius vrna,
Parte cinis terræ, qua leuis ille fuit.
Pars melior viuens cœli mens incolit arcem,
Inter, qui multos eruditre, viros.
Qui pubi decies quinos atque amplius annos
Tradidit hic artes cum pietate bonas.
Edidit & facili qui ſimplicitate libellos
Non paucos, CHRISTI, Pieridumq; ſcholis.
Finibus Haſſiacis nemoroſis natus, & agris,
Vacham qua præter, clare Viſurge, fluis.
Hæc vbi cognoris, quo te via ducit euntem,
Lector abi, & felix viue, valeq; diu.

Obijt Luneburgæ, vbi annos amplius quinquaginta ſtudijs & moribus teneræ ætatis in ſchola illa formanda vtiliſſime ſeruierat, anno Chriſti milleſimo quingenteſimo octuageſimoſecundo, die octauo Iulij, ætatis ſeptuageſimo ſeptimo.

Obitus Loſſii.

Edidit libellos ſcholaſticos complures, qui à Geſnero in Bibliotheca recenſentur: vt ſunt *Erotemata Dialectica & Rhetorica* Melanchthonis & præceptionum Eraſmi de vtraq; copia: *Erotemata Muſicæ* practicæ. Item *annotationes in Euangelia* Dominicalia & feſtorum: in eadem etiam quæſtiones: adiectis argumentis, doctrinis & ſolutionibus obiectionum, quæ paſſim in ſcholis proponuntur. *Chytræus in Saxonia.*

Scriptæ.

HVBERTVS GOLTZIVS.

Ω. 1583. d. 24. Martii.

NAſcitur *Hubertus Goltzius* Venloæ in ducatu Iuliacenſi, anno 1526. d. 30. Octobr. patre *Rutgero Goltzio* Herbipolitano, pictore Venlonienſi. Aſciuit ſibi nomen Herbipolitæ, quia maiores Herbipoli, vrbe celebri Franciæ oriundi fuerunt; vnde ad ipſum *Daniel Rogerius* Anglus alicubi ita ſcribit:

Goltzius cur Herbipolitæ dictus.

Epitaphium eiusdem.

NOBILITATI LITERATÆ
HIERONYMO WOLFIO OETINGENSI.
EX PINCERNARVM SCHWEINSBAINDENSIVM, QVI IN PRIMIS AVCTORIBVS CÆSARIENSIS * COENOBII NVMERANTVR; LEGITIMA STIRPE ORIVNDO: IN QVO, ET FRATRE HENRICO, NORIMBERGENSI ARCHIATRO, ILLA IPSA EXSTINCTA EST: SOCRATI SVEVICO, GRÆCE LATINEQVE DOCTISSIMO: CHRISTIANÆ PHILOSOPHIÆ ET ELOQVENTIÆ PRINCIPI: VIRO AD SCRIBENDVM, DICENDVM, DOCENDVM, NATO: ANTIQVÆ VIRTVTIS AC FIDEI GERMANICÆ EXEMPLARI: PRÆCEPTORI OPTIMO, ET AMICO MAXIMO:

**Conditi anno 1133. Bruschio, aliis 1114.*

SEX HENCELII, FRATRES GERMANI,
IOH. BAPTISTÆ F. F. PVBLICE DEBITVM PRIVATA PIETATE M. P.

VIXIT CÆLEBS ANNOS LXIV. DIES LV. HORAS XIX. ANNÆO GYMNASIO ET BIBLIOTHECÆ PRÆFVIT ANNOS XXIII. MVLTIPLICIVM DIVINI INGENII MONVMENTORVM, EVROPAM ATQ. ASIAM HÆREDES RELIQVIT: τοῖς ~~παρεὶν~~ εἶπε Χρήσιμα, μεγάλη Χάρις αὐτῷ.

VVolfiorum familia.

Apparet igitur ad antiquam, & nobilem familiam ortum suum retulisse Wolfium: quæ dicta fuit *nobilium à* **Wolffsthal** / *vel* **Thal** / *vel* **Wolff vom Thal** Habitarunt illi nobiles nõ longe ab oppido Gamundia; vbi adhuc rudera arcis Wolfsthaliæ conspiciuntur: & ibi in cænobio Franciscanorum exstat inter monumenta nobilium eorundem & equitum auratorum tale: *Anno Domini millesimo ducentesimo decimo, die S. Ægidii Ω. nobilis & strenuus vir, eques auratus, Burckardus VVolfius de Thal, c. a. r. i. p.* Sed vt fit in rebus humanis, in quibus fluxa & caduca sunt omnia, etiam hæc familia, cum alijs regum, principum, & magnorum virorum familijs, intercidit: vt vere à Poeta dictum sit:

Omnia mortali mutantur lege creata;
Nec se cognoscunt terræ vertentibus annis.

Matthæus Dresserus in oratione de Hieronymo Wolfio: Martin. Crusius in annalibus Sueuicis.

LVCAS

Nec vero præmia, honores, & fructus laboribus eius honestis defuerunt. Sæpe quidem & grauiter de fortunæ iniquitate accepimus multa questum esse: nec dissimulandæ sunt eius voces nimis molles, de asperitate conditionis suæ, de hominum iniurijs, dolo, fraude, perfidia atque violentia. Scimus quoque egestatem suam sæpe illum deploraſſe, mortemq; sibi optasse. Quæ quia à Philosophia aliena sunt, non laudamus: sed eo loco habenda ducimus, quo digna sunt. Erat natura querulus, vel, vt Græci dicunt, μεμψίμοιρος, suam fortunã deterrimam ducens, aliorum vero beatã existimãs: haud perpendens interim se sua tantum mala suo loco sentire, alium alia loco suo: & *nihil esse ex omni parte beatum* in hisce rebus humanis. Tantum etiã abest, vt mortem precari debeamus; vt gratias etiã agere Deo pro cõcessa vitæ vsura deceat. Etsi quidem inseruire ipsius honori, communique commodo amplius possimus; prorogatio etiam vitæ petenda est. Nec illud in Wolfio laudamus, quod coniugium vitauit, & felicitatis partem præcipuã esse putauit, ἄγαμόν τε καὶ ἄτεκνον εἶναι. Quæ enim potest in hoc esse felicitas, ꝙ Deus ipse malum dicit? Deceptus est igitur opinionis errore, quod id in bonis numerauit, quod Deus malum pronunciat. Quin commodi voluptatis & solatij plurimum ex eo cepisset: si mandato Dei obsecutus, sociam vitæ fidam sibi adiunxisset, in cuius sinu effundere querelas potuisset, quæq; molestias lenire, & fastidia vitæ laborumq; vocationis excutere sciuisset. Tanto igitur bono cum se priuarit ipse, acerbiorem illi esse omnem vitam oportuit. Nec potuit iure queri occasiones sibi defuisse; cum non semel diuinitus oblatæ fuerint nõ contemnendæ. Quemadmodum nec de præmijs laborum & operum suorum editorum, querelam vllam fere iustam satis habuit. Nam, vt de reliquis nihil dicamus, Isocratis vertendi labor certe amplo satis munere *centum Ioachimicorum* ab inclyto Senatu Augustanæ Reip. est remuneratus. Suidæ vero conuersionem *ducentis florenis* generosus & magnificus D. Carolus Villingerus, Baro à Schonenberga, muneratus est. Commentarium officiorum Ciceronis *quinquaginta aureis* eadem resp. Augustana honorauit. Vnde satis apparet, honestos, officiosos & vtiles Wolfij labores honoribus præmijsque satis amplis, decoratos esse. Cum autem ita plures annos in Rep. Augustana bonas literas docuisset, & scribendo propagasset: tandem lithiasi intolerabili conflictatus, de vita decessit anno octuagesimo, supra mille quingentos, die octauo Octobris; postquam cœlebs vixisset annos sexaginta quatuor, dies quindecim, (alij quinquaginta quinque) horas nouendecim, & Gymnasio Annæo ac Bibliothecæ præfuisset annos viginti tres. Sepultus est die vndecimo Octobris; & eiusmodi epitaphio honoratus:

Mores VVolfii.

Sors sua cuique ferenda.

Mors an optanda.

Coniugium an vitandum.

Præmia pro laboribus VVolfio reddita.

Morbus & mors VVolfii.

Scripta VVolfii. prodeſt mortuus. Reliquit enim ingenij ſui monimenta literis mandata, quæ erudire poterunt etiam poſteros. In medio eſt *Demoſthenes* cum primis luculente, ornate, & ad rerum dignitatem apte, & quaſi decore in ſermonem Latinum conuerſus, & ſcholijs vtilibus illuſtratus. Quo vno opere contenti ab eo eſſe potuiſſemus, etiamſi aliud nullum edidiſſet. Effecit enim vt ante ignotus pleriſque Demoſthenes, nunc familiariter nobiſcum verſetur in ſcholis & Academijs.

Demoſthenes.

Queſtus eſt Wolfius cum Lutetiam Pariſiorum denuo veniſſet; profeſſorem Regium *Strazelium*, qui Demoſthenicas orationes tunc interpretatus eſt, canina rabie, pro ſuggeſto verſionem ſuã exagitaſſe, & per calumniam mire deformaſſe. At cum ille bonus vir, iſto nomine appellatus à Wolfio, rationẽ ſibi reddendã eſſe intelligeret calumniæ ſuæ; ocium ſibi deeſſe ad eam rem finxit; nec admittere poſtea Wolfium auſus eſt. Qua tergiuerſatione nõ obſcure ſignificauit Gallus iſte, alienæ laudis inuidia magis; quam vera aliqua cauſa impulſum ſeſe, Wolfij interpretationem dente maledico carpſiſſe. Doluit ſcilicet ab homine Germano præripi Gallis tantam laudem, quæ vere magna eſt, Demoſthenem ſcilicet in Germania ab homine Germano Latine loqui cum Germanis, Gallis, Italis, didiciſſe: quod ante id tempus diſcere ita potuit à nemine.

Strazelius VVolfii æmulus.

Sed non contentus Demoſthene etiam *Iſocratem* Græcolatinum, ſcholijsq; explicatum nobis ſuppeditauit. Cum autem reuera his duobus luminibus oratorum nihil olim florẽtiſſima Græcia, nihil illæ ipſæ Athenæ habuerint præſtabilius aut glorioſius: eſt ſane quod gratulemur Germaniæ noſtræ, quod per Wolfium tantorum fluminum eloquentiæ particeps facta eſt. Eſt hoc decus Germaniæ ingens, eſt adiumentum Eccleſiæ, & ornamentum rerump. ſonare Atticam eloquentiam in ſcholis, atque adeo omnem vim oratoriæ facultatis ex Græcia in Germaniam eſſe effuſam. Fatentur ipſi Græci, qui reliqui ſunt hodie Conſtantinopoli, præ cęteris eruditi & Chriſtianæ religionis amantes, totum Muſarum chorum, relicto Helicone, in Germaniam migraſſe. Præter oratores Atticos *Suidam* etiam Latinum fecit, & *Hiſtoriam Byzantinam* tranſtulit à *Zonara*, *Nicęta*, *Nicephoro Gregora*, & *Laonico Chalcondyle* conſcriptam: quam alioqui tota fortaſſe adhuc ignoraret non ſolum Germania, verum etiam Italia & Gallia. E Ciceronis etiam ſcriptis nonnulla *commentarijs* & *annotationibus* ſuis explicauit; quorum in numero ſunt *tres de officijs libri*, *Dialogi duo*, & *libri quinq; Tuſculanarum quæſtionum*. Quæ præterea ſcripſit aut interpretatus eſt, ea in Bibliotheca Geſneri, & aliorum enumerantur. Hæc autem, quæ recenſuimus, ſatis præclare Wolfium in literis vixiſſe demonſtrant.

Iſocrates. Lumina oratorum Græcorum.

Hiſtorici Græci à VVolfio verſi.

Nec

Academiam Wolfius vellet: publico famulatu victum quærere coactus est. Sed nec in isto officij munere diu perseuerare eum siuerunt molestissimæ expostulationes studiosorum inquietorum: qui, nocturno tempore, ad suum arbitrium libidinemq; fores collegij ab illo cupiebant sibi aperiri. Quocirca iterum necessitate coactus ex Academia domum redijt. Nec multo post spe in studijs progrediendi abiecta in aula Episcopi Wurcepurgensis scriba factus est.

Famulatur.

Sed non diu.

Fit scriba aulicus.

Sed verissimum est quod apud Herodotum Mardonius ait: ἂν δεῖ γενέσθαι ἐκ θεοῦ, ἀμήχανον ἀποτρέψαι ἀνθρώπῳ. Itaque cum deliberatum hoc constitutumque haberet Deus, ex Wolfio efficere doctorem salutarem scholis: fieri aliter non potuit; quam vt ad intermissa doctrinæ studia ille aliquando reuerteretur, eaque, quæcunque tandem impedimenta inciderent, aut difficultates obijcerentur, continuaret. Fit autem nescio quomodo, vt intermissæ & desideratæ rei bonæ vsus gratior sit interdum, quam assidue retentus atque perceptus.

Manet immutabile fatum.

Ex aula igitur Wittembergam digressus, cum ibi non solum didicisset literas à Melanchthone, & alijs: sed vertendo etiam de Græco quædam in Latinum, ingenij & industriæ suæ specimen dedisset: missus est *Mülhusiam* Thuringorum à D. Philippo, ad gubernandam scholam, anno quadragesimo tertio. Vbi *biennio* commoratus *Norimbergam* deinde venit, & ad erudiendum duodecim selectos adolescentes à senatu stipendio honesto conductus est. Inde *Argentinam* profectus, à *Seibaldo Hauenreutero* Medico, receptus hospitio liberaliterque tractatus est, quo Isocrati vertendo vacare commode posset.

Discedit Wittembergam.

Schola præficitur Mülhusij.

Inde Norimbergam.

Et Argentinam.

Post *Lutetiam Parisiorum* cum Augustanis quibusdam discipulis profectus; mox inde altero anno reuersus Basileam est, & Demosthenis operam iterum dedit. Etsi autem postea in Galliam denuo venit: tamen cum commorandi illic locum sibi relictum plane nullum intelligeret, redijt breui Basileam, & Augustæ à D. *Antonio Fuggero* benigne receptus atque habitus est; atque illustri Bibliothecæ D. *Ioannis Iacobi Fuggeri* præfectus. Ibi tum *Isocratem & Demosthenem* Græcolatinos politius & limatius edidit, tum *Zonaram & Choniaten* historicos conuertit. Donec ab amplissimo Augustanæ Reipublicæ Senatu scholæ reparatio & gubernatio illi commissa est. In quo quidem munere singulari fide & diligentia eximia versatus est vsque ad finem vitæ. A Senatu vero honeste liberaliterque tractatus, ornauit Rempublicam illam antiqua virtute & laude celebrem, docendo, scribendo & propagando literarum scientiam, quoad facultas viri, Deo pariter & Musis chari, tulit.

Proficiscitur in Galliam.

Redit in patriam.

Præficitur Bibliothecæ.

Vertit Græcos auctores.

Annos scholæ rector datus.

Præclare itaque Wolfius vixit, qui non solum profuit viuus omnibus, qui literas Latinas & Græcas amant, sed etiam nunc

HIERONYMVS VVOLFIVS.

Ω.1580. die 8. Octobr. ætat. 64.

Patria.

HIc in veteri comitatu Oetingensi antiquæ Rhetiæ, Oetingæ, oppido illius comitatus, honestis & bonis natus est, anno Christi decimo sexto, supra mille quingentos. Et quanquam gloriari de familiæ* suæ virtute & laude vere potuerit, Pindarico præcepto obsecutus: tamen industria & virtute propria emergere, ac nominis celebritatem adipisci glorioſius sibi duxit. Cumque nulla re magis delectaretur, quam literarum scientia: totum se cognoscendis tractandisque artibus dedidit. Itaque auelli se à Musis passus non est; etiamsi pater aliud vitæ genus sæpe suaderet. Fuit ingenio satis acuto quidem, & ad percipiendas literas apto, sed animo humili, demisso, & plus satis solicito. Euenit autem plerunque, vt *animo fortuna respondeat*: & abiectum quidem, anxiumque animum fortuna excipiat miserabilis: erectum vero & alacrem amplectatur & euehat sors altius. Hinc adeo cum tristis & querulus natura existeret Wolfius, etiam fortunam minus propitiam sibi esse querebatur. Studia enim ipsius in ipso limine statim aliud ex alio impediuit, vix vt adhæresceret. Modo obstitit *valetudo* adeo afflicta: vt inchoatum studiorum cursum penitus interrumperet: modo *pater*, vt eum abstraheret, argumentis compluribus obtinere conatus est. Nam & corporis infirmitatem illi obiecit, quæ ferre tantos labores, quantos literarum studia desiderarent, haud posset: & animi tristitiam ei exprobrauit; quæ actuosum magis vitæ genus, quam literis dediti sequuntur, requireret: tum sumtibus impendendis grauari se non obscure significauit. Idcirco dubium esse studiorum illius cursum oportuit: dum sæpius ad alia reuocatus, sero tandem ad literas redijt.

* *Antique & equestris.*

Indoles pueri.

Ingenium.

Fortuna animo respondet.

Impedimenta VVolfio obiecta.

Valetudo.

Pater.

Constituit deserere studia.

Aliquando quotidianis conuitijs quorundam eo fuit adductus: vt deserere prorsus literarum studia constituerit. Quamobrem *Norlingam* profectus, pugionem, & alia, quæ aulica fert consuetudo, emere voluit. Sed serius eo cum veniisset, nundinis finitis, nihil eiusmodi venale in foro inuenit: pudoreque prohibitus tabernam ingredi; in bibliopolam forte incidit, vbi libros nonnullos emit, quibus cõtentus domum est reuersus. Hos cum auide legisset; tantum voluptatis inde cepit; vt quasi diuturnã sitim explere cupiens de reditu in Academiam sedulo cogitarit. Nec fortuna optimæ eius voluntati defuit. Venit enim Tubingam, & audiuit *Ioachimum Camerarium* docentem, item *Iacobum Scheckium*, & alios. At cum vix animum ad studia recte composuisset; pater quasi in medio cursu sumtus se suppeditaturum amplius negat. Idcirco nisi relinquere

Pro armis emit libros.

Venit Tubingam.

Acade-

gium *commentarium*, post Ioannem Camertem. Edidit & insigne *Ephemeridum opus*, ab anno 1554. ad annum 1600. vsq; summa diligentia putatarum. Extant eiusdem *tabulæ* æquabilis & apparentis motus cœlestium corporum. Donauit Latinitate in rei literariæ vsum, *Hermetis Trismegisti iatromathematicam*: scribitque se huius ductu, semel iterumque de affectu ægrorum verissime iudicasse: & morbi exitum morte terminandum, certo euentu, prædixisse. Quantum præterea tribuerit prædictionibus Astrologicis; patet ex Ephemeridibus, & quam ijs, ad Philippum, Hispaniarum regem, præfixit, præfatione. Cenotaphium ei ex filia nepos, *Iustus Ryckius*, posuit tale: *Cenotaphium.*

POSTERITATI S.
IOANNES STADIVS BELGA BRABANTVS
H. S. E.
TANTI ILLIVS VIRI CINERES HEIC ADSPECTAS VIATOR;
SED CINERES: FAMAM ENIM, QVÆ CÆLVM SPECTAT ET SOLVM, NON VIDES. EVMPSE MORTVVM HEIC LEGIS IN BVSTO, QVI PER ORA VIROM VIVOS SPIRABIT PERPETIM.
CERTE ILLE IPSVS EST STADIVS, QVEM POTENTISSIMI HISP. ET GALLIÆ REGES MAXVMIS STIPENDIIS EVOKATVM, ET AD PROFESSION. CLARISS. ART. ADSCITVM HONORARVNT; GRVDII ET PARISII DOCENTEM AVDIVERE BONI OMNES, DOCTI OMNES PRÆSENTEM AMAVERE, ABEVNTEM COMPLANXERE.
SI TV HORVM ES, LECTOR, FLORES INSPARGE MARMORI, VEL POTIVS LACRVMAS
MAGNO FVNERI MOLLIBVS VOTIS, BONIS VERBIS ADPRECARE.
VIXIT ANN. LII. MENSEIS FERE II.
OBIIT XV. KALEND. QVINT. ANNO
CIↃ. IↃ. LXXIX.
IN MAXVMA GALLIARVM.
IVSTVS RYCKIVS EX FILIA N.
AVO B. M. L. PP.

Aubert. Miræus in elogijs: Iac. Augustin. Thuan. lib. 68. historiarum. Iustus Ryckius in præludijs poeticis.

HIERO-

IOANNES STADIVS.

Ω. 1579. d. 17. Iunii, at. 53. inchoato.

IOannes Stadius Belga, natus est anno à Christi Seruatoris natiuitate millesimo quingentesimo vicesimo sexto, in ignobili quidem vico *Leonhoutio*, agri Brabantini: sed cui ipse decus & famam reliquit immortalem: firmauitque illud Senecæ: *Potest ex casa vir magnus exire: potest ex humili deformique corpusculo formosius animus ac magnus.* Louanij literis operam gnauiter dedit: & præclaros in studijs fecit progressus; præsertim in Mathematicis.

Patria Stadii ignobilis.

Seneca ep. 66.

Stad. docet Louanii Mathemata.

Ibidem Mathemata & historiam publice summa celebritate docuit. In contubernio autem *Roberti à Berga*, Eburonum præsulis, versatus, *tabulas*, exemplo Alphonsi regis, conscripsit, & *Bergenses* inscripsit. Gratus eodem tempore Allobrogum regulo; post etiam nobilibus & aulicis: qui vt ocioſi fere homines, ex horoscopo Chaldæorum ac Genethliacorum somnia, hoc est, euenta, casusque incertos præscire, inani quadam ac vetita curiositate, auent. Hinc ad *Laurinos* fratres, Brugis Flandrorum nobiles, se contulit: & *fastos Romanos*, post ab *Huberto Goltzio* editos, illustrauit.

Tabulæ Bergenses.

Fasti Romani.

Cum in Gallia promulgata* professione Ramea, plerique artifices ad pulcherrimam concertationem inuitati essent: & ipse Lutetiam venit: atque ea ætate cum iunioribus se, inprimis cum *Mauritio Bressio Gratianopolitano*, in pulueream hunc descendere minime dubitauit. Ibi iudice & authore *Francisco Foxio Candalla*, illustrissimo simul ac doctissimo viro, qui actioni interfuerat, brabeion cum aduersario summa animi æquitate, partitus est: omniumque suffragijs regius ipse professor salutatus.

**Ab Henrico III. Galliarum rege.*

Venit Lutetiam ad agona Mathematicum.

Fran. Foxius Candalla.

Fuit omni fere doctrina liberali imbutus, Mathematicis potissimum: vt vix parem in ea arte ætas illa tulerit. Sed nonnihil de tanta laude limauit: quod dum proceribus Gallis in aula, tam viris, quam feminis, abscondita, incerta, atque adeo futurorum euenta curiosius rimantibus, nimis morigerum se præbuit: à recta ac certissima scientiarum, quas profitebatur, via deflectere quodammodo visus est: & Mathematicorum nomen, vt olim Cæsarum temporibus, odiosum simul ac detestandum reddidit.

Matheſin prodit Stadius.

Parisijs humaniter habitus, in suburbio demum Honoratiano domi *Mareschalli Retzii*, diem clausit extremum, anno millesimo quingentesimo septuagesimo nono, decimoquinto calend. Quintilis; relicto filio *Hieronymo* medico, cui filia Huberti Goltzij nupta fuit.

Obitus Stadii.

Scripsit in L. *Annæi Flori* historiæ Romanæ epitomen, egregium

Scripta eius.

citi eo confluerent. Erat enim in docendo & perspicuus & fidelis, atque in omnibus rebus explicandis felicissimus.

Anno Christi deinde quadragesimo sexto, cum religionis fieret in Palatinatu mutatio; Haidelberga discessit: multorumque literis inuitatus *Friburgum* Brisgoiæ venit. Eo in loco facile inter professores receptus, Græcos autores, poeseos nimirum, historiarumque studio mirifice flagrans, explicare cepit: & inprimis *Homeri* mysteria, *Rhodii* item & *Q. Calabri* scripta singulari cum diligentia auditorio frequenti exposuit, atq; commentando illustrauit. Nec contentus publice officium fecisse: semper etiam domi suæ multos Germanicæ nobilitatis adolescentes informauit, & in omni genere literarum egregie instituit.

Discedit Friburgum.

Scripsit *prolegomena* siue *annotationes* doctissimas in tres priores Homeri Odysseæ rhapsodias: *Apologiã Græcorum* de igne purgatorio, exhibitam in Concilio Basiliensi, excusamq; cum Martini Lutheri enarrationibus in Euangelia Dominicalia; & *Apollonii Argonauticorum* libros quatuor ex Græco Latinos fecit: *Strabonem* & *Aristotelem* multis locis restituit: *Lexicon Græco-Latinum*, innumeris vocibus adiectis, locupletauit. Cœpit & in totam Homeri Odysseam commentarios. Editæ etiam sunt eius *decuriæ locorum quorundam memorabilium*, ex optimis quibusque autoribus, cum Græcis, tum Latinis, excerptorum: item *Chiliades locorum Homericorum*, & alia, quibus studia philologica præclare adiuuit, & acumen ingenij sui posteritati eruditæ prodidit.

Scripta Hartungi.

Immoritur laboribus Friburgi Brisgoiæ, anno Christi septuagesimo nono, supra sesquimillesimum, die decimo sexto Iunij, ætatis suæ septuagesimo quinto: cum singulari cum laude veræ probitatis, fidei, & industriæ literas bonas docuisset ibi annis triginta tribus. Epitaphia carmina hæc sibi viuus composuit:

Obitus.

Epitaphia quæ sibi ipse scripsit.

Πολλὰ παθὼν, καὶ πολλὰ μαθὼν ἐν παιδοδιδάσκειν,
Ἔνθα δὲ νῦν κεῖμαι σὺν θεῷ ἡσύχιος.

Multa tuli, didici, docui dum fata sinebant;
Mortuus in summo nunc requiesco DEO.

Aliud.

Γήραϊ οὐ νούσῳ βίον ἔλλιπον, ἔνθα δὲ κεῖμαι,
Ἄθλιος ἐν καμάτῳ, ὄλβιος ἐν θανάτῳ.

Non obii morbo, sed longæ mole senectæ:
In vita misero est morte parata quies.

Pantal. l. 3. Prosopogr. Reusnerus in Iconibus, alij.

IOAN.

Scripta.

Scripsit enim in *Sphæram* doctissima commentaria, atque *Ptolemæum* egregie restituit: item Commentaria in *primum mobile & Theorias Planetarum*. Inter alias quoque lucubrationes *Testamentum Nouum* in Hebraicam linguam primus transtulit: & *Paraphrasin in Canticum Canticorum atque Ecclesiasten* Salomonis, ex Chaldaica lingua in Latinam traduxit; addita *oratione funebri* Hebraice scripta *de obitu Sebastiani Münsteri*, præceptoris sui. Vertit Latine & *Rabbi Abraham Cai* Hebr. librum de Sphæra, & arithmeticam *Rabbi Elia*: vtraq; Hebraice & Latine sunt edita. Scripsit *Commentaria in Sphæram Iohannis de Sacrobusto*. Opus præterea nobilissimum *gentium Calendaria* eruditiss. monstrans, vna cum instrumentis eam ad rem necessarijs. Reliquit & in *Almagestum Ptolemæi* annotationes.

Testam. N. Hebraice.

Hebr. oratio funebris de Seb. Münst.

Mores.

Eruditioni autem politæ accessit vitæ integritas, & docendi fidelitas iuxta ac felicitas: quibus dotibus diuino beneficio copulatis, nescio quid in doctore desiderari possit. Bene itaque de scholis meritus, morte rei literariæ ereptus est Friburgi, anno à natali Christi septuagesimo nono, ætatis suæ sexagesimo octauo; cum docuisset ibi fere duodetriginta annos; sexennio minor Ioan. Hartungo; cui, vt amicitia ac domicilij ratione, ita tempore mortis fuit coniunctus. *Pantal. in Prosopograph. Thuanus l. 68. histor. Gesnerus.*

Obitus.

IOANNES HARTVNGVS.

Ω. 1579. die 16. Iunii, ætat. 75.

Miltenbergum.

Studia adolescentiæ.

Miltenbergi ad Mœnum Franciæ orientalis oppido, hic anno quinto, supra sesquimillesimum natus; vbi prima literarum fundamenta in patria fideliter iecit; ad Haidelbergensem sese Academiam contulit. Ibi cum in disciplinis Philosophicis magna cum diligentia, nec sine industria versatus esset: profectuum suorum testimonium publicum retulit, magister siue doctor Philosophiæ salutatus.

Castra Cæsaris sequitur.

Cum autem & historiarum & poetarum lectione plurimum caperetur: variasque rerum in vita communi mutationes vsu ipso cognoscere aueret: patria relicta Cæsaris castra est secutus, & expeditioni contra Turcam interfuit; suæque industriæ documenta nonnulla in Vngaria reliquit.

Redit ad studia.

Docet Haidelberga.

Inde à sago ad togam, & dulcia Musarum commercia reuersus, Haidelbergam reuenit: ibiq; Græcæ linguæ professionem suscepit. Ea in Academia legendo, scribendoque qua publice, qua priuatim talem sese exhibuit; vt ordinis sui hominibus ac collegis præclaro esset ornamento ipsos annos quindecim: multiq; bonarum artium alumni nominis eius celebritate excitati eo

apud Louanienſes defuncto, ad collegium trilingue Buslidianum honorifice euocatus, in eo munere ita ſe geſſit; vt nobilitatis Belgicæ florem, ad ſe audiendum quotidie aduentantem, dimitteret doctiorem. *Succedit P. Nannio.*

Ciceronem autem & *Virgilium*, quos in ſcholis eloquentiæ parandæ gratia regnare par eſt, viciſſim explanabat. Vtque ad poſteros etiam manaret vtilitas, ad ſcribendum, quæ recte cogitaſſet, obſeruaſſetq; animum appulit. Orbem itaque diſciplinarum caſto & eleganti ſtilo abſoluit, quem Plantinus identidem cupide euulgabat, & ſcholæ cum plauſu excipiebant. In his *Grammatica*, *Rhetorica*, *Dialectica*, *Ethica*, *Phyſica*, & *Aſtronomica*: quæ cum *Sebaſtiano Foxio* Hiſpalenſi, philoſopho æui ſui diſertiſſimo, ijſdem veſtigijs inſiſtente, diligenter conferebat. Carmen interdum quoque pangebat non infeliciter, luſitque *triumphum Caroli V. Cæſaris*, vrbem Vltraiectinam ſolenni pompa ingredientis. Fuit ſingulari vir humanitate, quæ propria fere literatorum laus eſt: habuitque collegas, Græcarum quidem literarum Doctorem *Theodoricum Langium* Enchuſanum: Hebraicarum vero *Petrum Smengam* Friſium, medicum ac philoſophum. *Auctores quos explicarit.* *Scripta Valerii.* *Sebaſtianus Foxius.* *Mores.* *Collegæ.*

Obijt Louanij ſacerdos, die vndecimo Auguſti, anno Chriſti ſeptuageſimooctauo, ſupra mille quingentos, natus annos ſex & ſexaginta, ſæpe pedum dolore tentatus; tamen (quod & Socrati tribuunt Cicero & Agellius) atque æquabili ſemper vultu. *Aubertus Miræus in elog. Belgicis.* *Obitus.*

ERASMVS OSVVALDVS SCHRECKENFVCHSIVS.

Ω. 1579. *æt.* 68. *curr.*

IN comitatu *Merckenſteinio* Auſtriacæ ditionis ortus hic anno 1511. atque patrio in ludo literis mediocriter tinctus, exinde ad varias Germaniæ Academias ſeſe contulit. Inprimis vero *Ingoſtadii*, *Lipſiæ* & *Baſileæ*, gnauiter ceptam ſtudiorum telam pertexere anniſus eſt. Iſtis in locis cum ingenium ſic ſatis excoluiſſet; *Memmingam*, amœnam Sueuiæ ciuitatem, venit; atque ibi magiſtratus iuſſu ludum aliquandiu moderatus eſt. Poſtea *Tubingam* abijt; vbi teſtimonio profectuum Philoſophicorum ornatus, ſtipendio principis, Hebræas literas magna cum laude, publico in auditorio, enarrauit. *Patria.* *Studia Academica.* *Docet Memminga.* *Poſt & Tubingæ.*

Hic dum totus eſt, ac inprimis, *Seb. Münſteri*, *præceptoris* ſui exemplo, ſanctæ linguæ, & diſciplinis Mathematicis operam nauat: anno quadrageſimoprimo *Friburgum* Briſgoiæ vocatur, ad docendum mathemata, & Hebrææ linguæ myſteria explicandum. Singulari itaque dexteritate non ſolum Mathematicarum diſciplinarum & linguæ ſanctæ ſcientiam alijs ſuo loco tradidit: ſed eaſdem & ſcriptis luculentis illuſtrauit. *Docet Friburgi.*

Scripſit

Incẽdio ades Smetĩ cum libraria pereunt.

gratiam, se descripturum fuit pollicitus. Quod cum diligenter faceret; bonamque exemplaris partem iam absoluisset: fatalis ignis in ædes ipsius illapsus, non modo ædes ipsas, cum tota supellectile domestica librariaque; verum etiam opus illud antiquarium, cum vniuersis schedis libellisque autographis, è quibus confectum erat, penitus absumsit: remanentibus solummodo *quinquaginta & vno* eiusdem exemplaris, quod Laurino exscribebat folijs, quæ in scrinium quoddam humi positum, vbi incendij vis minus grassabatur, ante sepolsuerat. Hic cum Smetius adeo cõsternatus esset, vt spe omni de exemplari perficiendo abiecta, & illas reliquias perditas optaret: Laurinus, pro sua humanitate atque ea, qua studiosos omnes fouit, pietate, non modo literis consolatorijs, verum muneribus etiam missis, ita eum erexit: vt resumpto animo & conquisitis commendatione impensisque Laurini, quibusdam aliorum eiusdem studij amatorum exemplaribus, calamum rursus arripuerit, & opus ceptum quoquo modo finierit. In lucem autem editum illud est nec *Laurino*, nec *Smetio* viuentibus: sed demum post obitum vtriusque. Nam dum Laurinus cum thesauro suo Numismatum Brugas relinquit tumultuantes, & fugam in Galliam molitur: incidit in milites Anglos, qui præsidium agebant Ostendæ. Ab his omnibus thesauris, adeoque Inscriptionum etiam illo, spoliatur: quem librum quidam miles, vtpote eleganter descriptum, in Angliam secum extulit, venditauitque: quo tempore *Ianus Dousa*, & *Paulus Busius* ibidem Ordinum agebant legatos: qui illico exemplar redemerunt, & in patriam transportatum typis egregie describendum curarunt. Opus profecto insigne: & *in quo* (Lipsij sunt verba) *cognitio aui moriusque veteris, & florentissimi illius imperii: cui par non est, non erit in terris.* Idem *Lipsius* auctarium rogatu amicorum, velut limbum attexuit Smetianæ togæ: in quo haud pauca sunt addita, quæ in Smetianis non habentur.

Et inscriptiones fere omnes.

Laurinus animat ac promouet opus affectum.

Varie periclitatur illud opus.

A. Dusa & P. Busio conseruatur.

Elogium eius Lipsio.

Quæ & auctis Smetii mors secuta.

Perijt autem circa annum septuagesimum octauum autor illius operis Smetius, nec fato suo. Suspensus enim est ad Bruxellas, sine forma processus, abreptus à furibunda militum manu, tempore Ioannis Austriaci: quod ageret reformatæ religionis concionatorem. *Exprafatione Inscriptionum Smetii.*

CORNELIVS VALERIVS.

Ob. 1578. die 11. Augusti, ætat. 66. Aquæ veteris.

COrnelius *Valerius* itidem ditionis Vltraiectinæ oppido, quod vulgo *Aquæ veteres* nominant, anno duodecimo seculi millesimi quingentesimi oriundus, in literis interioribus adolescens sic æqualibus antecelluit; breui vt eas Vltraiecti, vbi hæc tum studia florebãt, sit professus. Deinde *Petro Nannio* apud

MARTINVS SMETIVS.

Periit circa an. 1578.

Martinus Smetius Weſtwynkelanus fuit Belga, antiquitatis inprimis amans, & indagator ſollers. Inſcriptiones enim per *ſexennium*, ab anno videlicet quadrageſimo quinto, ad annum vſque quinquageſimum primum, ſumma diligentia, cum per vrbem Romam, vbi tum agebat, tum per alia multa Italiæ loca; quæ cum hero ſuo, *Rodolpho* Pio Cardinale Carpenſi, obiter perluſtrauit, tumultuarie primum collegit. Poſtea tum illas ipſas, tum quas à *Benedicto Hegio* Spoletino, à *Ioanne Metello* Burgundo, ab *Antonio Morillonio*, aut à *Stephano Vinando Pighio* Campenſi, viris vtique doctiſſimis, & antiquitatis omnis obſeruatoribus diligentiſſimis, acceperat; in *quatuor* primarios ordines ſeu claſſes ſummatim diſtribuit. *Primo ordine* quicquid ad rationem locorum, operum, atque ædificiorum, ſeu publicorum, ſeu priuatorum pertinere videbat, complexus eſt. *Secundo* diuina omnia; hoc eſt, non ſolum deorum dearumque titulos ac ſtatuarum dedicationes: ſed etiam ſacerdotum vtriuſque ſexus; & magiſtratuum, miniſtrorumque ſacrorum, hiſtrionum ac ludionum epigraphas comprehendit. *Tertio loco* hominum illuſtrium, videlicet, Imperatorum, Cæſarumque, Conſulum, atque aliorum magiſtratuum maiorum, cum Romanorum, tum prouincialium, elogia monumentaque poſuit. In *quartum* vltimumque ordinem, militum & eorum, qui officia publica minora geſſerunt artificum & miniſtrorum domus Auguſtæ: communium deinde hominum, ac poſtremo Chriſtianorum aliquot vetuſtiorum epitaphia congeſſit. His ad calcem adiecit *elenchos* ſeu *locos communes*; in quibus præcipua quæque, & obſeruatu digna, in certas claſſes, & capita digeſſit.

Antiquitatis amans Smetius.

Opus inſcriptionum totius orbis.

Diſpoſitio eius.

Hæc omnia tanquam fructum peregrinationis ſuæ, iucundumq; magis, quam opulentum ex Italia delatum theſaurum exſcripſit, penes ſe ſeruaturus. Sed cùm *Marcus Laurinus* Waterfleti Dominus, vix bene cepta apud Smetium vidiſſet; cum viua voce, tum crebris literis perhumaniter ſcriptis, hortari non deſtitit; vt, quod non infeliciter cepiſſet, ad optatum finem perduceret.

M. Laurinus Smetio auctor antiquitatum edendarum.

Quod cum tandem factum eſſet, opusque Laurino adeo ſatisfaceret; vt vel illud ipſum, vel exemplar aliquod à Smetio tranſcriptum, quouis precio redimere voluerit; Smetius, qui ſe talem ac tantum huius ſtudij (quod alij plerique non mediocriter alias docti viri aut contemnunt, aut ludibrio etiam habent) non modo admiratorem, ſed etiam patronum ac fautorem naſtum eſſe gaudebat, non illibenter exemplar in Laurini gratiam

Antiquitatis ſtudium contemtum.

Contra Laurinum.

Cum eo studia Græca Hortensii.

paucis diebus meruit. Cum eo igitur Hortensius, qui Græcam linguam præcipuum sibi scopum tum præposuisset, noctes & dies peruoluendis Græcis autoribus, quorum saltem copia ad manus tum erat, iuuenili quodam ardore impendit. Et quia à facilioribus auspicandum putabant illi duo φιλέλληνες, non Demosthenem, aut Homerum, aut Pindarum; sed Aristophanem primum aggressi sunt, moti tum aliorum doctissimorum virorum, tum D. *Chrysostomi* autoritate; qui illum autorem adeo diligenter perdidicisse traduntur: vt à dormientium puluinaribus nunquam abfuerit. Ita ergo in Comici illius lectione versatus Hortensius fuit: vt ad verbum prope perdidicerit. Vertere inde eum oratione soluta cœpit: quod vbi vtcunque succedere sensit; eodem carminis genere Latine reddere tentauit.

Aristophanẽ primum euoluunt.

Chrysostomi in Aristophanes studium.

Hortensii item.

Vertit Aristophanem.

Edidit autẽ iunior Plutũ Aristophanis, carmine Latino versam additis annotatiunculis, quibus loca obscuriora illustrantur: idem in alijs eius poëtæ fabulis periclitaturus. Exijt cum priuilegio Regis in lucem Vltraiecti Anno 1556. Scripsit ætate ac iudicio maturior libros 7. *secessionum ciuilium* Vltraiectinarum & bellorum, vsque ad episcopatus translationem ad Burgundos.

Edit Plutum Latine.

Scripta alia.

Item *tumultuum Anabaptistarum* lib. 1. *De bello* etiam *Germanico* libros quinque, & *in Virgilium commentarios*. Excusa omnia sunt Basileæ. Annotationibus ipsius & enarrationibus doctissimis atque vtilissimis *in duodecim Æneidos Virgilii* libros, aliorum etiã explanationes atq; lucubrationes accessere, nunquam anteviſæ, atque ex officina Henricpetrina Basileæ prodierunt. Idẽ in Lucani Pharsalica commentarios elegantes concinnauit.

Docet Nardenæ,

Nardenæ autem apud Batauos scholæ multis annis præfuit; tulitque fructum pietatis, iuuentuti impensæ, in vrbis illius *

** An. 1572,*

clade; cum à Weldamio, nobili adolescente, grato discipulo, furori militari est ereptus.

Obitus.

Obijt in prædio ibidem suburbano, senio laboribusque confectus, anno septuagesimo septimo, supra mille quingentos. Ad imaginem eius hos versiculos lusit B. Arias Montanus;

Huius vbi Hortensi spectas in imagine vultum,
Talia tum subeat dicere verba tibi;
Romane Hortensi, concede huic: secula priscis
Nomine reque pares nostra tulere viros.

Ex præfatione ipsius in Pluti versionem, bibliotheca Gesneri; & elogijs Miræi.

MAR-

LAMBERTVS HORTENSIVS. Ω. 1577.

MOntfortio ditionis Vltraiectinæ oppido hic oriundus, * admodum adolescens, in primo studiorum tyrocinio, Louanium ingenij excolendi causa fuit missus. Eo cum venisset, nihil prius sibi, nihilq; antiquius duxit: quam eas linguas, quantum tum dabatur, perdiscere, sine quibus omnes artium facultates infeliciter discuntur. Acuebant autem ipsum non solum veterum scriptorum *exempla*, verum etiam Latinorum Grammaticorum *præcepta*, & *necessitas* plane Diomedea. Prodibant enim in dies in lucem è situ & squallore eruti veteres autores, quibus pristino nitori *Erasmi*, aliorumque doctorum hominum industria restitutis & emaculatis, plura pene Græca inspersa, quam Latina, lectorem & librorum helluonem remorabantur.

Clarebant ea tempestate in illa ipsa Academia linguarum professores, Græcæ quidem *Rutgerus Rescius*, Latinæ, *Conradus Goclenius*, Hebraicæ, *Ioann Campensis*, viri cum diligentes in tradendo, tum in sua quisque palæstra primi nominis: quorum fama & celebritate vndique studiosi exciti, Lyceum illud literatissimorum hominum frequentia ita replebant; vt breui inde, tanquam ex equo Troiano fœto, innumerabiles milites, armis Palladis instructi, & egregie exercitati, prodierint. Audiuit etiam eximium Peripateticum, *Ludouicum Viuem*, & insignem Rhetorem, *Ioann. Paludanum*, iam tum senem admodum: quem quoties audiuit declamantem, & Rhetoricorum ad Herennium libros explicantem, visus est sibi videre & audire Nestorem illum Homericum

τὸν ἡδυεπῆ,
τοῦ καὶ ἀπὸ στόματος μέλιτος γλυκίων ῥέεν αὐδή.

Fuit ibidem ei contubernalis, quo cum omnes studiorum rationes sedulo communicauit, inre literaria cum ipso ab vnguiculis. Vltraiecti educatus, *Ioannes Guinterius Andernacus*, tenuis sortis quidem adolescens, sed ingenij præstantis, & ad apicem eruditionis natus, id quod breui post euentus declarauit. Etenim * Louanio digressus cum Lutetiã venisset, statim specimen ingenij sui, quod ad id temporis in vmbra delituerat cũ magna laude edere cœpit. Græcæ enim linguæ professionẽ auspicatus, stipendium regium; idq; splendidũ & magnificum

* *Natus anno millesimo quingentesimo primo.*

Louanii linguarum studio deditus.

Calcaria quæ habuerit.

παλιγγενεσία literarũ in Germania

Professores linguarum Louanii.

Ludouicus Viues.

Ioannes Paludanus.

Ioan. Guinterius condiscipulus Hortensii.

* *Vide vitam Guinterii inter medicos.*

Nico. Copernicus.

cepi de præclarissima arte Astronomiæ, dum versor apud summum virum Nicolaum Copernicum: quibus elaborandis, augendis, ornandis, & neque vita neque opera vnius sufficere possit; ita me procurante iam habent ab ipso autore studiosi horum artium ea absoluta atque edita, in quibus vtiliter & splendide exerceantur. Hæc ibi.

Caron doctrina triangulorum.

Edidit idem *Canonem doctrinæ triangulorum*, quem absoluit *L. Valentinus Otho* Princip. Palatini Frideric. IV. Elect. Mathematicus, de voluntate ipsius Rhetici, & emendauit *Bartholomæus* * *Pitiscus* Silesius.

Valentinus Otho.

** Bartholomæus Pitiscus Elect. Palatino à sacris fuit, Theolog. & Mathem. excell. Ω. 1613 die 27. Iulii.*

Et vt clarum faceret Canonem illum totius esse Matheseos thesaurum; & si aliæ tabulæ desiderentur vniuersæ: tamen Canonem illum per se omnibus Matheseos candidatis præclarum copiam suppeditare, Mathematica studia tractandi: Ideo *duos libros de doctrina triangulorum* instituit. In *primo* ea præcepta complexus est, quæ maxime vsus quotidianus exigit: *secundum* tribuit exemplis, desumtis ex præcipuis capitibus *Geodesiæ, Optices, Dioptrices, Meteoroscopices, Gnomonices, Geographiæ, Astronomiæ, Musices, Mechanices*, & omnium doctrinarum, quæ de Geometria & Arithmetica, ceu fontibus promanant. Ita enim statuit optimus vir, mathematicis disciplinis neglectis, necesse esse omnem eruditionem doctrinæ incultam relinqui, & quasi filicem barbariæ innasci agris Musarum.

Præstantia.

Obitus.

Anno Christi septuagesimo sexto, cum à quodam Barone Vngaro euocatus, Cassouiæ, in superiori Pannonia ageret: in conclaui recens incrustato forte dormiuit; statimque catarrho infestari cepit: quo & suffocatus vitam clausit pie in his terris, die quarto Decembris, sub secundam noctis horam, anno ætatis sexagesimo secundo. Præter pauca illa, quæ publice edidit, longe plura quorum indicem in bibliothecam suam Simlerus transscripsit, ab admirabili eius ingenio fuissent exspectanda: nisi mors inuidisset & interrupisset. Vir hic, quo fuerit in rem literariam animo, vel hinc videre est: quod omnes & vires & facultates suas in studia Mathematica impendit; & tota vita sua fere nihil aliud egit; quam vt Canonem triangulorum quam locupletissimum posteris traderet: pro quo studio merito ipsi gratia habetur immortalis,

Animus eius erga Mathē.

Rheticus in præfatione Ephem. & in dialogo de canone doctrinæ triangulorum. Item in præfatione operis Palatini; & Thuanus.

LAM-

GEORGIVS IOACHIMVS RHETICVS

Ω. 1576. die 4. Decembr. ætatis 62.

Rheticus vnde dictus.

GEorgius Ioachimus à natali solo *Rheticus* vulgo cognominatus, in lucem editur anno millesimo quingentesimo decimo quarto, die decimo sexto Februarij, in oppido Feldkirchen. In studio literarum præcipue ad Mathesin & Astronomiam incubuit, eamque secundum *Regiomontanum*, *Copernicum*, & *Reinholdum* maxime illustrauit. Docuit eandem diuinissimam artem in florentissima Academia Wittembergensi, anno millesimo quingentesimo, quadragesimo, & pluribus: exposuitque publice *Alfragani* commentarium, Ptolemæi μεγάλιν σύνταξιν aliosque eius scientiæ non postremos autores. Cum autem fama de Copernici admirandis hypothesibus percrebuisset: ipse quanquam professorem ageret; tamen teneri nõ potuit, quin tantum virum primo quoque tempore adiret. Profectus igitur ad Copernicum, cum coram de hypothesibus cognouisset: renunciata professione apud eum mansit; adeoque vt in opere Reuolutionum, ac præsertim primi mobilis alacriter progrederetur, vrgere non destitit: præstitit deinde præceptori Copernico memoris & grati animi officium, opera ipsius Copernici in lucem proferendo.

φιλομαθηματικὸς.

Docet Wittembergæ.

Relicta professione ad Copernicum abit.

Edit Copernici opus.

Scripta alia.

Edidit Rheticus inter alia Ephemerides nouas seu expositionem positus diurni siderum & συσχηματισμῶν præcipuorum, ad annum millesimum, quingentesimum, quinquagesimum primum: in cuius præfatione hæc ipse de se scribit: *Quid dicam, quantum operæ huic cognitioni ac scientiæ impenderim, & quid, vt gloriose loquar, quasi ærumnarum exantlarim, tanquam Hercules, huc illuc oberrans & non quidem cingulum aliquod aut poma quærens, quæ referrem ad meos; sed de maximis & necessariis rebus veritatem, quæ iam tanquam monstris errorum profligatis, conspici & apprehendi posset? Feratur æquo animo ostentatio hæc mea, non illa quidem ingenii neque sapientiæ; sed eorum quæ nemo fere solet inuidere alteri, sudoris, vigiliarum, molestiæ, itinerum. Quæ quidem meo, vt dicitur, Marte, & longinqua & difficilia confeci, dum quæro, qui me*

Rhetici labores in excolenda Mathesi, & itinera.

accipiat, cœlique vias & sidera monstret.

Septentriones subii, & inde contrario tractu in Italiam contendi, vbi puer aliquando cum meis fueram, quia fama erat, de quibusdam, eximia; sed ab his quantumuis celebribus non multum adiumenti allatum fuit studiis nostris. In Prussia ea didici atque percepi

VALENTINVS ERYTHRÆVS.

Ω. 1576. die 29. Mart. æt. 54. Patria.

Mittitur Argentinam. Inde Wittembergam. Argentinæ præceptor classicus & professor.

Vocatur ad scholæ Altorfianæ gubernationē. Morbus ex itinere; Et mors.

VAlentinus *Erythræus* anno vicesimo primo supra mille quingentos in ciuitate Imperij *Lindauio*, ad lacum Podamicum est natus: vbi cum didicisset prima artium rudimenta, & pietatem, missus est in scholam Argentoratensem. Vnde, cum solidius aliquanto esset institutus, contulit se in scholam Wittembergensem, vsusq; præceptoribus D. *Luthero*, Philippo, & alijs excellentibus viris, beatæ memoriæ, reuersus est Argentoratum; & factus præceptor classicus: tandem vero D. *Sturmio* adiunctus est, & locum professoris præcipui obtinuit.

Ex ista schola ab amplissimo Senatu Noribergensi vocatur, anno septuagesimo quinto ad *Altorfianæ* scholæ regimen, paulo supra *dimidii anni* spacium munere rectoris primus functus est. Cœpit autem cum graui morbo conflictari, quem cum multi sperarent iam desæuiisse, tandem accedente pleurisi, & acutis circa diaphragma compunctionibus, exspirauit anno ætatis quinquagesimo quarto, qui est κλημακτὴρ nouenarius sextus, quem sibi ominosum esse perpetuo dixit. Conquestus est etiam aliquoties de itinere, quod suscepit inusitato tempore in Saxoniam, vbi & diætam & aërem paulo inclementiorem, tolerare non potuit. Decessit placide & pie in vera inuocatione nominis diuini Anno Christi septuagesimo sexto, die vicesimo nono Martij.

De eruditione testantur eius scripta, quæ in manibus multorum sunt; & relinquitur merito eruditioribus iudicium de ijs integrum. Confessionem in Euangelicorum Ecclesijs sonantem, & contentam in corpore doctrinæ, amplexus est, id quod propriæ manus subscriptione confirmauit. Nec aliud genus doctrinæ, ab hoc dissentiens, ad extremum vsque vitæ halitum, recepit & professus est.

Scripta Erythræi.

Inter ea, quæ in lucem edidit, sunt *tabulæ* & σχηματισμοὶ in partitiones oratorias *Ciceronis*, in libros partitionum dialecticarum *Sturmii*: in dialecticam *Philippi Melanchthonis*: in Grammaticam & alia: quæ ex Bibliothecis petantur. *Institutionis puerilis tomo secundo.*

GEOR-

Casaub. ad Persii pag. 437. m.

prius, quã typographis traderet: tantumque lucubrando semper promouit; quantum illi imprimendo absoluerent. Nec vnam interim rem solam vnquam agebat: sed plura simul successu felicissimo tractabat: & quia in animo & memoria meditationes suas seruabat, ideo in chartis pauca admodum annotabat.

Eruditio & mores.

Logicus, Poëta, Mathematicus, Musicus, Historicus, Physicus, Latine, Græce, & Hebraice doctus. Moribus vitaque grauis & castus: in sermone & congressibus familiaribus facetus: laborum tolerans, candidus, apertus, ἀνυπόκριτος: ac in omni vita omnibusque actionibus philosophus vere Christianus: qui sibi nunquam, DEO alijsque semper viueret; omniaque nouercantis fortunæ tela fortiter elideret. Quemadmodum enim Herculi ab ortu suo infestam fuisse Aten Homerus tradit: ita & sua Xylandrum Ate semper afflixit; multisque ac varijs incommodis & rei domesticæ difficultatibus, oppugnauit: nunquam tamen pectus bene munitum, DEI inprimis gratia, & bonorum subsidio, expugnauit.

Ate Homerica.

Obitus Xylandri.

Obiit doctissimus hic vir, & rei literariæ studiosissimus, morbo ex intempestiuis laboribus atque lucubrationibus, cõtracto, anno 1576. die 10. Februar. ætatis 44. Heidelbergæ ad D. Petri, in sacello Academiæ cum luctu collegarum, & studiosæ iuuentutis sepultus.

** lib. 61 hist.*

Iacobus August. Thuanus, v. cl. de Xylandro hæc * reliquit. *In Germania eodem anno* (ponit 1575. sed perperam) *obijt Wilhelmus Xylander Augustanus, vtriusque linguæ apprime peritus & omnis antiquitatis ac literaturæ, cum paucis huius ætatis comparandus; ad hæc philosophicis & Mathematicis studijs clarus. Dum vixit, cum summa egestate luctatus, atque ob id * fami, non famæ, scribere est existimatus. Multa ille magno rei literatæ bono vsui edidit; plura, quæ promisit, & qua erat eruditione ac ingenio, præstare potuit, publico daturus, nisi immatura mors eum, quippe tantum * XLV. annos exegerat, Heidelbergæ, vbi profitebatur, intemperantia vitæ accelerata, oppressisset.* Hæc ille. Habuit affecta etiam non pauca, in quibus & Onomasticum Geographicum: cuius in Commentarijs * Horatianis meminit. Adeo verum est illud * Plinij: *acerbam semper & immaturam esse mortem eorum, qui immortale aliquid parant: quique posteros cogitant, & memoriam sui operibus extendunt: ijs nullam mortem non repentinam videri vt quæ semper inchoatum aliquid abrumpat.*

** Fatetur ipse Xylander in præfat. ad lectorem vit. Plutarch.*

** Verius XLIIII.*

** Ad oden 7. lib. 1. Carm.*

** lib. 5. epist. 5*

Gibbosus fuit, et brevis statura, teste Obrechto. Duellio autem

"letudo satis comoda. negotiorum multũ, quæ tamen ferro nõ molestè. Gratiæ satis apud optimum quemq. Et ut verbo dicam, cogitanti mihi q̃s fuerim, & qd sim, beneficentiæ ac gratitudinis diuinæ historia q̃dã & descripta quasi ob oculos ponitur. q̃bus fretus, grato ãto & fiduciã suã, me Dei tutelæ cõmendo, meditorq; ejus (quod Horatius et præclarè in tantis tenebris vidit) munera, ribus sapienter uti: & paro me ad omnia, q̃ illi videbuntur, dextrè accipienda. Hæc de rebus meis obiter ad te scribere volui, quem scio solidè mea gaudere gau"

Thuan. lib. 35. histor. bitus est à Palatino *Xylander*, qui notarii munere fungeretur; sicut à Wirtembergico *Lucas Osiander* ad idem munus fuit delectus. Anno itidem 1571. cum idem Fridericus,* colloquium *Franckenthalæ* cum Anabaptistis, in Palatinatu tunc nidulantibus, publica fide interposita, indixisset: *Wenceslao Zulegero* præsidi, *Petro Datheno*, concionatori aulico, collocutori, *Xylander* cum *Casparo Faus & Martino Neandro*, adiunctus fuit: qui notarij munus ea in actione obiret. Et hoc quidem colloquium, vt παρέργως id addamus, d. 19. Iunij solutum fuit: cumq; nullis sacræ scripturæ testimonijs, nullis rationibus insana capita à pertinacia insanabili dimoueri possent: Elector, iure magistratus in eos vsus, grauissima pœna indicta, ne in ditione sua docerēt, & subiectos Palatino Septemuiratui populos seducerent, interdixit.

** ad d. 28. Maii.*

Colloquium cum Anabaptistis.

Thuan. l. 48.

Scripta Xylandri.

In docendi munere Xylander Latinitate donauit præclarum illud, & immortalitate dignum opus *Plutarchi*, continens *Vitas parallelas* illustrium virorum; & alterum, quod *Moralium* titulo vulgo insignitur; atque vtrumque notis siue annotationibus illustrauit. Prodijt opus istud Francofurti, typis Wecheliana in officina elegantissimis exscriptum, versione Latina è regione Græco textui respondente. Idem præstitit Xylander in *Georgij Cedreni historia*, Latine eam interpretando, & scholijs illustrando, nec non in *Strabonis & Dionis* monumentis. Idem *Diophanti arithmeticam* Latine reddidit: quam illustrissimo duci Wirtembergico inscripsit, & anno 1575. obtulit: ac, teste Crusio, quinquaginta thaleris muneratus pro ea fuit. *Stephanum* item *de Vrbibus* recognouit, & transtulit. *Pselli* de quatuor disciplinis opusculum Latinum fecit, adiectis annotationibus, carmine de Philosophia, de *Ioannis Zonaræ* annalibus, & in M. Xysti Betuleii, præceptoris sui, obitum Nænia. *Polybii* præterea septendecim libros historiæ Romanæ in Germanicam linguam transtulit: quod idem in Euclidis sex libris prioribus fecit. Scripsit & cōmentarios in *Homerum*, & variarum lectionū libros: tabulas *Græcæ Grammaticæ, Algebram, Euclidea, Geometrica, Astronomica. Euripidem ac Theocriti Idyllia* correxit, additis annotationibus. *Noui* præterea *Testamenti* libros è Græca in Germanicam linguam accuratissime transtulit, adiunctis etiā notationibus. Edidit & *Horatium* cū notis, Laconicis illis quidem, sed perquam eruditis fructuosisq; in quibus id operā dedit: vt non Horatium modo, sed & alios Græcantes scriptores legentibus commodarer lucubratio. Cōmentarium quoq; copiosum in Horatii artem poëticam scribere orsus fuit: sed morbo impeditus, ac tandem morte abreptus, non perfecit.

Sueuic. annal. l. 12. part. 3. c. 21.

Ingenium Xylandri.

Fuit ingenii subtilitate, iudicij perspicacitate, memoriæ felicitate eximia præditus: raro opus vllum solitus absoluere prius,

QVI XXXIII. ANN. NATVS MINVS LXVI. DIEBVS OBIIT XV. KAL. IVNII A cIↃ. IↃ. LXXV.

FRATRI SVO CHARISSIMO THEODORVS CANTERVS POS.

Suffrid. Petr. in scriptoribus Frisiæ: Miræus in elogijs.

GVILELMVS XYLANDER.

Ω.1576.d.10 Febr. æt.44.

G*Vilelmus Xylander* * natus est Augustæ Vindelicorũ, anno Christi 1532. die 26 Decembris parentibus honestis quidem; sed minime in re aucta & lauta constitutis; adeo vt experiri ipse in se cogeretur illud, quod poëta olim:

Haud facile emergunt, quorum virtutibus obstat
Res angusta domi.

Idem tamen etiam expertus est in se veritatem oraculi diuini: *quærentibus Iehouam non deerit omne bonum.* Cum enim in puerum, primorum vtriusque linguæ rudimentorum non infeliciter peritum, parentes inopia & rei familiaris difficultatibus, sumptus ad progressiones literarias necessarios facere neque vellent neq; possent: nobilis patricius Augustanus D. *Wolffgangus Relingerus* impetrata ipsi ex ærario publico stipe effecit: vt quibus semel fuerat deditus studijs literarum, in ijs pergere cupido liceret: tantisper dum probatis profectibus in collegium *Viricianum* primum, deinde *Antonianum*, inter alios qui discendarum liberalium artium causa publice ibi alebantur, fuit receptus.

Inde postea temporis *Tubingam*, vberioris doctrinæ percipiendæ causa * missus, cursum propositum tenuit, & linguarum Græcæ inprimis & Latinæ studio se dedidit. Anno 1556. ad *Basiliensem* accessit Academiam: vbi Philosophicorum Professorum consensu, artium magister solenniter est renunciatus.

Hic cum eius eruditio passim innotesceret, Heidelbergam vocatur, vbi Græcæ linguæ professio, *Iacobo Micyllo* rebus humanis exemto, ei fuit commendata. Qua in functione summa fide & diligentia est versatus: & iuuentuti Academicæ optimos quosque auctores solerter & dextre explicauit.

Anno 1564. mense Aprili, cum *Fridericus* tertius Palatinus Septemuir, & *Christophorus* Wirtembergicus, in Maulbrunnẽsi monasterio conuenissent: vt de controuersia Eucharistica colloquium inter Theologos vtriusque partis institueretur: adhibitus

* *Vernaculo* Holtzmann. *Fortuna Xyland. iniquior.*

Wolffganus Relingerus. Studia adolescentia Xyland.

Tubingam missus.

* *Inscriptus anno 1549.*

Inde Basileam.

Vocatur Heidelbergam.

Interest colloquio Maulbrunnensi.

Ex literis Xylandri, 1563. id. Maii, ipsius manu scriptis ad Jacobũ Dachtlerum, Professorẽ Tubingẽsem, hæc descripsi: Status mearũ rerum is est, ut αὐτάρκειαν nullis opibus postponẽdam amplect grato aĩo, singulariaq; in me Divinæ clemẽtiæ documẽta sentiam. Uxorem Basi duxi æqualem parẽmq; meæ sorti, mense Augusto. 1558. inde statim vocatus H delbergam ad docẽdam Græcã linguam, parui scilicet Deo meas res ad me [illegible] vocanti:

Synesii opuscula.

desumpta, Latinitate donauit. Postea *Synesii* aliquot *opuscula* Græce pariter ac Latine primus edidit, sunt autem hæc: De Dono ad Laconium, Concio secunda, constitutio, constitutio altera: Hymni carmine, quibus adiuncti sunt alij tres hymni. Eiusdē locorum aliquot *in Ciceronis Epistolas* explicationes & emendationes. Eiusdem *in Propertium scholia* Denique *Euripidis Tragœdias* edidit, in quibus præter infinita menda sublata, carminum omnium ratio hactenus ignorata proditur, adiectis Euripidis sententijs aliquot insignioribus, & Latinis versibus ab eodem redditis, quod ipsum etiam *in Sophocle & Æschylo* ab illo præstitum est. *Nouas lectiones iterum* recognouit & *libro vno* auxit, quibus accessit de ratione emendandi Græcos Authores Syntagma similiter auctum, nec non Aristotelis pepli fragmentum cum alijs, tum integra tabula Deorum & hominum illustrium progenies complectente itidem auctum, ac nouarum lectionum quarta iam editio parabatur libro vno rursum aucta. Similiter locorum aliquot *in Ciceronis epistolis* explicationes & emendationes recognouit, additis nouis locorum aliquot *in Epistolis ad Atticum* explicationibus & emendationibus. Postremo *Ioannis Stobæi eclogarum libros duos* in Latinum conuertit, quorum prior Physicas, posterior Ethicas complectitur: quibus vna etiam accesserunt G. *Gemisthi Plethonis* de rebus Peloponnesiacis orationes duæ eodem interprete. Confecit quoque separatim tabellas duas, alteram *in Ciceronis libros de officijs*, primo separatim à Syluio excusam vno semifolio. Deinde tum ab eodem vna cum ipso Cicerone & Suffridi in eundem castigationibus: Alteram in *Cornelii Valerii Physica*, cum ipsis à Plantino eadem forma editam. Transtulit insuper *Æl. Aristidis artis Rhetor. libros duos*, vnum de oratione Ciuili, alterum de oratione simplici, nondum editos: *Poematum* denique *libros quatuor* propemodum absoluerat: Scripsit etiam *notas in Bibliothecam Iosiæ Simleri*, quibus multis Author genuina nomina & scripta restituit.

Epitaphium.

Defuncto tumulum ad D. Iacobi posuit Theodorus frater & bibliothecæ heres.

NOBILI VARIAQVE ERVDITIONE VTRIVSQVE LINGVÆ MONVMENTIS CLARO VIRO

GVILIELMO CANTERO

QVI

tum huic porro ad vigesimam quartam diem sequentis Iulij restabat.

Sepultus est in æde S. Iacobi ad Australem partem templi, loco inprimis conspicuo ac celebri. Testamenti sui executores esse voluit D. *Cornelium Valerium* præceptorem suum: & amplissimum nobilissimumque virum D. *Carolum Heluegen*, Dominum de Saert, hospitem suum: apud quem vita defunctus est. Itaque illi manibus eius debita solennitate iusta persoluerunt; & ex præscripto ipsius reliquis omnibus rite peractis bibliothecam eius Vltraiectum ad fratrem *Theodorum* transmiserunt. *Sepultura.* *Testamenti executores* *Bibliotheca fratri cessit.*

Obijt autem Canterus vt ingenti incommodo rei literariæ, cui plurimum posthac erat collaturus: ita etiam summo omnium eruditorum luctu, quibus acerbissimum sui desiderium reliquit.

Scripsit Canterus primum *Nouarum lectionum libros quatuor*, in quibus præter variorum authorum, tam Græcorum, quam Latinorum explicationes Athenæi, Gellij, & aliorum fragmenta quædam in lucem proferuntur. Deinde *Æl. Aristidis orationum tomos tres* Latine conuertit: quorum primus viginti octo: secundus septendecim: tertius septem Orationes complectitur. *Scripta.*

Huc accessit orationum *tomus quartus*, ex veteribus Græcis Oratoribus concinnatus eodem interprete: *Gorgiæ orationes duas*, *Thucydidis* vnam, *Lehonactis* vnam, *Andocidis* vnam, *Herodis* vnam, *Antisthenis* duas, *Lysiæ* vnam, *Dinarchi* vnam, *Alcidamantis* vnam continens. Adiungitur etiam *de ratione emendandi Græcos authores* eiusdem *syntagma*: Ac denique *Gnomologia Græcolatina*, siue sententiæ insigniores breuiter ex *Aristide* collectæ. Præterea *Lycophronis Alexandram siue Cassandram*, Latine ad verbum transtulit, adiectis annotationibus, quibus loca difficiliora partim è scholijs Græcis, partim ex alijs Scriptoribus explicantur.

Huc accessit *epitome Cassandræ* Græcolatina carmine Anacreontio eodem authore: Nec non ipsius *Cassandræ versio altera* carmine expressa per *Iosephum Scaligerum* Iulij filium.

Nouas lectiones recognouit & tribus libris auxit. Similiter *Aristidis Pepli fragmentum*, siue Heroum Homericorum Epitaphia, primus authori suo restituit, Latine vertit, & annotationibus illustrauit. His adiecta sunt *Ausonii* Epitaphia Heroum, qui Bello Troiano interfuerunt, aliquot locis ab eodem emendata. Præterea *Fragmenta* quædam *Ethica* Pythagoreorum quorundam, ex Stobæo delum-

Leouardia, Gruninga, Vltraiectum vicinæ vrbis.

huius vrbis fundos auitos, & ex his ampliſſimos reditus haberet. Accedebat huc, quod Leouardia, quæ auo Wilhelmo, Gruninga, quæ patri Lamberto, Vltraiectum, quod ipſi natale ſolum fuit, ciuitates inter ſe vicinæ ſunt: cum Gruninga nonniſi ſeptem miliaribus ad orientem, Vltraiectū nonniſi viginti duobus miliaribus ad Auſtrum Leouardia diſtet; ita vt ſibi cū amicis inibi habitantibus officia, quæ neceſſitudo pietatis flagitat, vltro citroque conſtare facillime poſſent.

Canterus ergo ob dictas & alias cauſas Leouardiam plane conceſſurus erat: niſi temporum illorum infelicitas propoſitū eius impediuiſſet. Quanquā enim toto fere Belgio pluribus tū annis inteſtini motus ſatis acerbe graſſati eſſent: nuſquā tamē, his durantibus ad eius ſaltem vitam vſq;, tutius ac tranquillius viuere contigit, quam Louanij. Quæ cauſa fuit, vt & ille tantiſper ibi hærere decreuerit: donec pace recuperata tuto in patriā commigrare poſſet: quo ſi peruenire incolumis potuiſſet: ſuppetente vita reipub. literariæ vberes de ſe fructus haud dubie daturus erat. Sed diuina prouidentia, quæ piā ipſius voluntatē pro effectu habuit, & immortali præmio cœleſtis gloriæ remunerare voluit; haud permiſit; vt qui literas tanto cum affectu promouiſſet, alio in loco, quam literis conſecrato, diem clauderet extremum. Voluit enim huius memoriam non modo ſcriptis ipſius toto terrarum orbe celebrem, ſed etiam hicſepulcro conſpicuo venerabilem in omne æuum permanere: vt qui epitaphium legerent, ad æmulationem ſcriptorum loci ipſius opportunitate exſuſcitarentur.

Morbo corripitur.

Cum itaque circa Idus Nouembris in febrem incidiſſet, quæ & in hecticam degenerauit, tota hyeme cum hoc malo & maxima parte veris grauiſſime conflictatus eſſet medicis fruſtra opem ferentibus: Ideoque cum in dies ingraueſcente malo facile ſentiret, ſibi imminere fatalem diem; exactæ vitæ mortem conformem meditatus eſt. Præſtitit illi permulta officia charitatis vir ſingulari tum eruditione, tum pietate M. *Embertus Euerarts, ab Arendoncck* ſacrarum literarum Licentiatus, & ad S. Iacobum tunc paſtor, qui conſolando, confirmando, erigendo ægrotum, noctes atque dies non ſolum in vltimo agone, ſed etiam ex quo morbus habere periculum viſus eſt, ad ſpem diuinæ gratiæ alacriorem reddere dignatus eſt. Cuius hortatu ille mature compoſitis rebus ſuis nixus miſericordia diuina in Domino placide obdormiuit, anno poſt natum Chriſtum ſeptuageſimo quinto ſupra mille quingentos Menſis Maij decima octaua, quæ dies Mercurij erat, intra horam quartam & quintam mane: cui ad complendum annum ætatis trigeſimum tertium tantum defuit temporis, quantum

Ex quo & moritur. Ætas.

absolutos habere, quos conscriberet *commentarios lingua Græca*, & versari tum in transferendis quibusdam operibus, D. *Ioannis Chrysostomi*, quæ hactenus nec Græce nec Latine edita essent: de cæteris nihil compertum habemus.

Canterus arcanitenax.

Erat enim eo ingenio Canterus, vt non agenda promitteret, sed acta proferret, neminemque pateretur propositi sui conscium, ideoque non modo percontatores, sed etiam famulos auersabatur, quo sibi magis in tuto forent arcana, quæ eliminari nolebat: longe tum prudentior tum modestior illis, qui *parturiunt an. equam conceperunt*, & multa iactitant, quasi iam absoluta opera sua, quæ nunquam inchoarunt, aut ne inchoaturi quidem unquam sunt. Illud interim ille non dissimulauit, se deinceps in sanctorum patrum opera de Græco in Latinum transferenda fuisse incubiturum, inprimisque nouam *Bibliorum* translationem & exactiorem Græci textus emendationẽ meditari, ad quam rem felicius absoluendam non modo Hebraicæ linguæ penetralia curiosius iam rimabatur, sed & exemplarium tum Hebraicorum, tum Græcorum tum Latinorũ non solum manuscript. sed etiam excusorum diuersæ editionis copiam terra marique venabatur.

Canterus proponit sibi Patres Græc. transfer. Item sacra Biblia.

Pium hoc propositum suum prudenti consilio fulciebat. Nam quo facilius in effectum daret id, quod moliebatur, Louanio relicto, Leouardiam concedere, ibique sedes figere cõstituerat, eoque consilio eclogas Stobæi (qui fetus illi posthumus extitit) amplissimo clarissimoque viro D. *Igramo ab Achelem* Regij tum senatus per Frisiam præsidi dedicauit, tum vt eius autoritate atque prudentia non solum aduersus incommoda protegeretur, sed etiam in literarijs subsidijs conquirendis adiuuaretur, tum etiam vt singulari eius eruditione ac sapientia familiarius atque commodius frueretur. Nemo autem (qui quidem res Canteri diligentius expenderit) temere eum Louanium Leouardia fuisse mutaturum dixerit. Nam cum illi prima cura vitæ, secunda studiorum fuerit, vtriusque ratio eum huc impellebat, vt quam maxime.

Igramus ab Achelem.

Leouardia studiis fouendis accommodata.

Louanij enim carissime viuebatur, & Cantero, qui stipendium publicum non ambiebat, de suo viuendum erat. Reditus autem ex patria sua istuc arcessere non modo sumptuosum, sed & periculosum erat, infestis itineribus terra marique tunc vniuersis. Atqui Leouardiæ omnium rerum, quæ ad vitæ necessitatem pertinent affluentissima copia est, non modo quod ipsa Frisia natura cœli solique fertilissima, sed etiam quod vicinum mare, quo fere tota ambitur, abunde suppeditet, quæ requiras. Hic igitur non modo multo minoris victurus erat Canterus, quam Louanij, sed & ipse quoque præsens rerum suarum dispensationem habiturus erat, cum in munic pio

Frisia fertilis.

huius

nomine eas linguas oportere discere, quibus illæ sunt comprehensæ? Quantus igitur vir Canterus fuerit, quanto ingenio polluerit, quando studio flagrauerit, hinc æstimari potest, quod integra adhuc ætate non solum superatis difficultatibus vniuersis ad culmen & fastigium solidæ eruditionis peruenerit; sed etiam posteris magna ex parte viam strauerit, qua eodem peruenire possint. Præter patriam, hoc est, Belgicam linguam, sex calluit exoticas, *Latinam*, scilicet, *Græcam*, *Hebraicam*, *Germanicam*, *Gallicam & Italicam*; quas quoniam non alio, quam sapientiæ consequendæ studio perdidicit, quantum nõ modo in minoribus hisce Christianorum facultatibus profecerit, si non ex hac ipsa eius industria; at certe, vel tacentibus nobis, ex ipsius scriptis liquido constare potest, quæ vt numero satis multa & eruditione admiranda, ita fructu vtilissima posteris reliquit. Extant eius *nouarum lectionum libri octo*, in quibus cum plurimis ac diuersissimis autoribus integritatem suam restituat, quantus ipse librorũ helluo fuerit, declarauit. Extat eius *Syntagma de ratione emendandi Græcos autores*, in quo cum infinita menda ex diuersis autoribus tollat, tum abunde etiam declarat, quam non oscitanter in euoluendis autorum scriptis versatus fuerit; vtroque autem opere studiosis multũ difficultatis & impedimenti adimit. Consimili industria ac fructu & in reliquis versatus est, quę ex catalogo operũ eius facile intelligentur, quem hic infra subijciemus; ex quibus præsenti facto apparebit, quantum in poëtica, in oratoria, in historica facultate, quantum in soluta, quantum in numeris adstricta, quantum in natiua sua quantum in transferenda alterius oratione valuerit: Quam luculenter vbique eam, quæ prima orationis virtus censetur, perspicuitatem tueatur, vt nihil obscurum, nihil ambiguum, nihil improprium relinquat, quod offendere lectorem possit.

Canteri eruditio.

Canterus πολύγλωττος

Scripta Canteri.

Nouarum lectionum libri.

Syntagma de ratione emẽdandi Græcos autores.

Erat enim id iam longo vsu consecutus, vt se facile extricaret, vnde plerique alij difficulter emergerent: nam si quis eiusmodi forte nodus incidisset, quem ipse necessario subsidio destitutus soluere non potuit, tum lectorem, ne forte ipsius autoritate nixus grauius erraret, candide admonuit vt in Stobæo fecit. Vbi cum se plurimum, & quidem sine magno negotio præstitisse profiteatur, lectorem tamen admonet, adhuc multa esse inexcussa ob defectum Græci codicis, qui non prorsus ex ingenio, sed etiam manuscriptorum codicum collatione supplendus erat: quos ille tum consequi non poterat. Porro autem præter illa, quæ in Catalogo librorum eius recensebimus, eum etiam habuisse alia opera nonnulla vel iam inchoata vel etiam absoluta, nemini dubium esse potest. Ipse flagitante aliquando quadam occasione amico retulit, se pene iam abso-

Canteri diligentia & fides in tractãdis eruditorum monumentis.

Canteri opera nondum edita.

* *Suffrido Petro.*

reptus est. Eò etiam magis, quod hac tempestate aditus ad sapientiam longe difficilior sit, quam ista fuit. Istis enim hominibus Græcis non modo ad suã illam sapientiam comparandã, sed etiam ad quamuis peregrinationem sapientię ergo expediendam lingua patria sola, quã vna cum ipso nutricum lacte imbibebant, abunde suffecit: cum hæc tum temporis, vt vbique terrarum fere vsitata esset, ita etiam quicquid scitu dignũ erat, comprehenderet. Augebat hanc facilitatẽ, quod eadem illa sapientia, quam illi diuinarum rerum, & humanarũ scientia terminabant, limitibus tunc longe angustioribus, hoc est, ijs tantummodo facultatibus cõcluderetur, quas nũc minores appellamus. Accedebat huc felicitas istius seculi, quo ipsis sapientiæ autoribus viciniores essent, nõ modo disciplinarũ fontes ipsos, sed etiam eosdem puros ac sinceros biberunt. Nobis in hac decrepita mundi senecta, idq; in media barbaria natis longe diuersum accidit. Primũ enim cum & nobis eadẽ, quæ illis discẽdæ proponantur, tum his insuper accedunt illæ, quæ maiores appellantur facultates, *Theologia* scil. *Iuriprudentia*, *Medicina*. Quæ vt nunc quidẽ in Christianorũ scholis vsurpantur, istorũ ætate recentiores, & à Christianis, vel peculiariter adinuentæ, vel certe in artis formam redactæ sunt. Quantum autem difficultatis tum his ipsis, tum etiã superioribus istis facultatib. adiecerit, tot seculis interea cumulata scribentiũ multitudo, quãtum lucis detraxerit illa inter nos & istos interiecta tot incommodis notabilis tẽporis intercapedo: quis non facile æstimet? Cũ non modo tot bella, tot eluuiones, tot Incendia, tot ruinæ, vt tineas & blattas omittamus tantã copiã bonorũ autorũ nobis prorsus absulerint: cum barbaries insuper tã profunda alijs aliter *instar porcorum in margaritis* bonos autores plerosq; omnes, qui reliqui erant, tam turpiter maculauerit, vitiauerit, mutilauerit. Deinde cũ & linguæ, quib. propositus hic sapientię thesaurus continetur, ex vsu populari iã prorsus sublatæ sint, & popularium linguarũ hodie tã multiplex diuersitas sit, vt pedẽ vix domo mouere possis, quin idiomate peregrino retundaris; qui nunc sapientiæ candidati sunt, optimam ætatis suæ partem linguis discendis impendant necesse est Quod eo etiã grauius est, quo tres illæ inter has præcipuæ & simpliciter necessariæ, nõ aliunde nunc quam ex libris hauriri queant. Quanquã autem in confesso sit humanæ vitæ breuitatẽ ad euolenda omnia scripta, quæ ad vniuersum sapientiæ complexum coaceruata sunt, nullo modo sufficere; quis tamẽ inficias iuerit, eũ, cuius nomẽ solidæ eruditionis ergo celebrandum sit, earum disciplinarum omniũ, quæ hoc orbe cõtinentur, si non omniũ æque ad vnguẽ, atq; vnius alicuius, quã præcipue delegerit, at certe mediocriter peritũ esse oportere? Et cũ hoc ita sit, quis negauerit eundẽ illum, qui ad hanc sapientiæ arcẽ contendit ipsarũ disciplinarũ

Facilior aditus ad eruditionem Græcis fuit, & veteribus, quam nobis.

Litere damnum fecerunt temporum iniuria.

is, quem in interpretatione po uimus. Quippequẽ horis aliquot ſuperuacuis ac minus vtilibus intra paucos menſes confecerimus. Etenim cum in Chriſtophori Plantini gratiam viri de nobis optime meriti potiſſimum hanc operam ſumpſerimus, non vltra CXXXVI. horas, ſi res ad calculum vocetur, in eam impenſas affirmare auſim. His enim verbis indicat, ſe eam interpretationẽ confeciſſe nocturnis iſtis temporibus, intra menſes quatuor ac dies ſexdecim, cũ ſingulis diebus ei impendiſſet horam vnam. Quod nulli ab eo vel temerarie vel hyperbolice dictum videri poteſt: qui & prolegomena iſta legerit, & hanc ipſam tractãdi Methodum eius conſideraverit, & expeditã illã ac longiſſimo aſſiduoq; vſu cõparatam vtriuſq; linguæ facultatem, & ſingularem quandam legendi ſcribendiq; celeritatẽ in illo cognouerit ac meminerit.

Proſopographia Canteri.

Ad corporis felicitatem quæ pertinent, in illo omnia magnifica erant & ampla Erat enim Canterus ſtatura procera & heroica, membris validis & ſolide compactis, totoque corpore iuſta proportione bene compoſito quadratus, cute candidiſſima, genuino tamen rubore ſuauiter colorata, facie decora, oculis lætis, vultu hilari, capillitio nigro atque criſpanti, barba non admodum denſa, aſpectu plane amabili. Et quoniã *gratior eſt*, vt ille dicit, *pulcro veniens è corpore virtus*, merito dici potuit, illius ingenium bene habitare. Augebat hanc gratiam cultus,

Canteri veſtitus.

cultum ipſum ſingularis mundicies commendabat. Quanquã enim ille veſtiretur quidem infra fortunam ſuam; veſtitu tamẽ vtebatur ſplendido & eleganti Mundiciei enim ipſa natura tã amans fuit, vt non modo ſordes, in veſtibus, alijsque rebus ad vſum vitæ pertinentibus, ferre nullas poſſet; ſed & comã quoq; & barbam propterea ſubiecto pectine ſtatis temporibus detonderi curauerit.

Sed hæc momentanea ſunt & caduca, neq; vere noſtra dici bona poſſunt; illa ſunt noſtra verius, quæ ad animi cultũ pertinent. In quibus ponderandis etiamſi nominatim cõplures inſignes viros, tum veteres tũ recentes, quorũ nomen virtutis & eruditionis ergo omnib. ſacroſanctũ eſt ac venerabile, veris rationibus cõuincere poſſimus hoc noſtro nequaquã fuiſſe ſuperiores, tamen cum omnis huiuſmodi comparatio odioſa ſit, ne vel amore quodam cæco hunc extollere, vel inuidiæ quodã ſtimulo quenquã alium deprimere videamur, libenter equidẽ his

Theophraſtus.

abſtinebimus. Theophraſtũ autẽ ſeu quem alium Philoſophũ natum annos non minus *octuaginta* cum animã ageret, iniquitatis accuſaſſe naturam ferunt, quæ coruis, ceruis, ac phœnicib. quorũ nihil intereſſet, vitã in multa ſecula prorogaret, homini autẽ, qui ad ſapientiæ cultum ætate proficeret, vitã breuiſſimã attribueret. Quiquidẽ ſi humanæ conditionis ſortẽ in hoc merito deplorauit, iuſtius conqueri Canterus poterat, qui nõ ætate iam decrepita, vt ille, ſed in ipſo iuuentutis flore hinc ab-

quoque tempore res literaria, vel creuiſſet, vel decreuiſſet, ſed etiam vt ſine errore autori cuique reſtitueret quod ſuum eſſet.

Nam cum ſingulis ætatibus ſuum quoddam fuerit Philoſophandi genus, quod & argumenti ipſius & tractandi ratione deprehenditur, ſuaque peculiaris quædam phraſis extiterit, quæ ex ſimplicibus vocibus, ex conſtructionibus, ex ſententiis, ex paræmijs, ex figuris, ex tropis eluceſcit; æqualium autorum collatione ſe facile ad intellectum locorum difficilium, & ad emendationem deprauatorum: peruenire aſſerebat. Ad vetuſtatem manuſcriptorum codicum deprehendendam conſimili temporũ diſtinctione vtebatur, qua conſtat Orthographiam illam veterem ac genuinam paulatim in deterius fuiſſe deprauatam, vel negligentia vel inſcitia librariorum. *Criteria dignoſcendi autores.* *Manuſcripta quomodo dignoſcenda.*

Qui cum primum iuſtis ſyllabis dictiones expreſſiſſent, poſt ea notis eas conceperunt, paulatim etiam ſubiunctiuam diphthongi vocalem à latere abſtractam vocali præſenti ſubiecerunt, ac tandem etiam prorſus omiſerunt. Quibus animaduerſis codicum antiquitatem deprehendi facile poſſe; vt quantum cuiq; fidei in emaculandis bonis autoribus tribui debeat, ſine hæſitatione iudicare queat. Ad ſcriptionem etiam ſe non diſſimili ſolertia muniebat; nihilminus enim quam illotis pedibus rem aggrediebatur. Nam cum in omnibus præpropera feſtinatio moram adducat, planeque *dimidium facti habeat, qui bene coepit*; ille nunquam opus aliquod ſuſcepit, quod non antea perlectum diligenter expenderit, an ſuis humeris conueniret. Suſcipiens enim, vt rem exemplo declaremus, autorem aliquem de Græco vertendum in Latinum, diligenter perlegebat, vt argumentum ipſum dicendique genus penitius contemplatus, cuius nam claſſis autoribus ad huius explicationem potiſſimum indigeret, intelligeret. Calamus interim ad manus erat, quo ſimul annotabat memoriæ gratia, ſi quid occurreret difficultatis, quod ante interpretationem propoſitam ſibi diſcutiendum erat. *Canterus vti verterit Græca in Latinum.*

Hac opera defunctus, ita ſibi in ſingulos dies penſum ipſe præſcribebat, vt quod poſtridie transferendum ſibi propoſuiſſet, id pridie ſemper omnibus difficultatibus ac nebulis diſcuſſis, expeditum ſibi redderet ac facile. Quo facto interpretationem ipſam, ad quam illi nihil aliud iam reſtabat, quam nuda quaſi deſcriptio, incredibili quadam celeritate peregit. Declarari hoc non aliunde certius poteſt, quam ex prolegomenis ipſius ad *eclogas Ioannis Stobæi*, ab ipſo ex Græco in Latinum translatas. Illic enim cum de collocatione autorum æqualiũ & penſi propoſiti repurgatione locutus eſſet, de interpretatione ipſa loquens, ita dicit: *Atque hic labor noſter, tametſi multis haud valde grauis fuiſſe videbitur, multo tamen fuit grauior, quam* *Ecloga Stobæi in Latinum translata à Canthero.*

dignitatibus & honoribus excusari commodius posset, quos tum propriæ, tum patriæ, tum etiam auitæ virtutis & eruditionis ergo in Regalibus Belgij prouincijs sibi oblatum iri prospicere non difficulter poterat; cum sibi propositum esset priuatam vitam ducere ab omni fastu ac pompa remotam.

Hac igitur ratione cum ille vitam suam instituisset, animo tum curis & affectibus internis, tum etiam molestijs externis liberato, non modo summam tranquillitatem, sed etiam profundissimum otium ad studia fouenda consequebatur. Quæ quidem quo felicius prosequi posset, prima cura Bibliothecæ comparandæ fuit. Nam quod Cæsar Antoninus de se profiteri solet, id Canterus etiam de se merito dicere poterat; *nullum sibi chariorem esse, quam librorum possessionem.* Vt enim constat huic infanti, puero, adolescenti, iuueni, nihil charius fuisse libris; ita res ipsa docuit, viro nihil accidere potuisse grauius, ea inundatione, quæ Louanij 8. Ianuarij anno 1573. aucto imbribus in immensum Dilio, tum aliorum eruditorum complurium, tum ipsius quoque Bibliothecam oppressit. Tum enim nisi vir doctissimus *D. Hato Dominicus* Organopœus Leouardiensis, tunc temporis Louanij eius hospes, mature succurrisset, opportunamq; eius libris explicandis & deficcandis operam nauasset; ille præ nimio animi mœrore haud dubie contabuisset. Non erat autem illi in libris comparandis tanta multitudinis, quanta præstantiæ cura; neq; tam id spectabat, vt quamplurimos, quam vt quam optimos consequeretur. Delectu enim hic vtebatur diligenti, ad quem faciendum adhibebat non modo lectionis propriæ subsidium; sed & vulgatas istas autorum Bibliothecas, quibus eruditum neminem carere posse dictitabat. His addebat omnium nundinarum Francofurdiensium catalogos, quibus certior reddebatur, quid egregium aut lectu dignum vnoquoq; semestri in lucem ederetur. Comparatis autē ad hunc modum libris necessarijs, quo expeditius & certiori spe fructus in studijs porro versari posset, in certas operas diem partitus erat; vt alijs ante meridiem, alijs à meridie tractandis incumberet, ne quod ex nimia illa continuatione tædium obreperet; atq; antemeridianum quidē tempus lectioni, pomeridianū vero scriptioni potissimū dare consueuerat. Ad vtrumque institutum ille solerti quadam prudentia se præparauerat. Ad autorum lectionem illud peculiariter inuentum erat, vt nō modo memoriæ gratia locos communes in promptu haberet; sed & iudicij causa autorum ipsorū, quos legeret, certas classes ratione temporum faceret, vt æquales cum æqualibus legeret. Nam cum diuersis temporibus diuersa studia, diuersæ etiā linguæ fuerint; hanc autorum æqualitatem obseruatā non id modo sibi præstare aiebat, vt certa ratione deprehenderet, quan-ū quoque

Canterus Bibliothecæ studiosus.

Inundatio Louaniensis Canteri libros corrupit.

Bibliothecæ vulgatæ.

Ratio studii Canteriani.

Loci communes. Canter. classes autorum habuit, & æquales cum æqualibus legit.

diorum obiuiſſet, vocem ſibi non ſatis robuſtam eſſe cauſabatur, quæ illi ſubmiſſior ac lenior contigerat, quam pro ratione corporis æquum videbatur. In priuatis vero ſe operæprecium facere non poſſe arbitrabatur, quod exiſtimaret, ſe eodem temporis ſpacio rei literariæ plus ſcribendo, quam prælegendo commodare poſſe. Interim vero ſe conſulendum libenter omnibus præbebat, nihilque erat illi iucundius, quam conſuli à ſtudioſis, à quibus ille, tantum abeſt, vt aliquid muneris aut honorarij acciperet; vt libenter etiam neceſſitatibus eorum de ſuo ſubuenerit, ſi quos ſubſidio dignos cognouiſſet. Erat enim in hoc totus, vt prodeſſet omnibus, noceret nemini. Ideoque non modo ſubmiſſe de ſe ſenſit ſemper, nunquam ſe alijs odioſe præpoſuit; ſed etiam libenter omnibus modis honeſtos aliorum conatus promouit: longiſſime diſſentiens ab ijs, qui tantum detrahi putant gloriæ ſuæ; quantum aſtruitur alienæ. Illud hominum genus ferre nullo modo potuit, qui doctorum virorum fama traducenda, famã aucupantur ſuam, dum calumniandis horum ſcriptis id agunt, vt ipſi doctiores hiſce eſſe videantur. Quam continentis enim linguæ ipſe fuerit, ex eius ſcriptis abunde perſpicitur, in quibus cum ob argumentorum multiplicem varietatem infinitæ fuerint occaſiones, quibus & ſe extollere, & alios deprimere potuerit, vbique tamen ingenuum candorem tuitus, quid ſe deceret, expendit.

Humanitas & humilitas.

Canter. à eruditis & obtrectat. abhorret.

Nam qui ſuos conatus non alio, quam ad vtilitatem Reipublicæ dirigebat, quod huic ex vſu erat, bona fide; quantum in ipſo erat, præſtitit; riſus, cachinnos, ſcommata, conuitia, illis relinquenda cenſuit, qui delectantur fricandis vlceribus alienis, ſcarabeis haud diſſimiles, qui dum eo ſibi magnifice plaudunt, quod aquilas moleſtijs afficiant, originis obliuiſcuntur ſuæ, quam ex ſimo, & maxime quidem aſinino ducunt. In priuatis colloquijs quanto candore, quanta modeſtia fuerit; meminerunt illi, qui familiarius cum illo verſati ſunt. Quandoquidem ipſe non modo neminem vnquam odioſius vellicauit, aut traduxit: ſed & quoties id ſe præſente fieret, vel taxatum ſi poſſet honeſte excuſauit; vel ſi non poſſet ſermonem odioſum alio de induſtria ſermone illato interrupit, intercepitque; & quantum quoq; tempore potuit omnium exiſtimationi adſtruxit. Ideoque cum lecto iam decumberet, & præter hunc morem ſuum ſiniſterius de quibuſdam locutus deprehenderetur: non obſcuram ob læſæ iam mentis & proinde ſecuturæ mortis coniecturam ijs præbuit, quibus id inſuetum erat. A ſuperbia vero & ambitione quam alienus fuerit, ex eo facile colligas, quod cum V. I. eſſet peritiſſimus; gradum tamen ac titulos eius eo conſilio fuerit auerſatus; vt à politicis

Homines ſcarabeis ſimiles qui ſint.

Canter. non affectat gradus honorum.

causa moleſtiæ, ſi quæ adeo leuiſſimæ tamen acceſſerunt. Nam quod ipſe de parente ſuo ſcripſit parentesque aliorum de auo eius commemorarunt, plane patrium illi atque auitum fuit, vt amicitias paucorum expeteret. Erant igitur qui hoſpitium eius frequentabant non modo numero pauci; ſed etiam moribus tales, vt eorum aduentu hoſpiti gloria, non ignominia accederet, vtpote qui non ad Bacchi, ſed ad Phœbi pocula conuenirent. A conuiuijs enim & comeſſationibus nemo vnquam illo magis alienus fuit. Ideoque & ipſe nullius acceſſu magis offendebatur, quam eius qui temetum olere videbatur. Quanquam enim natura perquam comis & affabilis eſſet, grauatim tamen ad colloquium quenquam admiſit, niſi ijs horis, quibus eum à muſæo ſuo abeſſe ſupra diximus, eosque interpellatores maxime auerſabatur, qui illius otio ad ſatietatem vſque abutebantur ſuam. Nam cum temporis eſſet parciſſimus diſpenſator, ſicut ipſe amicos ſuos conueniebat, ita & à ſuis viciſſim conueniri volebat, raro ſcilicet ac paucis, idque tempore non importuno. Cum autem vitam ſuam vniuerſam ſic inſtituiſſet, vt eam non immeritò exactiſſimam Philoſophiæ praxin appellare poſſis; non intra priuatos duntaxat parietes eius virtus ſe continuit, ſed etiam foris omnibus merito admiranda fuit, vtpote quem vt vxorem nunquam duxiſſe omnibus exploratum, ita vllius vnquam fœminæ conſuetudinem expetiuiſſe, nulli compertum ſit. Illud cunctis liquet, qui cum eo familiarius conuerſati ſunt, ab omni obſcænitate ita eum abhorruiſſe; vt ſi cui, vel imprudenti forte laſciuius aliquod verbum inter loquendum excidiſſet, pudiciſſimæ cuiuſdam virginis inſtar erubuerit; eaque cauſa illo præſente ſermones eius generis de induſtria ſemper fuiſſe vitatos ab his, quibus id conſtabat. Cum autem de patrimonio ſuo viueret, ita rerum ſuarum rationem inſtituit, vt reditibus annuis multum ſupereſſet: vnde factum eſt, vt pecunia ſemper abundaret. Ac ne cuiquam obſtrictus libertatem amitteret, aut quenquam fraudaret ſuo, quicquid agendum erat, præſenti pecunia expediebat, in ære nullius vnquam manſit, officium ſemper officio promptiſſimo penſauit. Reditus Eccleſiaſticos, vt ijs illicitos, qui altari non ſeruiunt, conſtantiſſime ſemper auerſatus eſt. Quin & muſas ſuas omnibus gratuitus expoſuit. Cum neque ex operum dedicationibus vnquam munus vllum ſperauerit, neque ſtipendium vllum vel publice, vel priuatim literarum nomine acceperit; etiamſi non ſemel tum à priuatis perſonis gratitudinis ergo, tum à bene fundatis ciuitatibus honoris gratia oblatum illi eſſe conſtet. Docuiſſe autem eum ex profeſſo, vel publice vnquam, vel priuatim, equidem incertum eſt. Ad publicas enim prælectiones, quas illelibenter in gratiam ſtudiorum

Paucorum amicus.

Abhorret à conuiuijs.

Temperantia & continentia.

Parſimonia.

Reditus Eccleſiaſticos non expetit.

Canter. publice non docuit ob vocis defectum.

nunquam capiebat, aut si adeo appetitum sensisset, bolum panis vnum aut alterum addito vini cyatho corroborandæ naturæ sumebat, quod tamen rarissime ab eo factum. Erunt fortasse quibus hæc diæta minus ad medicorum præscripta quadrare videbitur, sed cum nobis, non quid agendum fuerit, sed quid actum sit, bona fide referre propositum sit, non dissimulamus extitisse etiam, qui hac de re cum viuente aliquoties egerint, & plane illi autores fuerint, vt de summo illo rigore nonnihil remitteret, cum prorsus videretur incõueniens: vt vnico prandio contentus viueret, corpore præsertim tam vasto atque robusto, qui & in frigidioribus ad septentrionalem regionibus natus, & à puero longe aliter educatus esset. Quibus ille respondebat, *non omnibus eadem conuenire, se autem non temere hanc viam ingressum esse; sed cum diuersis experimentis eam sibi commodissimam deprehendisset, consulto deinceps esse secutum, sibi primam esse curam parendi animi, corpori tum satis esse, cum nullo indigeret; naturam paucis esse contentam, consuetudinem autem alteram esse naturam, seq; rem eam in naturam iam consuetudine ipsa sic vertisse, vt sine præsenti vitæ periculo se alium viuendi modum posse suscipere prorsus diffideret.* Interim vero vultus ipse orationi eius suffragabatur, totusq; corporis habitus testabatur, valetudinem esse solidam, cum in membris omnibus vigor, in cute natiuus color esset, pallor ille ac macies, quibus studiosi plerunq; notabiles esse solent, in illo nusquam apparerent, quin ipse non multo antea, quam vita defungeretur amicis quibusdam retulit, se nouem continuis annis morbum non sensisse.

Canter. nunquam cœnat.

Agebat autem & valetudinis curam diligentem, non modo obseruata hac diæta sua, sed & corpore purgando bis in anno, primum ineunte vere, deinde sub autumnum. Luxum omnem cane peius & angui oderat, eamque ipsam reddebat causam, q; nec ipse conuiuas vnquam inuitaret, nec alio vocatus vnquam conuiua iret, cum vrgere cibo potuq; aut vrgeri vtrobique necesse esset. Domestica eius consuetudo hospiti suo, eiusque familiæ non modo non grauis aut molesta; sed etiam perquam suauis ac iucunda erat. Erat enim longe dissimilis istis, quibus nihil vnquam satis est, neq; hospites sui quantumuis honesti, alio, quam seruorum loco sunt. Ille enim cum in singulas hebdomadas semel præscriberet, quid quoque die sibi ad mensam comparari vellet, elapsisq; hebdomadibus singulis expensorũ rationem acciperet; exigua admodum eademq; in diem stata erant ministeria, quæ illi præstanda per familiam hospitis erãt. Quibus ille quamuis ex pacto debitis, libenter tamen præcidebat; si quid operis ad præstandum forte grauius esse intellexisset. Quod reliquum erat, qui totum diem in museo transigeret, nulli importunus, nulli impedimento fuit, aliunde etiam eius

Canter. Valetudinem curat.

Modestia eiusdem.

His enim cum ex mandato Domini ſui incumberet, vt huic ſingulis diebus miniſteria diurna præſtarent, ſingulis hebdomadibus expenſorum rationem redderent, confecta res omnis fuit, negligentia interim, perfidia, & ſi qua alia peruerſitas eorum emergeret, non Canteri, ſed hoſpitis periculo ſtabat. His ita conſtitutis, diætam ſibi ipſe præſcripſerat, quam & naturæ ſuæ conuenientiſſimã, & ſtudijs ſuis quam maxime congruam fore exiſtimabat. Victus enim erat, vt à ſordibus, ita etiam à delitijs alieniſſimus, & qui non ad luxum, ſed ad valetudinem ſuſtentandam comparatus eſſet. Volebat enim edere, vt viueret, non autem, quod plerique ſolent, viuere, vt ederet. Mane autem fere ad ſeptimam vſque horam ſomno reficiebat vires, quod ſibi matutina ſtudia minus conuenire diceret. Deinde cum hinc ad medium fere vndecimæ alacri animo ſtudijs incubuiſſet, ex muſæo ſuo prodiens, vel in hortum, vel ſi aura id vetaret, in commodiorem aliquem locum ſe recipiebat, ibique ad horæ ferme ſpatium inambulando obſonabat famẽ, ſimulq; ruminabat, quæ illo die legiſſet. Quo facto cum interea temporis per miniſteria intus parata eſſent, quæ ad menſam pertinebant, parabili cibo prandebat largiter. Quo finito reuerſus vnde venerat, vel alio digreſſus, quo maiebat, vel inambulabat per horam leniter, vel ſi commodus aliquis obtigiſſet congerro ſuauiter confabulabatur. Hinc ſe in muſæum recipiens, & in hemicyclio reſidens, dormiebat horam vnam; experrectusque alacris ad ſtudia reuertebatur, quibus cum ad ſolis fere occaſum hybernis, ad horam ſeptimam æſtiuis temporibus continuo inhæſiſſet, relicto muſæo progreſſus foras inambulando, quoad ſatis erat, ſeſe recolligebat, interimq; ne quid temporis abſq; fructu elaberetur, vel negotium aliquod expediebat, vel amicum aliquem officij cauſa inuiſebat. Domum reuerſus tam æſtate, quam hyeme accenſo lumine in mediam vſq; noctem eas horas protrahebat, quas ſuperuacuas & minus vtiles ipſe appellare ſolebat. His enim nihil ordinarium agere conſueuerat: ſed ſi quid vel ad poſtridiani penſi abſolutionem inueſtigandum, conferendum, diſcutiendum, adnotandum eſſet, vel ſi quid extra diurnum penſum de improuiſo obiectum fuiſſet, puta ſi literis acceptis reſpondendum, ſi petitionibus amicorũ gratificandum, ſi quid huius generis aliud agendum eſſet, id quicquid eſſet, in has horas ſimul conijciebat, quo abſoluto exacti diei rationes à ſe ipſe repoſcebat, ijsq; diligenter ad calculum reuocatis fuſisq; precibus lectum petens, Deo optimo maximo ſe commendabat. Omnes autem actiones ſuas tam ſtricte ad clepſammidium reuocauerat, adeoq; certis ac ſtatutis temporum interuallis alligarat, vt ne ipſa quidem natura alijs, quam ſibi deſtinatis neceſſitatẽ ſuam flagitaret. Cœnam

Studia diurna.

Lucubrat ad mediam vſq; noctem Canter.

Penſum diurnum à ſe ipſe repoſcit.

nunquam

profeciſſet; etiam alios aliarum facultatum profeſſores cognoſcere, & accreſcente vna cum ætate etiam eruditione atque iudicio, ſua quoq; in medium proferre, ac tandem cum eruditis in arenam deſcendere cepit. Hoc modo confirmatus, cum omnes conatus ſuos ad rei literariæ emolumentum conferre decreuiſſet: Germaniam atq; Italiam ſibi perluſtrandã iudicauit, non modo vt eruditos ibi viſitaret, & populares linguas perdiſceret, ipſasq; regiones cognoſceret: ſed etiam vt veterum autorum Græcorum potiſſimum ſcripta conquireret, quibus in lucem eruendis, & ab interitu vindicandis ad publicam Eccleſiæ vtilitatem momenti plurimum ſe allaturum arbitraretur. *Peregrinationes Canteri.*

Relicta igitur eo conſilio Lutetia cum eruditorum quorundam gratia, quorum fama excitus erat, aliquot vniuerſitates Galliæ luſtraſſet, in patriam reuerſus ea comparauit, quæ ad propoſitã peregrinationem neceſſaria videbantur. Inter Italiæ vniuerſitates *Bononiam* potiſſimum coluit & *Patauium*. Venetias etiam videre placuit, nõ modo ob maieſtatem vrbis ipſius, & reip. celebritatem; verum etiam quod ibi, vt omnium rerum, ita etiã Græcorum codicum mercimonia eſſe intelligeret, Græcis compluribus, nõ ſolum omnis generis opera veterum ſcriptorum ex patria iſtuc venum importantibus; ſed eo etiã opificio vitã ſuſtentantibus, quo maiorum ſuorum ſcripta quæſtus gratia deſcribunt ac vendunt. Romam inde cogitauerat: ſed quo minus iter iam ſuſceptum perficeret, æſtus, cuius fuit impatientiſſimus, impediuit. Iſtinc igitur ita repulſus, in Germaniam ſe contulit, & Baſileæ tempore ſatis diuturno verſatus eſt, & contubernalem habuit ampliſſ. virum ac celeberrimum medicum D. *H. Butterum*, vbi & primos, ni fallor, ingenij ſui fœtus in lucem edidit. Iſtinc tandẽ reuerſus per continuos fere octo annos Louanij verſatus eſt. Quo tempore vt pro arbitrio ſuo rationem vitæ ſuæ cõmodius inſtitueret, apud cõmodum quendã hoſpitem propria quadra potiſſimũ vixit. Dicere enim ſolebat, Platonẽ quidẽ in medijs Siciliæ delitijs continentiam potuiſſe tueri ſuam; ſed tamẽ & cõſuetudine Dionyſij minime delectatũ & moribus Ariſtippi grauiter offenſum, & vtriſq; viciſſim fuiſſe inuiſum, nec vſquã pinde cõmodius egiſſe, quã in Academia ſua. Illud n. ꝙ veteri prouerbio dicitur, *aut bibat, aut abeat*, vnicuiq; documẽto eſſe debere, vt ſolus potius agat, quã eiuſmodi cõſortio ſe applicet, à cui⁹ morib. mores ſui diſcrepẽt. *Venetiis Græcorum codicum mercimonia.* *Æſtus Canterum impedit in itinere.* *Baſileæ ſubſiſtit.* *Henric. Buterus.* *Canter. Louanium redit.* *Canteri dicta, & vita priuata.* *Plato.*

Cum igitur & inutiles ſumtus reſecare, & curis ac moleſtijs quoad poſſet, extricare ſe cuperet: vt ſtudijs ſuis otium ſuppeteret quam profundiſſimũ, cubicula ſuis vſibus, quot ſuffectura videbantur, apud virum honeſtũ loco opportuno conducebat, eo pacto, vt huius non modo miniſtris, ſed etiã ſupellectile ad eam ſui curã vteretur, quã diurnæ vitæ neceſſitas flagitaret.

Canteri profectus.

voce tradentem audiuisset. Quantum igitur Canterus hoc temporis curriculo hic profecerit, non tam indefatigabili eius studio, quam euentu ipso declaratum est; cum & Latine & Græce scribendi facultate, & non solum Dialecticorum & Rhetorum præceptis, verum etiam eorum vsu & exercitatione, & totius Philosophiæ rudimentis fidelissime instructus fuerit.

Eiusdem exercitia & scriptiones.

Cum iam in omni fere scriptionis genere versatus esset, & modo Latinas & Græcas epistolas singulis hebdomadibus non infeliciter scripsisset; modo Græcos scriptores interpretatus, Poetas carmine, Oratores & Historicos oratione soluta reddidisset, interdum etiam Comœdias nõ omnino contemnendas composuisset, aliaq; præstitisset, quæ absolutæ iam eruditionis argumenta nequaquam dubia præberent: quæ omnia recognoscens præceptor diligens, admirabatur ingenij ad quidvis apti felicitatem, & in scribendo industriam. Quamuis igitur vt ex equo illo Troiano rei bellicæ, ita ex huius viri sinu rei literariæ principes infiniti prodierint, se tamen horum omnium neminem vnquam tanto amore fuisse prosecutum atque hunc

Canter. Valerio præceptori charus.

Canterum, ipse non modo scriptis publicis profiteri dignatus est; sed etiã quoad ille in viuis fuit, reipsa comprobauit. Ex singulari enim illo ingenio & continenti studio adolescentis, vir prudentissimus facile collegit, ex hoc discipulo vberrimos laborum suorum fructus ad Remp. literariam esse redundaturos, neq; difficulter ex promtissima illa eius erga se obseruãtia prospexit, dignum fore illum, quem amore tanto prosequeretur. In quorum etiam neutro eum sua fuisse expectatione frustratum euentus luculentissime declarauit, cum ille & tantus in re literaria euaserit, quantum fuisse doctissima ipsius scripta testantur, & eo amore illum ad extremum vsq; spiritum vicissim prosecutus sit, quo præceptorem optime meritum discipulus gratus debet. Cum igitur ille adolescentem ad Græcanicæ magis,

Canterus ad Græcas literas magis propensus.

quam ad Latinæ literaturæ studium suapte natura propensum animaduerteret, instarentque amici, vt in Galliam mitteretur, quo interim dum studia absoluit, aliud agens, etiam regionis eius & nationis & linguæ cognitionem sibi compararet; autor illi fuit vt Lutetiam proficisceretur, ac regio Græcarum literarum professori, viro longe doctissimo *Ioanni Aurato* se applicaret, quo maior esset oportunitas promouendæ naturæ in quod ipsa procliuis erat. Cui cõsilio cum ipse libenter obtemperasset natus iam annos 16. anno 1559. in Gallias profectus est. Ad Auratum tamen non venit ante x 1. diem Octobr. insequentis anni, apud quem porro gratissimus hospes vixit vsq; ad mensem Augusti. anni 1562. Quo tempore motibus quibusdam ibi coortis, versari diutius non satis tutum videbatur. Interea igitur

Mittitur Lutetiam.

I. Auratus.

temporis, cũ apud hunc & audiendo & conferendo plurimum

profe-

vero cum primum per ætatem & corpuſculi vires licuit, hoc eſt, anno Domini 1548. poſt Paſcha anno ætatis ſuæ ſexto nondum completo, ad ſcholas publicas eum deduci voluit; vt & frequentiæ adſuefceret, & æqualium æmulatione in maius ac melius proficeret.

Canter. ad ſcholas publ. deducitur puer ſexennis.

Præfuit ea tempeſtate ſcholæ Vltraiectinæ vir doctiſſimus, & formandæ iuuentutis longe peritiſſimus, ſcriptisque ſuis, vt multis, ita præclaris celeberrimus *Georgius Macropedius*: quo præceptore, tametſi ob ſuam ætatem Canterus & illius mortem, haud multo poſtea ſubſecutam, non diu vſus ſit: tamen & hoc ipſum quantulum fuit, profuit, & ipſa hoc Rectore inſtituta diſciplina, tuentibus deinceps Hypodidaſcalis eius & ſucceſſoribus plurimum adiumenti, ad eruditionis incrementum tulit.

Georg. Macropedius.

Iactis igitur hic fideliter vtriuſque linguæ fundamentis anno milleſimo quingenteſimo quinquageſimo quarto; mox à ferijs Paſchalibus agens annum ætatis duodecimum, cum parens non multo ante in fata conceſſiſſet, ad capiendum ampliorem ingenij cultum Louanium eſt miſſus: Ibi cum eruditiſſimo viro *Cornelio Valerio Vltraiectino* linguæ Latinæ profeſſori celeberrimo in diſciplinam datus eſſet, eiusque lateri primum per quatuor integros annos in ædibus viri Vtriuſq; Iuris Conſultiſſimi Doctoris *Lamberti Hortii Vltraiectini* adhæſiſſet, ac poſtea in collegio etiam Buslidiano aliquandiu adfuiſſet; ſummam excolendi ingenij occaſionem nactus fuit. Habebat enim in priore illo hoſpitio ipſum hoſpitem, virum præſtantiſſimum: habebat in altero præter ipſum collegij iſtius præſidem, virum vndiquaque doctiſſimum trium linguarum profeſſores publicos, cum quibus illi tum domus tum menſa communis eſſet; ita vt horum non modo exemplis exſuſcitari ad virtutem; ſed etiam collationibus in literis inſtitui quotidie poſſet. Habebat vtrobique præterea contubernium plurimorum ſelectiſſimorum adoleſcentum, quorum opera mutua æmulationem, æmulatio alacritatem in ſtudijs proſequendis accenderet. Habebat denique præceptorem illum ſingularem erudiendæ iuuentutis artificem, cuius ductum tuto ſequeretur. Qui quantum in hac palæſtra valeret, multis annis publice priuatimque ſummo cum rei literariæ commodo, nec minori Louanienſis vniuerſitatis ornamẽto tum ſcriptis tum viua voce declaraúit: vtpote cuius ſcripta, quæ in omnes Philoſophiæ partes publicata extant, ob eruditam commoditatem omnibus fere in ſcholis iuuentuti prælegantur: viuæ tamen vocis ea præ his energia, ea vis erat, vt quod Ariſtoteles de ſe ad Alexandrum ſcripſiſſe fertur, de hoc autore veriſſime dici poſſit, *eum demum Cor. Valerii ſcripta recte intellexiſſe, qui ipſum hac viua*

Mittitur Louanium Cant.

Ibi præceptore vſus Corn. Valerio.

Collegium Buslidianũ Louanii.

Contubernales Canteri.

Corn. Valerii dexteritas docendi, & ſcripta.

Epigramma in morbo compoſitum.

Cum mihi ſiderius Pater aſtraq; cuncta fauerent:
Indoluit, dolor eſt cui mea tota ſalus.
Imperat, vt toto me præcipitantius acto
In caput euortat corpore, vulnus aret.
Hic noua decubitus facit illi gaudia noſter:
Quod tamen hunc æqua perfero mente, dolet.
Cum Patre cœleſti pulcre mihi conuenit: in quo,
Quamlibet in media ſpes mihi morte viget.

Ex oratione funebri, habita à Ioanne Antrechto I C.

GVILIELMVS CANTERVS.

Ω. 1575. d. 18. *Maii, at.* 33. *currente.*

NAtus eſt *Guilielmus Canterus* anno Domini 1542. vigeſima quarta Iulij, intra decimam & vndecimam horam antemeridianam: patre *Lamberto Cantero*, & *Ioanna* filia *Theodorici de VVyck*. Hic quo ſtudio futurus eſſet, ſtatim à natiuitate ſua præſagio nequaquam ambiguo declarauit: vtpote qui dum infans adhuc in ſinu nutricis hæreret, nulla re magis delectaretur, quam libris: & ſi quando in vagitum ſolutus eſſet, nullo ſolatio citius, quam libri alicuius oblatione placari poſſet; librosque dum contrectare atq; voluere concederetur, facile omnis incommodi atque moleſtiæ obliuiſceretur. Parens, vt vir prudens, hinc eam de filio coniecturam ſumpſit; quod is ad egregiam eruditionem peruenturus, & inſigne rei literariæ columen aliquando futurus eſſet. De Pindaro, de Platone, de Virgilio, de alijs nonnullis eruditis admiranda quædam præſagia futuræ præſtantiæ commemorant hiſtoriæ veterum Ethnicorum. Illud propius ad noſtrum hunc accedit, quod de D. *Athanaſio* refert Eccleſiaſtica hiſtoria, quæ autor eſt, hunc à teneris ſtatim vnguiculis, dum inter æquales ſuos puer luſitaret, Eccleſiaſticis officijs præcipue fungi delectatum, eaque ex re Alexandrinæ ſedis Epiſcopum, ducta coniectura fore aliquando hunc inſignem Chriſtiani gregis paſtorem, dediſſe operam, vt à puero ſtatim ſacris literis per doctores orthodoxos inſtitueretur. Eodem etiam modo *Lambertus Canterus*, quod bonum parentem decuit, in filio proſpexit, vt agro feraciſſimo debitus adhiberetur cultus. Neque enim, vt vulgo fere mos eſt, in ſeptimum vſque annum inſtitutione dilata, indulgentia muliebri puerum corrumpi paſſus eſt: ſed ab ipſis mox incunabulis, vna cum ipſo lacte inſtillari voluit, quæ ad præſentem captum idonea, ad futurum profectum neceſſaria eſſe iudicabat. Itaque non modo pædagogum atque cuſtodem diligentem puero mox adhibuit; ſed & ipſe quoque pædagogi atque præceptorrs officio functus, quoad in viuis fuit, intra ſepta familiæ ſuæ doctrinam diſciplinamque præſtitit. Interim

Parentes Canteri.

Præſagium ex indole puerili.

De Athanaſ. præſagium.

Inſtitutio Canteri matura.

Pater Canteri filium ipſe inſtituit.

vero

Discipulos itaque post se reliquit prudentissimos & grauissimos, in principum aulis consiliarios: in prouincijs religiosissimos Episcopos: in ciuitatibus prudentissimos consules, virosque consulares: in quibus Vulteius viuit, & dum literæ erunt, viuet. *Discipuli.*

Disciplinæ custos erat acerrimus: legesque & statuta Pædagogei sarta tecta omni studio & cura conseruare nitebatur. Sæpe media nocte audisses, intensissimo & gelido frigore clamantem & sciscitantem ipsius temporis momenta. Metuebat enim Dominum, in cuius conspectu sciebat angelos custodes eorum, quos fidei suæ cõmissos habebat, apparere & conqueri: si tam precioſum Ecclesiæ & Reipubl. thesaurum negligeret. Hinc collegas sibi eligebat non affinitate, propinquitate, vel gratia commendatos: sed eruditionis laude ac virtute excellentes, etiam exteros; quorum subsidio commissam suæ fidei iuuentutem bonis literis ac elegantia morum erudire, vberrimamque messem patriæ transmittere posset. *Disciplina.*

Vitam eius percurrimus, nunc quo exitu eam clauserit, narrandum. Cum ad diem decimumseptimum Martij, Anno septuagesimo quinto optime valens, domum redijsset: & capum oberrantem, vt solent boni patresfamilias, ad viam cogere, & inclinans apprehendere voluisset: per clathros nemine præsente, decidit, periculosissimoque vulnere in capite accepto, animam magno sui desiderio apud bonos relicto, prid. Kal. Aprilis, Deo restituit. De quo quidem casu nemo piorum temere iudicabit; sed recordabitur potius illius sacri dicti: *Quisque seruus suo domino stat, & suo domino cadit*: recordabitur eorum, quos turris Siloha sua ruina obruit, & eius quod Saluator addit epiphonematis. *Dico vobis, nisi resipiscatis, omnes itidem peribitis.* Nec enim mala mors censenda est, quam pia vita præcessit. Vitæ autem suæ curriculum quomodo peregerit, ex ijs, quæ hactenus retulimus, palam est: & quomodo illud γνῶθι σεαυτὸν exercuerit, ex eo quod sibi composuit tetrasticho, apparet: vbi per dialogismum sic ipse de se: *Miserabili ex casu meritur.*

Dialogismus Vulteii.

Quid sum? quis? qualis? quantus? quotus? vnde? quibusve
Ortus auis? quorsum tendo? quibusque viis?
Vermis: homo: malus: exiguus: postremus: ab imo
Talibus & cretus: nitor ad astra: fide.

Quamuis autem obtrectatoribus etiam vita sua modestiæ, patientiæ, pietatis, & virtutis omnis exemplum esse potuerit: tamen, cum ne Angeli quidem coram Deo puri sint, agnoscebat in miserabili illo casu iustum Dei iudicium: qui castigat eum, quem diligit. Itaque decumbens, tum alijs pijs vocibus, tum hoc epigrammate, suam mentem est testatus:

Cum

plori stipendio ornari volebat. Hæc autem omnia nullam in eo arrogantiam, aut in parendo morositatem, aut effrenatam cupiditatem & ardentem auri sitim (quæ vt homine literario indigna, ita & ab illo alieniſſima fuit ſemper) arguunt: ſed fecit hoc vt illuſtriſſ. principis animum à concepta de ſe opinione, cui ſe imparem eſſe firmiter ſtatuebat, auerteret. Verum fruſtra: ſiquidem ne litera quidem in illis imminuta fuit; quorum præſidio ſe effecturum illud maxime cogitabat. Cum hac ratione clypeum manibus ſuis extorqueri cerneret, diuinæque prouidentiæ, potentiſſimæ imperatricis, ſuffragijs in ampliſſimum profeſſorum ordinem ſe cooptari ſpectaret: caſtra Muſarum mouet, Academiolam ſuam Weteranã, ingeniorum præſtantia refertiſſimam, nõ ſine ciuium deſiderio Marpurgum transfert, habitoq; diſcipulorum inſtar belli ducis, dilectu, quoſdam Pædagogicæ diſciplinæ addicit, quoſdam manu mittit, ordinem legẽdi immutat, ſuperfluas lectiones amputat, graues autores ſubſtituit, amplitudine præmiorum ſuaque diligentia collegas ad docendi alacritatem inuitat, propullulãtem ſocordiam primum latenter & amice pungit, negligentiam, pigritiam, & inertiam paulo acerbius increpat: obſtinatiori munere interdicit: & ita omnia ſine vi, ſine tumultu, ſine omni iuſta reprehenſione coercet; vt in ipſo muneris ſui ingreſſu, tantam de ſe in prouehenda patria doctrinæ & virtutis opinionem excitaret: vt illius fama iam altiſſimæ arces & principum aulæ perſonarent. Nec patriam de illo concepta fefellit opinio. Ita enim pædagogicum agrum erudiuit, lolium euellit, ſpinas excidit, ſylueſtres arbores putauit, brutam naturam extraxit; vt pro dumeto & ſpineto amœniſſimum hortum nobili aromate plantatum, ingeniorumq; varietate tanquam floſculis diſtinctum ad vberrimam patriæ meſſem reliquerit. Hæc illius in excolendis ingenijs felicitas eum principibus viris commendauit, clariſſimis adæquauit, ornatiſſimis antepoſuit: vt non immerito Illuſtriſſ. Haſſiæ Principes profeſſionem ſanctæ linguæ à morte Cl. viri D. *Happellii*, nemini præterquam illi, nihil minus cogitanti, deferendam cenſerent. Idq; iure optimo. Nam huic profeſſioni vitæ ſanctimonia, virtutis amor, humanitatis officia & pietatis ardentiſſimum ſtudium abunde reſponderunt. Omnes enim pij ac graues viri pietatis, humanitatis, patientiæ, modeſtiæ, & virtutis cuiusvis exemplum Vulteium confirmabant. Non videbant purpuratum Philoſophum: non illius vnguentorum odor, non frons calamiſtri notata veſtigijs eos in admirationem rapiebat; ſed videbant virum & autoritate, & vultu grauem, conſtantem, ſeuerum, qui ad immodicũ luxum contremiſcebat; honeſtum veſtitũ deamabat: in quo tamen eã mediocritatem obſeruabat: vt amicis ſæpe peccare videretur.

Migrat Marpurgum.

Successus in regimine ſcholaſtico.

Sanctæ linguæ profeſſio commendata Vulteio.

Virtutes eius & mores.

Diſci-

disset; auocatus in patriam redijt. Reuerso parentes despondent matronam honestissimam, Catharinam Fettiam, cum qua diuinam benedictionem in tribus filijs & vnica filia susceptis, opibusque accumulatis abunde sensit. Cum hac ratione Vulteium patria postliminij iure recepisset, & valido vinculo constrinxisset: in hoc incumbebat, vt ei de aperiendo ludo literario, de cuius multiplici vsu tum multa auditione acceperat, non ita experta erat, persuaderet.

Reuersus vxorem ducit.

Vulteius, qui multis nominibus se patriæ obstrictum agnoscebat, facile in memoriam redit diuini edicti: vt ne talentum sibi creditum defoderet; sed maiori cum fœnore illud redderet. Itaque patriæ paret; ludumque literarium magno cum applausu Weteris aperit: Rhetoricam & Dialecticam à se conscriptam, fideliter tradit: trium linguarum cognitionem feliciter introducit: Hebræam docet Pincierus, ipse Latina cum Græcis ita coniungit: vt discipuli ex illa schola progressi, *Græci* salutarentur. Prodierunt inde tum alij permulti literis eleganter imbuti, tum qui instar multorum sit, *Vvigandus Orthius* vir doctissimus, professorque Marpurgensi in schola celeberrimus, immatura nimis morte extinctus. Hoc in labore dum occupatur Vulteius, *Adamus Vegtius* Hassiæ superioris Episcopus, eum nihil tale cogitantẽ, solum dignum iudicauit, quem Pinciero in munere Concionatorio adiungeret. Cum vero ab eo expressam fidei suæ confessionem, vt par est, peteret: atque Vulteius attentius rimando & diligentius examinando quædam rectius, quam ante intelligere inciperet: ingenueque omnia pro suo candore ad M. Adamum perscriberet: displicuit eius sententia & insperata illa vocatio resedit, cum tamen dissimulationis integumentis, vt bona pars solet, operire, ambiguoque & flexiloquo orationis genere tegere, & rebus suis prodesse potuisset Itaque ingenuam fidei suæ expositionem ea in vocatione minus sibi integram fore intelligens: omnes ingenij neruos in schola sua instauranda, locupletanda & prouehenda intendit: vt publicæ vtilitatis amore, spreta corporis valetudine, eam exteris, diligentia & iuduſtria sua adeo cõmendaret: vt tum plurimi, relicta etiam Marpurgensi Academia ad Vulteium accurrerent. Vidisses barbatos pueris immixtos; ac patres quasi filiorum discipulos factos. Cuius rei insolentia illustrissimus princeps *Guilielmus*, Hassicæ Academiæ summus Mæcenas adductus, solenniter Vulteium scholæ illius Pædagogiarcham vocauit.

Aperit ludũ in patria.

VVigandus Orthius.

Vulteius ad Ecclesiasticum munus vocatur.

Industria eius in officio scholastico.

Marpurgum inuitatur.

Factum hoc est anno supra millesimum, quingentesimum, sexagesimo. Vocatus difficilioribus conditionibus operã suam redimi: *summam Pædagogii iurisdictionem libere sibi soli concedi: honestiori alii, qui eiusdem schola prouisores antea fuerant, & amplioris*

Accipit curtis conditionib.

Basilea Gertit Graecos auct. Iust. Vult. Et edit.

Miconij Concionatoris *Iohanni Oporino*, optime de Republica literaria merito, locat, vertendis nonnullis Græcis Scriptoribus, *Aeliano, Heraclide, & Polyæno*: quorum *primum*, studiorum nempe primitias, Iohanni Pinciero, *alterum* Christiano Pinciero vitrico, viro consulari & ordinis sui ornamento: *tertium* illustrissimis Hassiæ principibus Guilielmo & Ludouico dedicauit. Cum hæc præclara & amplissima eruditionis documenta prodirent, annum agebat Vulteius decimum octauum.

Ibi cum ad ingenij excellentiam vehemens accederet studium, & assidua in cognoscendis artibus & linguis exercitatio: tantam sibi gratiam apud omnium ordinum homines conciliabat; vt illius fama se Bucerorum & Sturmiorum animis non contineret, sed pernicibus alis ad exteros quoq; euolaret. Quæ faces à fama prælatæ ardens Vulteij studium summopere incenderunt, & ad maiora capessenda inflammarunt; vt nec sanctissimis hospitis sui Miconij sermocinationibus, nec magnis Oporini promissis, nec rara ciuium beneuolentia nec iucunda loci amœnitate diutius Basileæ detineri potuerit.

Basilea abit.

Relicta ergo Basilea anno supra millesimum quingentesimum quadragesimo octauo, Francofurti in nundinis autumnalibus, incidit in Iohannem Pincierum Socratem suum; cuius prudentissimis consilijs tanta studiorum fecerat incrementa. Cum ergo præclara, quæ diximus, ingenij monumenta, recens edita, ætatem Vulteij superarent; multosque in authoris amorem & admirationem inuitarent: author est illi Pincierus visendi regni Franciæ tum florentissimi: vt multiplici rerum cognitione instructior, ætate grauior, consilijs promptior, experientia prudentior, consuetudine humanior reuersus: patriam scientia augeret, grauitate honestaret, consilio & prudentia iuuaret, humanitate ad paria facienda inuitaret. Γαλῆ* τέχνη. Siquidem tantopere harum virtutum illecebris capiebatur Vulteius; vt omnibus superatis obstaculis abitum Francofurto quam celerrime maturaret.

**Id est, mustela pingue, subaudidas.*

Lutetiam proficiscitur.

Profectus itaque Coloniam, per Brabantiam & Flandriam itinere facto, *Lutetiam* Parisiorum venit; vbi cum *Ludouico Lauatero* Tigurino, graui & magni nominis Theologo, amicitiam contraxit; quam vterque deinde sancte coluit, scriptisq; conseruauit.

Inde Genevam.

Lutetia relicta per Heduorum & Celtarum fines *Genevam* redit visendi *Ioannis Caluini* causa, cuius tum fama nominisq; celebritas nõ solum Romanum Imperium, sed vniuersam Europam peragrauerat.

Et Lausannam.

Inde *Lausannam* petit: vbi tam diu subsistit; donec à parentibus post quã iter suum emensus esset, & votis Pincieri respondisset,

Inde auctiores facti & eleganter instituti ad Marpurgensem Academiam se transportant, quam tum magna cum laude diligentiæ iuuabat *M. Caspar. Rodolphi*, cui priuatim & publice vterq; operam dabat anno quadragesimoquarto. Cum ita mediocres progressus in studijs feciſſent: & *Iustus Vulteius* publicum primæ laureæ testimonium Marpurgi abstuliſſet: incredibili aliorum locorum & remotiorum regionum visendarum tenebatur cupiditate, nec quicquã sibi reliquum faciebat, cuius præsidio propositum suum prouehi & maturari posse cogitabat. Redierat tum Wetteras, relictis Galliæ & Celtarum finibus *Ioan. Pincierus*, vita & doctrina verus verbi Dei apud Wetteranos minister, & patriæ suæ Theologus facile princeps; qui honestissimo adolescentum desiderio victus, autor erat parentibus filiorum *Argentoratum* mittendorum, celeberrimam Romani Imperij ciuitatem: vbi tum inter alios florebant duo præclara literarum lumina, *Bucerus*, & *Ioan Sturmius*. Cum itaque sic res eorum votis responderet: incredibile dictu est, quanto ardore dies noctesq; ad studia incubuerint: vt & in præceptorũ suorum animos influerent, omniumque oculos in se conuerterent. Siquidem tam felices studiorum sensérant progressus, & tot doctissimorum virorum incorrupta & erudita suis vigilijs sibi conciliauerant iudicia; vt in publico examine munera honestissima eruditionis & virtutis testimonia (quæ non exigua laus in schola illa censetur) præ cæteris condiscipulis auferrent. Erat hoc anno supra 1546. Anno vero sequente, exorto bello inter Carolum V. Imp. & Protestantes: Vulteij abitum parabant inuitis Bucero & Sturmio. Quæ res tantopere cordi erat Bucero, vt Ioanni Pinciero literis significaret: quantopere sibi doleret, quod iniuria temporum tam præclara Vulteiorum ingenia è medio studiorum cursu reuocarentur. Postea mense Iulio eiusdem anni patria relicta Erfordiam petunt: vbi studia ita frigebant; vt mature se Lipsiam transferre coacti sint; liberaliter excepti à *Gottfrido Siboto*, Rhetoricæ professore. Inde Wittembergam contendunt: vt magnum illum *Philippum Melanchthonem*, de grauibus & arduis quæstionibus, vt solebat, accurate, copioseq; differentẽ, audirent. Cum vero fortissimus ille heros Mauritius, dux Sax. à Carolo Imp. instigatus, agrum Wittembergicum conscripto milite inuaderet & occuparet: vt præter omnem expectationem Martis furor non solum Musarum alumnos varijs fortunæ telis obijceret: sed & Germaniam germano eodemque illustriss. & fortiss. sanguine oppugnaret, tandemq; quatuor principũ imbueret cruore: cũ studiosi Wittẽberga fugientes alij alio cõmigrarent: ipsi *Tigurum*, qui est primarius Heluetiæ pagus, petiscuntur. Inde Ioan. Halã in conuallib. Oeni se cõfert: Iustus Basileã petit, suãq; operã in ædibus

Inde Marpurgum.

Ioan. Pincier.

Argentinam cum fratre mittitur.

Bello Germanico Erphordiam concedunt.

Inde VVittembergam.

Bello in Heluetiam pelluntur.

Miconij

1550. *Prouerbia, Historica* varij generis; *Appendix ad narrationem de vita Philippi*, & alij libri partim confecti, partim affecti.

Discipuli. Ex eius schola prodiere *G. Fabricius*, *I. Crato*, *I. Caselius*, *Simo Stenius*, *Greg. Bersmannus*, alijque plurimi; quorum nominibus Academiæ hodie assurgunt.

Insignia Camerariorum. Insignibus vsa est iam olim familia Camerariorum eiusmodi, qualia ipse alicubi his versibus describit:

Τοῦτο τριγωνωδῶν πατέρων ἄπο σῆμα κορωνῶν,
Τῶν Καμεραριαδῶν ἐστὶ Παβεργιέων.
Οὐ μὲν ἄγαν περίφημον, ἑοῖς γνωστὸν δὲ πολίταις,
Εἰς ἀριθμηθείσας τρεῖς τρὶς ἐτῶν γενεάς.
Ἵλαος σὺ δὲ Χριστ' ἐπὶ λοιπὰ τιθεὶς, ὅσα γ' ἔσται,
Αἰὲν ἔχοις πιστὸν τόνδε δόμον πελάτην.

Cornicum triquetræ sunt hæc insignia formæ,
Est Camerariadum quæ nota prisca domus.
Hic vbi adhuc Pabeperga suis stat nixa ruinis,
Cæsareasq; ægre quassa tuetur opes.
Non turpis nota, non opibus quanquam inclita; nouit
Annis sed centum ter prope quam patria.
At tu, Christe, voles quodcunq; adiungere tempus,
Quæso clientelæ seruiat omne tuæ.

Andreas Freihub Theolog. D. in orat. funebri; & Ieremias Sohnius in narrat. de vita Ioach. Camerarij.

IVSTVS VVLTEIVS.

Ω. 1575. die 31. Martii, ætat. 56.

VVettera oppidum. FVit *Iustus Vulteius* ex celebri Vulteiorum familia natus, in oppido *VVettera*, non tam loci amplitudine, quam fama doctissimorum virorum, quos paucis abhinc annis feliciter hinc inde disseminauit, celebri; Patre *Iohanne Vulteio*, ciue Reipublicæ amantissimo, matre vero *Mechtilda* matrona honestissima.

Ioan. Fænil. præceptor Vulteii Ioan. Vult. Cum vix è crepundijs prosiluisset; traditus fuit disciplinæ *I. Fænilii*, viri optimi, & omni laude digni: sub cuius auspicijs prima rudimenta cum fratre *I. Vulteio*, quondam Senatorij ordinis Marpurgi, viro primario iecit. Anno vero quadragesimo primo, supra mille quingentos, cum pestis necessitatem transferendi Pædagogij *Bidencapium* attulisset: eo se amore literarum, etiam inscijs parentibus, confert. Aperuerat tum ludum literarium non incelebrem *Dillenbergæ* in comitatu Illustrium & Generosorum Comitum Nassouiensium, *Ioan. Pistorius* cum *Ant. Burensi*. Quorum fama & industria inuitati parentes, filios Ioan. & Iustum Vulteios eo ad inchoata studia continuanda & augmentanda mittunt, anno quadragesimo secundo.

Dillenbergã mittitur Vulteius.

Inde

ſerebat: ita domi ſuæ, ſine oris tamen triſtitia, grauis erat, & liberis, quod aiunt, monoſyllabus. Veritatem ſpirabat ſemper, & ſuos ad eam adſpirare in omni vita cupiebat. A mendacio tantum aberat, vt ne iocoſum quidem ferre poſſet: omnibusq; ijs, quibus animi ſenſus ſub lingua potius, quam in lingua, inimicum ſe acerrimum & adſiduum aduerſarium profiteretur. In veſtitu oſor peregrinitatis, ſimplicis ſui & antiqui habitus nomine interdum ab amicis ridebatur. Opum congerendarum nunquam appetens, rei familiaris curam vniuerſam coniugi & liberis commendabat. Sordes nullo imperabat modo: quod ſi tamen domeſticos animaduerteret interdum non neceſſaria expetere, Socraticum hoc in ore habebat: *Diſce carere.* Amicitiam cum præcipuis viris ſuæ ætatis coluit, *Hieronymo Baumgartnero, Carolostio, Melanchthone, P. Victorio, Adriano Turnebo, Hieronymo Wolfio*, alijs. Vtque erat vir neceſſitudinis iura ſancte colens, ita non modico cum mœrore eorum, quibus ſuperuixit, amicorum affecerunt funera, præcipue fratris *Hieronymi*; quo cum ita ipſi lis nulla fuit: vt bona inter ſe paterna nunquam diuiſerint. In literis etiam ad filios ſcribendis tanta fuit cautione, vt exemplum ſemper retineret; adeoque non vni, ſed omnibus ſcribere videretur. *Amici.* *Cautio in literis.*

Studia nunquam remittebat, ne inter peregrinandum quidem; ſed quæ abſente bibliotheca vel inter vias, dum equitaret, vel de nocte animo concepiſſet, arrepto deinde calamo annotabat. Linguam Gallicam & Italicam iam ſenex attigit, & Hebraicam etiam deguſtauit. In Græca familiam duxit: in Latina ceſſit nemini. Hiſtoricos, poetas, oratores, medicos, Iuriſconſultos, Theologos Græcos & Latinos excuſſit. Sæpe in libellos ſcholaſticos, quibus ita omnia ingeruntur, vt diligentiæ priuatæ nihil relinquatur, & veternum diſcentium eſt inuectus grauiter, eorumque oſcitantiam his verbis perſtrinxit: *ſi omnia eruditione in lacte tepido vna vice infundi poſſet: vix adoleſcentes tantiſper exſpectaturos, dum quis infunderet.* Docuit Latine loqui *Herodotum, Demoſthenem, Xenophontem, Euclidem, Homerum, Theocritum, Sophoclem, Lucianum, Theodoretum, Nicephorum, Gregorium Nyſſenum.* Edidit *catalogum Epiſcoporum* in præcipuis Eccleſijs: *Graecas epiſtolas* ſelectiores, *Elegias ὁδιπορικὰς, epigrammata Graeca veterum poetarum, Lexicon magnum Phauorini.* Commentatus eſt etiam *in Plautum* Lutetia teſte ita docte: vt Satyrico Mureti dente nihil fuerit opus. Sapientiſſime quoque *Vitam Melanchthonis & Eoboni Heſſi* deſcripſit: & adiunctis eorum epiſtolis, cum poſteritate communicauit, & alia complura, vt ex bibliothecis patet. Sunt & eius *ἀνέκδοτα* adhuc apud heredes *Antimuranianae Ciceronis, Commentarij in Procli Sphaeram; Decennalis hiſtoria Germaniae* ab anno 1550. *Studia & doctrina.* *Scripta edita.* *Nondum edita.*

Wirtembergicus princeps *Christophorus* eundem repetebat: Lipsenses pulcro certamine suum esse confirmabant. Quin & ad aulam Augustam nomen eius peruenit: & *Maximilianus* II. Cæsar Camerarium, anno sexagesimo octauo Viennam Austriæ † euocatum, de doctrina Ecclesiæ, & rituum sacrorum cum Saxonicis ineunda conformitate clementer audiuit: & re sua bene functum domum non sine fauoris argumento dimisit.

Ce-
ust-

rorũ
; ..ste.
Vxor Came-
r mori-
..

Anno septuagesimo tertio die decima quinta Iulii in viuis esse desijt charissima ipsi coniux: à cuius obitu cum in singulos dies nouæ emergerent curæ, facta etiã est cum annis deterior valetudo. Fuerat illa quidem ante sæpius tentata, primum ἐλκώσει tibiæ sinistræ, postea febribus: profectiore ætate crebra oculorum epiphora, cumque annum excessisset quinquagesimum secundum nephritide: verum hoc tempore nescio quæ δυσπεψία vigorem omnem euicit, profligauit, prostrauit. Septimo & decimo ante obitum, die filio dixit: *Facultas naturalis plane apud me periit: animalis, DEI munere & concessu, satis est integra; vitalis vsque perseuerabit, quoad eidem videbitur.* Quinto die post sua manu nos tanquam cygnæos versus in charta exarauit;

Valetudo Cam.
Morbus vltimus.
Verba Cam. in eo.
Et versus cygnei.

Morte nihil tempestiua esse optatius aiunt:
Sed tempestiuam quis putet esse suam?
Qui putat, ille sapit. Namque vt fatalia vitæ,
Sic & quisque suæ tempora mortis habet.

Quamuis autem sensibus tam internis, quam externis integritas constaret sua, nec debilitas viriuin quicquam memoriæ fraudi esset; δυσπεψία tamen illa ad extremum vsque remansit. Cuius cum de causa varie disputaretur, & alijs vesicæ exulcerationem, alijs lapidem esse putantibus; neque instrumento per Chirurgum hoc explorari, neque à morte corpus aperiri voluit. In morbo sæpe à suis petijt; vt sine omni pompa funus suum efferretur; idque ipsum supremis etiam tabulis cauit. Tandem deplorata prorsus valetudine die *decimo septimo* Aprilis, anni septuagesimi quarti, mortalibus vale non inuitus dixit. Elatum est eius corpus Academiæ humeris, quæ frequens mutata veste ad decorandum funus processerat.

Moritur Cam.
Funus.

Corporis species fuit ei egregia, & vere magnum magni hospitis hospitium. Vires, quæ à Martiali inter ea commemorantur,

Prosopographia.

Quæ vitam faciunt beatiorem;

Equestri studuit exercitio inprimis conseruare. In colloquiis sæpe negauit, se quamuis aliquoties debilitatum; vnquã tamẽ sensisse, quæ illa molesta πάθη apud Galenum esset. Sermones quos Græci βιωφελῆς vocant, vt in cõuiuijs amicorũ cũ ingenio

Mores.

ferebat

Ioannes Philoponus Grammaticus Alexandrinus, qui Christianus fuit, & contra Aristotelem scripsit, & contra Proclum, & contra Gregorium Nyssenum, & contra Iulianum Imperatorem, & contra Damascium Philosophum. Ioannes Damascius Syrus, successor Isidori Philosophi, qui Platonicus fuit, & contra Aristotelem scripsit, & contra Philoponum, & contra Simplicium, & contra Ammonium Hermiæ filium, & contra Olympiodorum, & contra Asclepium Tralliensem, & contra Ioannem Alexandrinum, & contra Ioannem Philoponum. Simplicius Cilix, successor Ammonii Hermiæ filii, qui Platonicus fuit, & contra Aristotelem scripsit, & contra Philoponum, & contra Damascium, & contra Ioannem Alexandrinum, & contra Ioannem Philoponum. Ammonius Hermiæ filius, successor Proclinus, qui Platonicus fuit, & contra Aristotelem scripsit, & contra Philoponum, & contra Simplicium, & contra Damascium, & contra Ioannem Alexandrinum, & contra Ioannem Philoponum. Olympiodorus Alexandrinus, successor Ammonii Hermiæ filii, qui Platonicus fuit, & contra Aristotelem scripsit, & contra Philoponum, & contra Simplicium, & contra Damascium, & contra Ioannem Alexandrinum, & contra Ioannem Philoponum. Asclepius Tralliensis, successor Ammonii Hermiæ filii, qui Platonicus fuit, & contra Aristotelem scripsit, & contra Philoponum, & contra Simplicium, & contra Damascium, & contra Ioannem Alexandrinum, & contra Ioannem Philoponum. Ioannes Alexandrinus, successor Ammonii Hermiæ filii, qui Platonicus fuit, & contra Aristotelem scripsit, & contra Philoponum, & contra Simplicium, & contra Damascium, & contra Ioannem Philoponum. Ioannes Philoponus Grammaticus Alexandrinus, qui Christianus fuit, & contra Aristotelem scripsit, & contra Proclum, & contra Gregorium Nyssenum, & contra Iulianum Imperatorem, & contra Damascium Philosophum.

Melanchth. rum cura.

mus *Melanchthon*: quamque acerbas profuderit lacrymas, triſtiſſimum Eccleſiæ miſeranis ſtatum. Facile item conijci poterat, quãuis modeſtiſſime de rebus illis loqueretur: ipſius quoq; conſilio & opera tum Melanchthonem vſum fuiſſe.

Ad officium Senat. Scribæ inuitatur. Renuit.

Ex illo negociorum æſtu quietius viuentem anno trigeſimo quarto, ad ſcribæ ſenatorij honores ſenatus Noricus vocauit: quod officium quamuis ad vitæ cõmoditates plurimas duceret permagnum: tamen Euripidi auſculrans, *πᾶν σύνθεφον γλυκύ*, in ſcholis ſe manſurum, vitamq; illam, vt poeta ait, vere vitalem victurum, reſpondit. Cum vero non ſolum ob ingenii præſtantiã & doctrinã, ſed etiã ſapientiã & virtutẽ, iam paſſim nomen illius celebre eſſet: illuſtriſſ. princeps Wirtembergicus *Vlricus*, recuperata armis ditione, Tubingam literis amantiſſimis, ad vinciẽda ea ſanis legibus, quæ dilapſa fluxiſſent in Academia illa, eum euocauit. Amplius luſtrum ibi cum vixiſſet, ſcholamq; iacentem feliciter erexiſſet, ſcriptis etiam, ac inprimis *Rhetoricarum exercitationum elementis* editis, multũ ad celebritatẽ nominis illius adiunxiſſet; anno quadrageſimo primo ab illuſtriſ. Saxoniæ ducibus *Henrico* patre primũ, deinde *Mauritio* filio arceſſitus, Lipſenſis Academiæ inſtaurandæ negotiũ in ſe recepit. Ea autẽ forma Academiæ illi à Camerario ſcripta fuit, cum à nemine fere alio, quam à *Caſparo Bornero* Theologo & viro optimo iuuaretur: cuius illam nequaquã debeat pœnitere. Nec ſolum nouis tum ſchola ea legibus conformata fuit; ſed etiam magna acceſſione annuorũ redituum, munificentia *Mauricii & Auguſti* fratrum ducum Saxoniæ aucta & amplificata: Idque opera potiſſimũ & interceſſione Camerarij, qui & principibus & præcipuis in illorum aula viris erat chariſſimus. Communitatẽ certe, quam vocant, ſtudij bonarum artiũ, ſuis conſilijs, autoritate & opera, non ſolum cũ Decani fungeretur officio, ſed & alias, plurimum ornauit. Faſces etiam aliquoties Academiæ gerens, *πρῶτος καὶ νικηχῶς* tempori egit negocium, & integritatis ac prudentiæ laudem ab optimis quibuſq; tulit.

Inde Lipſiã.

Academiam ibi format & ornat.

Bellum Germanicum.

Poſtea cum mortuo Luthero, bellum atrox & funeſtum in Germania exarſiſſet: in eo cũ multa acerba Camerario acciderunt; tum etiã rebus ipſius priuatis, Saxone Electore Lipſiam obſidente, damnũ haud leue datum: quod tamẽ omne fortiter ſapienterq; tulit; & ne incõmodum quidem interpretatus eſt. Vt autẽ à bello aliquo cõcederet ipſe, omnia ſecum bona ferens aliquandiu ad * *Georgium* Aſcanium principem; inde Norinbergam ad amicos, & Herbipolin ad equeſtris ordinis virum, *Danielem Stibarum à Rabeneck*, varia & iniucunda peregrinatione diuertit. Tandem perfuncta Saxonia miſero illo fatalique bello, *Lipſiam*, vt eſſet idem qui fuiſſet, ſub finem anni quadrageſimi ſeptimi cum alijs remeauit.

** Hic Camerarium ſemper plurimi fecit, & condiſcipulum ſuum appellauit.*

Camer. ſolũ Gerit.

Lipſiã redit.

Anno

Operas itaque scholasticas anno Christi *vicesimo sexto* cum collegis inchoauit: statimque singularem ipse laudem, auditores vero, de quorum numero nonnulli etiam ex Senatorio ordine fuerunt, maximum senserunt fructum. Eodem anno secuta sunt comitia Spirensia: vbi cum principes & ordines Imperij legationem amplissimam ad *Carolum* V. in Hispanijs tunc agentem, decreuissent; delectus fuit ad eam *Albertus Comes Mansfeldensis*, adiuncto eidem Latino interprete Camerario. Verum simulac Eslingam, vbi absoluenda erat legatio, venissent; tota conuersa res est; nec visum, coniugio tum operam dantem Imperatorem missis legatis interpellare.

Legatio ad Carolum V. instituta, omittitur.

Illa ex reuersione, cum spes de visenda Hispania, omnis euanuisset, ducendæ vxoris consilium inire cepit. Anno igitur *vigesimo septimo* in matrimonium duxit lectissimam virginem *Annam*, ex antiqua & nobili familia *Truchsessiorum à Grünsperg*; cum qua ipsos quadraginta sex annos amantissime & pacatissime vixit, nouenorum liberorum pater; quos omnes ad firmatam vsque ætatem eduxit. *Filiæ quatuor* fuerunt, quarum primam *Esromo Rudigero*, cui viro in omni laude laus hæc maxima danda, quod socer eum scriptorum suorum censorem statuerit, alteram *Ioanni Humelio*, Mathematico excellenti; quartam *Casparo Iungermanno*, I.C. Lipsensi despondit; tertia virgo decessit. *Quinque* itidem fuere *filii*: *Ioannes* primum, qui illustrissimo Borussiæ duci à consilijs cum esset, vxoribus binis prænobilibus ordine ductis, Regiomonti in complexu liberorum vitam clausit. Deinde *Ioachimus* medicus: post hunc *Philippus*, clarus iurisprudentiæ Doctor, & reipub. Noricæ à consilijs, quem nefandæ Inquisitionis vinculis Romæ irretitum, Imperator & Bauariæ Dux Albertus liberarunt. Ab eo *Ludouicus* medica laude per Italiam & Galliam florentissimus: natu denique minimus *Godefridus*, illustriss. principi Richardo Comiti Palatino aliquandiu vtiliter inseruiuit. Verum, vt fieri in rebus humanis adsolet, gaudium illud solidum non fuit. Nam eo ipso, quo vxorem duxit, anno, & ipse graui cum morbo cõflictatus est, & præter patris obitum, tristis fratris casus dolorem ei attulit longe maximum.

Vxorem duxit Camerarius.

Coniugium eius felix & fœcundum.

Filiæ.

Filii.

Celebrata sunt deinde anno trigesimo *comitia Augustana*: in quibus præcipue suscepta deliberatio fuit, de recte constituenda religione, & concordia inter dissentientes Ecclesiæ doctores sancienda. Cumque eo præter ipsum Augustum Cæsarem Carolum V. Electores item & Imperij principes, multi absentium legati accederent: quidam etiam à Repub. Noribergensi missi sunt cum mandatis: quibus & Camerarius adiunctus fuit; vt suis consilijs præsto illis esset. Sæpe autem solitus fuit narrare, quantos tunc labores, & quæ pericula sustinuerit optimus

Comitia Augustana ann. 1530.

Eo cum aliis mittitur Camer.

Eodem anno celebritate nominis *Lutheri & Philippi* inuitatus menſe Auguſto, Erphordia iam diſſidijs & tumultuatione quatefacta, & peſtilentiæ lue infecta, *Wittembergam* ſe contulit. Hic quotquot de ingenijs aliquid poterant judicare, amore ipſum complecti, præcipue vero *Melanchthon*, cui iam antea innotuerat Camerarius, quod Cicero olim Atticum, id ipſe Camerarium ſibi exiſtimare: eoque ſic ſequentibus vitæ annis vti, vt nec familiarius vllo, nec lubentius. Eadem facilitate anno ætatis vigeſimo quarto aditum ſibi ad *Eraſmi* notiam patefecit & munijt: de qua ipſe in commentarijs ſuper Tuſculanarum quæſtionum librum primum. Eo in itinere cum Lipſiæ præceptorem Moſellanum, iam in extremis agentem, ante conueniſſet: non ſine dolore morientis ſupreina verba excepit.

Wittembergam ſe confert.

Amicitia Camerarii cum Melanchthone.

Et cum Eraſmo.

Bellum ruſticanum 1525.

Secutus eſt annus inundatione quadam vt ipſe Camerarius alicubi, & eluuie ſeditionum omni Germaniæ pene fatalis. Coorta enim ſeditione ruſtica; multæ regiones & vrbes grauiter afflictæ & vexatæ; multi facultatibus omnibus exuti; multa hominum omnis ſexus, conditionis, & ætatis millia crudeliter trucidata fuerunt. Ea in confuſione rerũ, donec turbæ ſileſcerent, in Boruſſiam ei cum *Iacob Faxio*, equeſtris ordinis Franco, excurrere viſum fuit. Qua in peregrinatione, vbicunq; aliquantulũ ſubſtitit diu latere non potuit: & certatim ipſi cũ a viris doctis, & in dignitate conſtitutis, tum etiam à ſummis Principibus, maximi fuerunt habiti honores, & opera eius à pluribus expetita.

Secedit in Boruſſiam Cam.

Interim Senatus Noricus de eximio ſua in vrbe Gymnaſio conſtituendo ceperat cogitare, hocq; nomine Melanchthonẽ, qui bonitate vellet, ſapientia ſciret ordinare ſcholas, ad ſe literis peramanter ſcriptis inuitarat. Hic non poterat non in mentem venire ei Camerarij, commodam è Boruſſia reuerſi: qui & vrbi honori eſſe, & Græcarum literarum Latinæq; linguæ ornamenta diſcentibus recte aperire poſſet. Neque hic tam honeſtam renuit prouinciã, eoque magis, quod collegis optimis, *Eobano Heſſo*, *Michaele Rotingo*, *& Io. Schonero* Mathematico, faciliorem quaſi decurſum ſui muneris ſperabat. Accidit forte tũ, vt aduenientem domus ampliſſimi viri *Bilibaldi Pirckhaimeri* quaſi dextra totius ciuitatis exciperet: inuitatiſq; plurib amicis, vt fit, inter conuiuatorẽ & conuiuã *Albertum Durerũ* de Euchariſtia oriretur ſermo. Adſedit Melanchthon auditor; quædam interdũ adſpergens: cum Pirckaimerus, altero argumentis ſuperante, ſarcaſtice, *ô Alberte*, erumpit, *hæc pingi ita nõ poſſunt; nec ita, mox* ille, *vt dignitas veſtra putat, poſſunt fingi.* Quod eo commemoratur, quod ex his initijs Camerarius amare cepit Durerum; amorque iſte ita ipſi in horas creuit; vt tota vita amiciſſimi inter ſe fuerint.

Euocatur Norinbergã.

Collegæ eius ibidem.

Pirckeimeri cum Durero ſuper Euchariſtia colloquium.

Ope-

nosset. Vidit ille statim pueri indolem, & vt se præceptorem non minus, quam ipsa studia amaret, ante omnia in ipsum parentis animum sumsit, recipiens in eorum locum se successurum, à quibus sibi commendatus esset. Quæ præceptoris non dissoluta comitas Camerario multum sane contulit, lætoque semper in scholæ cætum venienti, quod charissimum se sciret, prompte omnia discendo procedebant.

Non annus intercesserat, cum primam in philosophia laurum mense Septembri adeptus, sub alijs professoribus, *Ioanne Metzlero, & Richardo Croco*, ita in Græcis Latinisque omnium spes anteibat: vt Croco sonticis causis impedito, iam tum prætextatus * vicariam sępe operam in interpretandis autoribus Græcis præstaret. Magna erat tum Græcorum voluminũ penuria, enatisque primum in Germania literis, *Homerum* aut *Herodotum*, aliosue Graij oris autores habuisse & volutasse; magnum erat. Quare illorum non exiguam cum partem sua descripsisset manu, mirum quam de prima *Herodoti* editione *Aldina*, velut Pactoli aut Tagi opibus, sibi fuerit gratulatus: adeo quidem, vt in Panico ciuium aduersum studiosos tumultu, de reliquo parum anxius, vnum suum Herodotum sub veste teneret: è quo scriptore sæpius percurso Græca postmodum addidicit.

Prima philosoph laurũ ornatur.

** Anno ætat. & quinti seculi decimo sexto supra mille.*

Græcorum autorum penuria.

Herodotum magni facit Camer.

Anno sequente *decimo septimo*, Socrati apud Xenophontem subscribens, qui *aures canales* esse *sapientiæ* scite dixit; doctissimi & optimi viri, * *Petri Mosellani* fuit auditor adsiduus & diligens: facile vt tum appareret, breui eum ipsis præceptoribus in omni scientiarum ac linguarum cognitione superiorem futurum. Fuit autem annus, quo audire Mosellanum cepit, is quo & *Ioannes Tecelius* indulgentiarum nundinator in Germaniam venit. Is cum Lipsiæ in æde Paulina pro concione merces suas impudenter laudasset: auditis monachi ampullis, Camerarius, Helto surgente & secum abire iubente, templo est egressus: quod nugas vanissimas amplius audiendo tolerare neuter posset.

Audit P. Mosellanum.

** Richardi Croci docendis literis Græcis successoris.*

Io. Tecelius.

Non ita multo post, annos natus octodecim, *Erphordiam* venit, cum *Lipsiæ* vixisset annis quinque. Ibi magnus optimorum adolescentum ad eum factus est concursus; omnesque ipsum beneuolentia complexi sunt singulari: inprimis cum *Eobano Hesso*, elegante poeta, constantis amicitiæ fundamenta iecit, & deinde officijs plurimis stabiliuit. Mansit ea in vrbe ad annum vsq; & seculi & ætatis *vicesimũ primum*: quo cum *Georgio Sturciade*, iuuene politissimo, designatus, & mox renunciatus decimus nonus secundo loco Magister optimarũ artiũ, declarante iudiciũ de ipsis eorũ, qui suffragia tulerãt; *Eobano Hesso* qui tum luculentã habuit orationẽ, vt fert mos Academiarum.

Erphordiam venit Cam.

Amicitiam cum Eobano init.

Ibid. magisterii honoribus augetur.

Deo, Christo, amore & desiderio suo, angelis & omnibus electis æuum agit. Facta autem hæc beata eius migratio anno salutis reparatæ supra *millesimum quingentesimum septuagesimo primo*, mense * Iulio: ætatis vero eius *quinquagesimo sexto*, climacterico. Distichon hoc de se viuus ipse composuit:

Fabricius studuit bene de pietate mereri:
Sed quicquid potuit, gloria, Christe, tua est.

Item hoc: Σοὶ χάριν οἶδα θεῷ ἐυσπλάγχνῳ, ὃς μ' ἐδίδαξας
Ἐν βιοτῇ τε θανεῖν, ἐν θανάτῳ δὲ βιοῦν.

Quæ præter supra nominata in lucem dederit: ea indicant nominatim bibliothecæ. *Ex oratione Matthæi Dresseri de Fabricio, quæ inserta est illius Rhetoricæ.*

* *d. 13. Iulij. Distichon quod de se cōposuit Fabricius.*

IOACHIMVS CAMERARIVS.

Ω. 1574. die 17. April. ætat. 74.

CVM alij quorum hactenus vitas circumscripte persecuti sumus, literas optimasque artes, decoquenti Græciæ, ac dormitanti Italiæ, Italo * magno confitente, abstulerint: tum primipilus hoc in certamine fuit *Ioachimus* hic *Camerarius*, Græcæ & Latinæ linguæ perinde peritus, *æternumq; non solum Germaniæ*; * *sed totius Europæ ornamentum & decus*. Hunc *Pabeperga*, vetusta & celebris Franciæ orientalis vrbs protulit, anno Christi supra *millesimum quingentesimo*, die *duodecima* Aprilis. Patrem habuit *Ioannem*, patritium ac senatorem patriæ, virum dignitatis & fortunæ nequaquam cōtemnendæ: qui nullo medicamento, nulla venæ sectione vsus, annum ætatis octuagesimum secundum impleuit. Mater *Martha*, ex *Weceliorum* familia Sueinfurtensi, præter filias quatuor, tres filios, *Hieronymum*, trium principum postea cancellarium, hunc *Ioachimum & Iosephum*, Budæ functum vita, genuit. Cognomen *Camerariorum* (vulgo Cammermeister) senescente altero gentilitio auitoq; *Liebhardorum*, temporibus Henrici Claudi, à publico aulæ officio, adhæsit.

His parentibus ortus, ludum literarium primum in patria ad annum ætatis *tredecimum*, frequentauit, magistrū nactus, pro ratione illorum temporum, satis doctum & fidelē. Is cum aperte eum doctiorem discipulum profiteretur; quam vt suæ aliquę partes amplius in docendo esse possent: læta tam ingenuo omine mater, filium ipsa, anno decimo tertio mense Aprili, Lipsiam ad *Georgium Heltum Vorchemium*, deduxit. Habebatur hic iudicio omnium iuuenilis ætatis moderator bonus, diligens, doctus, qui & sapientia regere discipulos, instruereque doctrina, & cum exemplo eosdem monere, tum corripere disciplina nosset.

* *Paulo Iouio in elogiis sub finem.*
* *Turnebi de Camerario iudicium.*
Pabeperga patria Camerarii.
Pater.
* *Ω. anno 1527. ingenti sui desiderio relicto.*
Mater.
Fratres & sorores.
Cognomen Camerariorum vnde.
Educatio & institutio pueritiæ.
Lipsiam mittitur & Georg. Helto cōmendatur

disset; auocatus in patriam redijt. Reuerso parentes despondent matronam honestissimam, Catharinam Fettiam, cum qua diuinam benedictionem in tribus filijs & vnica filia susceptis, opibusque accumulatis abunde sensit. Cum hac ratione Vulteium patria postliminij iure recepisset, & valido vinculo constrinxisset: in hoc incumbebat, vt ei de aperiendo ludo literario, de cuius multiplici vsu tum multa auditione acceperat, non ita experta erat, persuaderet. *Reuersus vxorem ducit.*

Vulteius, qui multis nominibus se patriæ obstrictum agnoscebat, facile in memoriam redit diuini edicti: vt ne talentum sibi creditum defoderet; sed maiori cum fœnore illud redderet. Itaque patriæ paret; ludumque literarium magno cum applausu Weteris aperit: Rhetoricam & Dialecticam à se conscriptam, fideliter tradit: trium linguarum cognitionem feliciter introducit: Hebræam docet Pincierus, ipse Latina cum Græcis ita coniungit: vt discipuli ex illa schola progressi, *Græci* salutarentur. Prodierunt inde tum alij permulti literis eleganter imbuti, tum qui instar multorum sit, *VVigandus Orthius* vir doctissimus, professorque Marpurgensi in schola celeberrimus, immatura nimis morte extinctus. Hoc in labore dum occupatur Vulteius, *Adamus Vigetius* Hassiæ superioris Episcopus, cum nihil tale cogitantẽ, solum dignum iudicauit, quem Pinciero in munere Concionatorio adiungeret. Cum vero ab eo expressam fidei suæ confessionem, vt par est, peteret: atque Vulteius attentius rimando & diligentius examinando quædam rectius, quam ante intelligere inciperet: ingenueque omnia pro suo candore ad M. Adamum perscriberet: displicuit eius sententia & insperata illa vocatio resedit, cum tamen dissimulationis integumentis, vt bona pars solet, operire, ambiguoque & flexiloquo orationis genere tegere, & rebus suis prodesse potuisset Itaque ingenuam fidei suæ expositionem ea in vocatione minus sibi integram fore intelligens: omnes ingenij neruos in schola sua instauranda, locupletanda & prouehenda intendit: vt publicæ vtilitatis amore, spreta corporis valetudine, eam exteris, diligentia & iuduſtria sua adeo cõmendaret: vt tum plurimi, relicta etiam Marpurgensi Academia ad Vulteium accurrerent. Vidisses barbatos pueris immixtos; ac patres quasi filiorum discipulos factos. Cuius rei insolentia illustrissimus princeps *Guilielmus*, Hassicæ Academiæ summus Mæcenas adductus, solenniter Vulteium scholæ illius Pædagogiarcham vocauit. *Aperit ludũ in patria.* *VVigandus Orthius.* *Vulteius ad Ecclesiasticum munus vocatur.* *Industria eius in officio scholastico.* *Marpurgum inuitatur.*

Factum hoc est anno supra millesimum, quingentesimum, sexagesimo. Vocatus difficilioribus conditionibus operã suam redimi: *summam Pædagogii iurisdictionem libere sibi soli concedi: honestiori alii, qui eiusdem schola prouisores antea fuerant, & amplio-* *Accipit certis conditionib.*

Basileæ vertit Græcos auct. Iust. Vult. Et edit.

Miconij Concionatoris *Iohanni Oporino*, optime de Republica literaria merito, locat, vertendis nonnullis Græcis Scriptoribus, *Aeliano, Heraclide, & Polyæno*: quorum *primum*, studiorum nempe primitias, Iohanni Pinciero, *alterum* Christiano Pinciero vitrico, viro consulari & ordinis sui ornamento: *tertium* illustrissimis Hassiæ principibus Guilielmo & Ludouico dedicauit. Cum hæc præclara & amplissima eruditionis documenta prodirent, annum agebat Vulteius decimum octauum.

Ibi cum ad ingenij excellentiam vehemens accederet studium, & assidua in cognoscendis artibus & linguis exercitatio: tantam sibi gratiam apud omnium ordinum homines conciliabat; vt illius fama se Bucerorum & Sturmiorum animis non contineret, sed pernicibus alis ad exteros quoq; euolaret. Quæ faces à fama prælatæ ardens Vulteij studium summopere incenderunt, & ad maiora capessenda inflammarunt; vt nec sanctissimis hospitis sui Miconij sermocinationibus, nec magnis Oporini promissis, nec rara ciuium beneuolentia nec iucunda loci amœnitate diutius Basileæ detineri potuerit.

Basilea abit.

Relicta ergo Basilea anno supra millesimum quingentesimum quadragesimo octauo, Francofurti in nundinis autumnalibus, incidit in Iohannem Pincierum Socratem suum; cuius prudentissimis consilijs tanta studiorum fecerat incrementa. Cum ergo præclara, quæ diximus, ingenij monumenta recens edita, ætatem Vulteij superarent; multosque in authoris amorem & admirationem inuitarent: author est illi Pincierus visendi regni Franciæ tum florentissimi: vt multiplici rerum cognitione instructior, ætate grauior, consilijs promptior, experientia prudentior, consuetudine humanior reuersus: patriam scientia augeret, grauitate honestaret, consilio & prudentia iuuaret, humanitate ad paria facienda inuitaret. Γαλῆ* στέαρ. Siquidem tantopere harum virtutum illecebris capiebatur Vulteius; vt omnibus superatis obstaculis abitum Francofurto quam celerrime maturaret.

** Id est, mustelæ pingue, subaudidas.*

Lutetiam proficiscitur.

Profectus itaque Coloniam, per Brabantiam & Flandriam itinere facto, *Lutetiam* Parisiorum venit; vbi cum *Ludouico Lauatero* Tigurino, graui & magni nominis Theologo, amicitiam contraxit; quam vterque deinde sancte coluit, scriptisq; conseruauit.

Inde Geneuam.

Lutetia relicta per Heduorum & Celtarum fines *Geneuam* redit visendi *Ioannis Caluin* causa, cuius tum fama nominisq; celebritas nõ solum Romanum Imperium, sed vniuersam Europam peragrauerat.

Et Lausannam.

Inde *Lausannam* petit: vbi tam diu subsistit; donec à parentibus postquã iter suum emensus esset, & votis Pincieri respondisset,

Inde auctiores facti & eleganter instituti ad Marpurgensem Academiam se transportant, quam tum magna cum laude diligentiæ iuuabat *M. Caspar. Rodolphi*, cui priuatim & publice vterq; operam dabat anno quadragesimoquarto. Cum ita mediocres progressus in studijs fecissent: & *Iustus Vulteius* publicum primæ laureæ testimonium Marpurgi abstulisset: incredibili aliorum locorum & remotiorum regionum visendarum tenebatur cupiditate, nec quicquã sibi reliquum faciebat, cuius præsidio propositum suum prouehi & maturari posse cogitabat. Redierat tum Wetteras, relictis Galliæ & Celtarum finibus *Ioan. Pinciers*, vita & doctrina verus verbi Dei apud Wetteranos minister, & patriæ suæ Theologus facile princeps; qui honestissimo adolescentum desiderio victus, autor erat parentibus filiorum *Argentoratum* mittendorum, celeberrimam Romani Imperij ciuitatem: vbi tum inter alios florebant duo præclara literarum lumina, *Bucerus*, & *Ioan Sturmius*. Cum itaque sic res eorum votis responderet: incredibile dictu est, quanto ardore dies noctesq; ad studia incubuerint: vt & in præceptorũ suorum animos influerent, omniumque oculos in se conuerterent. Siquidem tam felices studiorum senserant progressus, & tot doctissimorum virorum incorrupta & erudita suis vigilijs sibi conciliauerant iudicia; vt in publico examine munera honestissima eruditionis & virtutis testimonia (quæ non exigua laus in schola illa censetur) præ cæteris condiscipulis auferrent. Erat hoc anno supra 1546. Anno vero sequente, exorto bello inter Carolum V. Imp. & Protestantes: Vulteij abitum parabant inuitis Bucero & Sturmio. Quæ res tantopere cordi erat Bucero, vt Ioanni Pinciero literis significaret: quantopere sibi doleret, quod iniuria temporum tam præclara Vulteiorum ingenia è medio studiorum cursu reuocarentur. Postea mense Iulio eiusdem anni patria relicta Erfordiam petunt: vbi studia ita frigebant; vt mature se Lipsiam transferre coacti sint; liberaliter excepti à *Gottfrido Siboto*, Rhetoricæ professore. Inde Wittembergam contendunt: vt magnum illum *Philippum Melanchthonem*, de grauibus & arduis quæstionibus, vt solebat, accurate, copioseq; differentẽ, audirent. Cum vero fortissimus ille heros Mauritius, dux Sax. à Carolo Imp. instigatus, agrum Wittembergicum conscripto milite inuaderet & occuparet: vt præter omnem expectationem Martis furor non solum Musarum alumnos varijs fortunæ telis obijceret: sed & Germaniam germano eodemque illustriss. & fortiss. sanguine oppugnaret, tandemq; quatuor principũ imbueret cruore: cũ studiosi Wittẽberga fugientes alij alio cõmigrarent: ipsi *Tigurum*, qui est primarius Heluetiæ pagus, petiscuntur. Inde Ioan. Halã in conuallib. Oeni se cõfert: Iustus Basileã petit, suãq; operã in ædibus

Inde Marpurgum.

Ioan. Pinciet.

Argentinam cum fratre mittitur.

Bello Germanico Erphordiam concedunt.

Inde VVittembergam.

Bello in Heluetiam pelluntur.

Miconij

1550. *Prouerbia, Historica* varij generis; *Appendix ad narrationem de vita Philippi*, & alij libri partim confecti, partim affecti.

Discipuli. Ex eius schola prodiere *G. Fabricius*, *I. Crato*, *I. Caselius*, *Simo Stenius*, *Greg. Bersmannus*, alijque plurimi: quorum nominibus Academiæ hodie assurgunt.

Insignia Camerariorum. Insignibus vsa est iam olim familia Camerariorum eiusmodi, qualia ipse alicubi his versibus describit:

Τοῦτο τριγωνωδῶν πατέρων ἄπο σῆμα κορωνῶν,
Τῶν Καμεραριαδῶν ἐστὶ Παβεργιέων.
Οὐ μὲν ἄγαν περίφημον, ἑοῖς γνωστὸν δὲ πολίταις,
Εἰς ἀριθμηθείσας τρεῖς τρὶς ἐτῶν γενεάς.
Ἵλαος σὺ δὲ Χριστ' ἐπὶ λοιπὰ τιθεὶς, ὅσα γ' ἔσται,
Αἰὲν ἔχοις πιστὸν τόνδε δόμον πελάτην.

Cornicum triquetræ sunt hæc insignia formæ,
Est Camerariadum quæ nota prisca domus.
Hic vbi adhuc Pabeperga suis stat nixa ruinis,
Cæsareasq; ægre quassa tuetur opes.
Non turpis nota, non opibus quanquam inclita; nouit
Annis sed centum ter prope quam patria.
At tu, Christe, voles quodcunq; adiungere tempus,
Quæso clientelæ seruiat omne tuæ.

Andreas Freihub Theolog. D. in orat. funebri; & Ieremias Sohnius in narrat. de vita Ioach. Camerarij.

IVSTVS VVLTEIVS.

Ω. 1575. die 31. Martii, ætat 56.

VVettera oppidum. FVit *Iustus Vulteius* ex celebri Vulteiorum familia natus, in oppido *VVettera*, non tam loci amplitudine, quam fama doctissimorum virorum, quos paucis abhinc annis feliciter hinc indemisseminauit, celebri; Patre *Iohanne Vulteio*, ciue Reipublicæ amantissimo, matre vero *Mechtilda* matrona honestissima.

Ioan. Fænil. præceptor Vulteii Ioan. Vult. Cum vix è crepundijs prosiluisset; traditus fuit disciplinæ *I. Fænilii*, viri optimi, & omni laude digni: sub cuius auspicijs prima rudimenta cum fratre *I. Vulteio*, quondam Senatorij ordinis Marpurgi, viro primario iecit. Anno vero quadragesimo primo, supra mille quingentos, cum pestis necessitatem transferendi Pædagogij *Bidencapium* attulisset: eo se amore literarum, etiam inscijs parentibus, confert. Aperuerat tum ludum literarium non incelebrem *Dillenbergæ* in comitatu Illustrium & Generosorum Comitum Nassouiensium, *Ioan. Pistorius* cum *Ant. Burensi*. Quorum fama & industria inuitati parentes, filios Ioan. & Iustum Vulteios eo ad inchoata studia continuanda & augmentanda mittunt, anno quadragesimo secundo.

Dillenbergã mittitur Vulteius.

Inde

ſerebat: ita domi ſuæ, ſine oris tamen triſtitia, grauis erat, & liberis, quod aiunt, monoſyllabus. Veritatem ſpirabat ſemper, & ſuos ad eam adſpirare in omni vita cupiebat. A mendacio tantum aberat, vt ne iocoſum quidem ferre poſſet: omnibusq; ijs, quibus animi ſenſus ſub lingua potius, quam in lingua, inimicum ſe acerrimum & adſiduum aduerſarium profiteretur. In veſtitu oſor peregrinitatis, ſimplicis ſui & antiqui habitus nomine interdum ab amicis ridebatur. Opum congerendarum nunquam appetens, rei familiaris curam vniuerſam coniugi & liberis commendabat. Sordes nullo imperabat modo: quod ſi tamen domeſticos animaduerteret interdum non neceſſaria expetere, Socraticum hoc in ore habebat: *Diſce carere.* Amicitiam cum præcipuis viris ſuæ ætatis coluit, *Hieronymo Baumgartnero, Carolouitio, Melanchthone, P. Victorio, Adriano Turnebo, Hieronymo VVolfio*, alijs. Vtque erat vir neceſſitudinis iura ſancte colens; ita non modico eum mœrore eorum, quibus ſuperuixit, amicorum affecerunt funera, præcipue fratris *Hieronymi*; quo cum ita ipſi lis nulla fuit: vt bona inter ſe paterna nunquam diuiſerint. In literis etiam ad filios ſcribendis tanta fuit cautione, vt exemplum ſemper retineret; adeoque non vni, ſed omnibus ſcribere videretur.

Amici.

Cautio in literis.

Studia nunquam remittebat, ne inter peregrinandum quidem; ſed quæ abſente bibliotheca vel inter vias, dum equitaret, vel de nocte animo concepiſſet, arrepto deinde calamo annotabat. Linguam Gallicam & Italicam iam ſenex attigit, & Hebraicam etiam deguſtauit. In Græca familiam duxit: in Latina ceſſit nemini. Hiſtoricos, poetas, oratores, medicos, Iuriſconſultos, Theologos Græcos & Latinos excuſſit. Sæpe in libellos ſcholaſticos, quibus ita omnia ingeruntur, vt diligentiæ priuatæ nihil relinquatur, & veternum diſcentum eſt inuectus grauiter, eorumque oſcitantiam his verbis perſtrinxit: *ſi omnis eruditio in lacte tepido vna vice infundi poſſet: vix adoleſcentes tantiſper exſpectaturos, dum quis infunderet.* Docuit Latine loqui *Herodotum, Demoſthenem, Xenophontem, Euclidem, Homerum, Theocritum, Sophoclem, Lucianum, Theodoretum, Nicephorum, Gregorium Nyſſenum.* Edidit *catalogum Epiſcoporum* in præcipuis Eccleſijs: *Græcas epiſtolas* ſelectiores, *Elegias* ὁδοιπορικὰς, *epigrammata Græca veterum poetarum, Lexicon magnum Phauorini.* Commentatus eſt etiam *in Plautum* Lutetia teſte ita docte: vt Satyrico Mureti dente nihil fuerit opus. Sapientiſſime quoque *vitam Melanchthonis* & *Eobani Heſſi* deſcripſit: & adiunctis eorum epiſtolis, cum poſteritate communicauit, & alia complura, vt ex bibliothecis patet. Sunt & eius ἀνέκδοτα adhuc apud heredes *Antimuræniana Ciceronis, Commentarij in Procli Sphæram; Decennalis hiſtoria Germaniæ* ab anno

Studia & doctrina.

Scripta edita.

Nondum edita.

Wirtembergicus princeps *Christophorus* eundem repetebat: Lipsenses pulcro certamine suum esse confirmabant. Quin & ad aulam Augustam nomen eius peruenit: & *Maximilianus* II. Cæsar Camerarium, anno sexagesimo octauo Viennam Austriæ * euocatum, de doctrina Ecclesiæ, & rituum sacrorum cum Saxonicis ineunda conformitate clementer audiuit: & re sua bene functum domum non sine fauoris argumento dimisit.

Ce- ysi-

r orũ ; ...se, xor Came- r mori-

Anno septuagesimo tertio die decima quinta Iulii in viuis esse desijt charissima ipsi coniux: à cuius obitu cum in singulos dies nouæ emergerent cutæ, facta etiã est cum annis deterior valetudo. Fuerat illa quidem ante sæpius tentata, primum ἐλκώσει tibiæ sinistræ, postea febribus: profectiore ætate crebra oculorum epiphora, cumque annum excessisset quinquagesimum secundum nephritide: verum hoc tempore nescio quæ δυσπεψία vigorem omnem euicit, profligauit, prostrauit. Septimo & decimo ante obitum, die filio dixit: *Facultas naturalis plane apud me periit: animalis, DEI munere & concessu, satis est integra; vitalis vsque perseuerabit, quoad eidem videbitur.* Quinto die post sua manu nos tanquam cygnæos versus in charta exarauit;

Valetudo Cam.
Morbus vltimus.
Verba Cam. in eo.
Et versus Cygnei.

Morte nihil tempestiua esse optatius aiunt:
Sed tempestiuam quis putet esse suam?
Qui putat, ille sapit. Namque vt fatalia vitæ,
Sic & quisque suæ tempora mortis habet.

Quamuis autem sensibus tam internis, quam externis integritas constaret sua, nec debilitas viriũ quicquam memoriæ fraudi esset; δυσπεψία tamen illa ad extremum vsque remansit. Cuius cum de causa varie disputaretur, & alijs vesicæ exulcerationem, alijs lapidem esse putantibus; neque instrumento per Chirurgum hoc explorari, neque à morte corpus aperiri voluit. In morbo sæpe à suis petijt; vt sine omni pompa funus suum efferretur; idque ipsum supremis etiam tabulis cauit. Tandem deplorata prorsus valetudine die *decimo septimo* Aprilis, anni septuagesimi quarti, mortalibus vale non inuitus dixit. Elatum est eius corpus Academiæ humeris, quæ frequens mutata veste ad decorandum funus processerat.

Moritur Cam.
Funus.

Prosopographia.

Corporis species fuit ei egregia, & vere magnum magni hospitis hospitium. Vires, quæ à Martiali inter ea commemorantur,

Quæ vitam faciunt beatiorem;

Equestri studuit exercitio inprimis conseruare. In colloquiis sæpe negauit, se quamuis aliquoties debilitatum; vnquã tamẽ sensisse, quæ illa molesta πόνος apud Galenum esset. Sermones quos Græci βιωφελῆς vocant, vt in cõuiuijs amicorũ cũ ingenio

Mores.

ferebat

Anno quinquagesimo quinto ad Augustana comitia; inde * Noribergam, quod res illius Ecclesiæ ad Osiandrismum fluerent, cum Philippo venit. Subsequente * anno cum eodē Ratisbonam ad conuentum Imperij accessit. An. quinquagesimo septimo, Melanchthone Wormatiam ad colloquium profecto vxor interea eius supremū diem obijt. Exoratus hic ab amicis; non leue id vulnus iudicantibus, ad Philippum se, omnibus etiam maxime necessarijs posthabitis negocijs, quam primum contulit: vt ex præsentia & consuetudine eius aliquid alleuationis afferretur.

* *Eo tertia vice luculentu conditionib. vocatus.*

* *1556. Cam. cum Philip. Noriberg. & Ratisbonam abit.*

Successit huic anno sequens multo luctuosior, & qui ante amici vicem tam familiariter tulisset, funera suorum domesticorum lugere necesse habuit. Excessit primum humanis filia *Martha*, quod primū toto coniugio è domo sua vidit funus: excessit Wittembergæ altera primogenita, Esromi coniux, neptis etiā, aui deliciæ. Quæ quā alte insederit plaga, ex eo cognosci potest, quod breui post ad se venientem Esromum, vt ex mœrore pallidum, & quasi effigiem spirantis mortui vidit,

Ad eundem consolandū mittitur.

Obitus filiarum Camerarii.

Curæ leues loquuntur, ingentes stupent.

——— *diriguit visu in medio,*

& elinguis aliquantum stetit: tandem pie καὶ μάλα παθητικῶς; *Non est cadendum*, inquit, *animo, nec aut spatium solstitiis metiendum. Vixit vtraq; gnatarum si non naturæ satis: at virtuti & rectè factis. Magno bono è medio peregrinationis cursu reuocatæ, & quod caput omnis consolationis, eo animæ ipsarū vocatæ, vbi animus fuit semper.* Non minorē propemodum, quo die Lipsiam de Melanchthonis morte nuncius est allatus, animo dolorem cepit. Nam & cum funere viri optimi & Theologi sancti, elatam, quasi Academiam ipsam, & sibi cum autoritatis, tum prudentiæ triste in multis desiderium relictum dolebat Secuti sunt autem Melanchthonem eodem anno magni viri, *Sabinus*, *Lotichius*, *Gerbelius*, omnes interiore familiaritate Camerario iuncti: & hos sexagesimo secundo anno, cum gener *Humelius*, tum suauis poeta *Ioannes ille Stigelius*: qui non multo ante hac oda Melanchthonis funus decorarat.

Melanch. obitus Camerario luctuosus.

Et aliorum.

Epiced. Melanch. à Stigelio scriptū.

Fons iacet hoc tumulo: quid quæris, amice Viator?
Fons dogmatum piorum & eloquentiæ.
Si quis ab hoc riuum proprios deduxit in hortos;
Non aureas huic præferat pyramidas.
Illius obstructas doleat Germania venas:
Parem futura non habebunt sæcula.

Ita Camerarius ea tempestate solus ferme amicorū in vita relictus, vnum perfugium doctrinam & literas habuit: ijsque vt antea, amorem sibi indies à principibus viris conciliabat. *Norice* enim ciuem esse suum discupiebant: illustrissimus

A pluribus expetitus Cam.

Melanchth. tum curæ. mus *Melanchthon*: quamque acerbas profuderit lacrymas, tristissimum Ecclesiæ miserans statum. Facile item conijci poterat, quãuis modestissime de rebus illis loqueretur: ipsius quoq; consilio & opera tum Melanchthonem vsum fuisse.

Ad officium Senat. Scribæ inuitatur. Renuit. Ex illo negociorum æstu quietius viuentem anno trigesimo quarto, ad scribæ senatorij honores senatus Noricus vocauit: quod officium quamuis ad vitæ cõmoditates plurimas duceret permagnum: tamen Euripidi auscultans, πᾶν σύντροφον γλυκύ, in scholis se mansurum, vitamq; illam, vt poeta ait, vere vitalem victurum, respondit. Cum vero non solum ob ingenii præstantiã & doctrinã, sed etiã sapientiã & virtutẽ, iam passim nomen illius celebre esset: illustriss. princeps Wirtembergicus *Vlricus*, recuperata armis ditione, Tubingam literis amantissimis, ad vinciẽda ea sanis legibus, quæ dilapsa fluxissent in Academia illa, eum euocauit. Amplius lustrum ibi cum vixisset, scholamq; iacentem feliciter erexisset, scriptis etiam, ac inprimis *Rhetoricarum exercitationum elementis* editis, multũ ad celebritatẽ nominis illius adiunxisset; anno quadragesimo primo ab illustris. Saxoniæ ducibus *Henrico* patre primũ, deinde *Mauritio* filio arcessitus, Lipsensis Academiæ instaurandæ negotiũ in se recepit. Ea autẽ forma Academiæ illi à Camerario scripta fuit, cum à nemine fere alio, quam à *Casparo Bornero* Theologo & viro optimo iuuaretur: cuius illam nequaquã debeat pœnitere. Nec solum nouis tum schola ea legibus conformata fuit; sed etiam magna accessione annuorũ redituum, munificentia *Mauricii & Augusti* fratrum ducum Saxoniæ aucta & amplificata: idque opera potissimũ & intercessione Camerarij, qui & principibus & præcipuis in illorum aula viris erat charissimus. Communitatẽ certe, quam vocant, studij bonarum artiũ, suis consilijs, autoritate & opera, non solum cũ Decani fungeretur officio, sed & alias, plurimum ornauit. Fasces etiam aliquoties Academiæ gerens, πιστῶς καὶ νουνεχῶς tempori egit negocium, & integritatis ac prudentiæ laudem ab optimis quibusq; tulit.

Tubingam vocatur.

Inde Lipsiã.

Academiam ibi format & ornat.

Bellum Germanicum. Postea cum mortuo Luthero, bellum atrox & funestum in Germania exarsisset: in eo cũ multa acerba Camerario acciderunt; tum etiã rebus ipsius priuatis, Saxone Electore Lipsiam obsidente, damnũ haud leue datum: quod tamẽ omne fortiter sapienterq; tulit; & ne incõmodum quidem interpretatus est. Vt autẽ à bello aliquo cõcederet ipse, omnia secum bona ferens aliquandiu ad * *Georgium* Ascanium principem; inde Norinbergam ad amicos, & Herbipolin ad equestris ordinis virum, *Danielem Stibarum à Rabeneck*, varia & iniucunda peregrinatione diuertit. Tandem perfuncta Saxonia misero illo fatalique bello, *Lipsiam*, vt esset idem qui fuisset, sub finem anni quadragesimi septimi cum alijs remeauit.

** Hic Camerarium semper plurimi fecit, & condiscipulum suum appellauit.*

Camer. solũ vertit.

Lipsiã redit.

Anno

Operas itaque scholasticas anno Christi *vicesimo sexto* cum collegis inchoauit: statimque singularem ipse laudem, auditores vero, de quorum numero nonnulli etiam ex Senatorio ordine fuerunt, maximum senserunt fructum. Eodem anno secuta sunt comitia Spirensia: vbi cum principes & ordines Imperij legationem amplissimam ad *Carolum* V. in Hispanijs tunc agentem, decreuissent; delectus fuit ad eam *Albertus Comes Mansfeldensis*, adiuncto eidem Latino interprete Camerario. Verum simulac Eslingam, vbi absoluenda erat legatio, venissent; tota conuersa res est; nec visum, coniugio tum operam dantem Imperatorem missis legatis interpellare.

Legatio ad Carolum V. instituta, omittitur.

Illa ex reuersione, cum spes de visenda Hispania, omnis euanuisset, ducendæ vxoris consilium inire cepit. Anno igitur *vigesimo septimo* in matrimonium duxit lectissimam virginem *Annam*, ex antiqua & nobili familia *Truchsessiorum à Grünsperg*; cum qua ipsos quadraginta sex annos amantissime & pacatissime vixit, nouenorum liberorum pater; quos omnes ad firmatam vsque ætatem eduxit. *Filiæ quatuor* fuerunt, quarum primam *Esromo Rudigero*, cui viro in omni laude laus hæc maxima danda, quod socer eum scriptorum suorum censorem statuerit, alteram *Ioanni Humelio*, Mathematico excellenti; quartam *Casparo Iungermanno*, I.C. Lipsensi despondit; tertia virgo decessit. *Quinque* itidem fuere *filii*: *Ioannes* primum, qui illustrissimo Borussiæ duci à consilijs cum esset, vxoribus binis prænobilibus ordine ductis, Regiomonti in complexu liberorum vitam clausit. Deinde *Ioachimus* medicus: post hunc *Philippus*, clarus iurisprudentiæ Doctor, & reipub. Noricæ à consilijs, quem nefandæ Inquisitionis vinculis Romæ irretitum, Imperator & Bauariæ Dux Albertus liberarunt. Ab eo *Ludouicus* medica laude per Italiam & Galliam florentissimus: natu denique minimus *Godefridus*, illustriss. principi Richardo Comiti Palatino aliquandiu vtiliter inseruiuit. Verum, vt fieri in rebus humanis adsolet, gaudium illud solidum non fuit. Nam eo ipso, quo vxorem duxit, anno, & ipse graui cum morbo cõflictatus est, & præter patris obitum, tristis fratris casus dolorem ei attulit longe maximum.

Vxorem ducit Camerarius.

Coniugium eius felix & fœcundum.

Filiæ.

Filii.

Celebrata sunt deinde anno trigesimo *comitia Augustana*: in quibus præcipue suscepta deliberatio fuit, de recte constituenda religione, & concordia inter dissentientes Ecclesiæ doctores sancienda. Cumque eo præter ipsum Augustum Cæsarem Carolum V. Electores item & Imperij principes, multi absentium legati accederent: quidam etiam à Repub. Noribergensi missi sunt cum mandatis: quibus & Camerarius adiunctus fuit; vt suis consilijs præsto illis esset. Sæpe autem solitus fuit narrare, quantos tunc labores, & quæ pericula sustinuerit optimus

Comitia Augustana ann. 1530.

Eo cum aliis mittitur Camer.

Eodem anno celebritate nominis *Lutheri & Philippi* inuitatus menſe Auguſto, Erphordia iam diſſidijs & tumultuatione quatefacta, & peſtilentiæ lue infecta, *Wittembergam* ſe contulit. Hic quotquot de ingenijs aliquid poterant judicare, amore ipſum complecti, præcipue vero *Melanchthon*, cui iam antea innotuerat Camerarius, quod Cicero olim Atticum, id ipſe Camerarium ſibi exiſtimare: eoque ſic ſequentibus vitæ annis vti, vt nec familiarius vllo, nec lubentius. Eadem facilitate anno ætatis vigeſimo quarto aditum ſibi ad *Eraſmi* notiam patefecit & munijt: de qua ipſe in commentarijs ſuper Tuſculanarum quæſtionum librum primum. Eo in itinere cum Lipſiæ præceptorem Moſellanum, iam in extremis agentem, ante conueniſſet: non ſine dolore morientis ſuprema verba excepit.

Wittembergam ſe confert.

Amicitia Camerarii cum Melanchthone.

Et cum Eraſmo.

Secutus eſt annus inundatione quadam vt ipſe Camerarius alicubi, & eluuie ſeditionum omni Germaniæ pene fatalis. Coorta enim ſeditione ruſtica; multæ regiones & vrbes grauiter afflictæ & vexatæ; multi facultatibus omnibus exuti; multa hominum omnis ſexus, conditionis, & ætatis millia crudeliter trucidata fuerunt. Ea in confuſione rerũ, donec turbæ ſileſcerent, in Boruſſiam ei cum *Iacob Faxio*, equeſtris ordinis Franco, excurrere viſum fuit. Qua in peregrinatione, vbicunq; aliquantulũ ſubſtitit diu latere non potuit: & certatim ipſi cũ a viris doctis, & in dignitate conſtitutis, tum etiam à ſummis Principibus, maximi fuerunt habiti honores, & opera eius à pluribus expetita.

Bellum ruſticanum 1525.

Secedit in Boruſſiam Cam.

Interim Senatus Noricus de eximio ſua in vrbe Gymnaſio conſtituendo ceperat cogitare, hocq; nomine Melanchthonẽ, qui bonitate vellet, ſapientia ſciret ordinare ſcholas, ad ſe literis peramanter ſcriptis inuitarat. Hic non poterat non in mentem venire ei Camerarij, commodam è Boruſſia reuerſi: qui & vrbi honori eſſe, & Græcarum literarum Latinæq; linguæ ornamenta diſcentibus recte aperire poſſet. Neque hic tam honeſtam renuit prouinciã, eoque magis, quod collegis optimis, *Eobano Heſſo*, *Michaele Rotingo*, *& Io. Schonero* Mathematico, faciliorem quaſi decurſum ſui muneris ſperabat. Accidit forte tũ, vt aduenientem domus ampliſſimi viri *Bilibaldi Pirckhaimeri* quaſi dextra totius ciuitatis exciperet: inuitatiſq; plurib amicis, vt fit, inter conuiuatorẽ & conuiuã *Albertum Durerũ* de Euchariſtia oriretur ſermo. Adſedit Melanchthon auditor; quædam interdũ adſpergens: cum Pirckaimerus, altero argumentis ſuperante, ſarcaſtice, *ô Alberte*, erumpit, *hæc pingi ita nõ poſſunt; nec ita, mox* ille, *vt dignitas veſtra putat, poſſunt fingi.* Quod eo commemoratur, quod ex his initijs Camerarius amare cepit Durerum; amorque iſte ita ipſi in horas creuit; vt tota vita amiciſſimi inter ſe fuerint.

Euocatur Norinbergã.

Collegæ eius ibidem.

Pirckeimeri cum Durero ſuper Euchariſtia colloquium.

Ope-

nosset. Vidit ille statim pueri indolem, & vt se præceptorem non minus, quam ipsa studia amaret, ante omnia in ipsum parentis animum sumsit, recipiens in eorum locum se successurum, à quibus sibi commendatus esset. Quæ præceptoris non dissoluta comitas Camerario multum sane contulit, lætoque semper in scholæ cætum venienti, quod charissimum se sciret, prompte omnia discendo procedebant.

Non annus intercesserat, cum primam in philosophia laurum mense Septembri adeptus, sub alijs professoribus, *Ioanne Metzlero, & Richardo Croco*, ita in Græcis Latinisque omnium spes anteibat: vt Croco sonticis causis impedito, iam tum prætextatus * vicariam sępe operam in interpretandis autoribus Græcis præstaret. Magna erat tum Græcorum voluminũ penuria, enatisque primum in Germania literis, *Homerum* aut *Herodotum*, aliosue Graij oris autores habuisse & volutasse; magnum erat. Quare illorum non exiguam cum partem sua descripsisset manu, mirum quam de prima *Herodoti* editione *Aldina*, velut Pactoli aut Tagi opibus, sibi fuerit gratulatus: adeo quidem, vt in Panico ciuium aduersum studiosos tumultu, de reliquo parum anxius, vnum suum Herodotum sub veste teneret: è quo scriptore sæpius percurso Græca postmodum addidicit.

Prima philosoph laurũ ornatur.

** Anno ætat. & quinti seculi decimo sexto supra mille.*

Græcorum autorum penuria.

Herodotum magni facit Camer.

Anno sequente *decimo septimo*, Socrati apud Xenophontem subscribens, qui *aures canales* esse *sapientiæ* scite dixit; doctissimi & optimi viri, * *Petri Mosellani* fuit auditor adsiduus & diligens: facile vt tum appareret, breui eum ipsis præceptoribus in omni scientiarum ac linguarum cognitione superiorem futurum. Fuit autem annus, quo audire Mosellanum cepit, is quo & *Ioannes Tecelius* indulgentiarum nundinator in Germaniam venit. Is cum Lipsiæ in æde Paulina pro concione merces suas impudenter laudasset: auditis monachi ampullis, Camerarius, Helto surgente & secum abire iubente, templo est egressus: quod nugas vanissimas amplius audiendo tolerare neuter posset.

Audit P. Mosellanum.

** Richardi Croci docendis literis Græcis successoris.*

Io. Tecelius.

Non ita multo post, annos natus octodecim, *Erphordiam* venit, cum *Lipsiæ* vixisset annis quinque. Ibi magnus optimorum adolescentum ad eum factus est concursus; omnesque ipsum beneuolentia complexi sunt singulari: inprimis cum *Eobano Hesso*, elegante poeta, constantis amicitiæ fundamenta iecit, & deinde officijs plurimis stabiliuit. Mansit ea in vrbe ad annum vsq; & seculi & ætatis *vicesimũ primum*: quo cum *Georgio Sturciade*, iuuene politissimo, designatus, & mox renunciatus decimus nonus secundo loco Magister optimarũ artiũ, declarante iudiciũ de ipsis eorũ, qui suffragia tulerãt; *Eobano Hesso* qui tum luculentã habuit orationẽ, vt fert mos Academiarum.

Erphordiam venit Cam.

Amicitiam cum Eobano init.

Ibid. magisterii honoribus augetur.

Deo, Christo, amore & desiderio suo, angelis & omnibus electis æuum agit. Facta autem hæc beata eius migratio anno salutis reparatæ supra *millesimum quingentesimum septuagesimo primo*, mense * Iulio: ætatis vero eius *quinquagesimo sexto*, climacterico. Distichon hoc de se viuus ipse composuit:

** d. 13. Iulij. Distichon quod de se cõposuit Fabricius.*

Fabricius studuit bene de pietate mereri:
Sed quicquid potuit, gloria, Christe, tua est.

Item hoc: Σοί χάριν οἶδα θεῷ εὐσπλάγχνῳ, ὃς μ' ἐδίδαξας
Εν βιοτῇ τε θανεῖν, ἐν θανάτῳ δὲ βιοῦν.

Quæ præter supra nominata in lucem dederit: ea indicant nominatim bibliothecæ. *Ex oratione Matthæi Dresseri de Fabricio, quæ inserta est illius Rhetoricæ.*

Ω. 1574. die 17 April. ætat. 74.

IOACHIMVS CAMERARIVS.

CVM alij quorum hactenus vitas circumscripte persecuti sumus, literas optimasque artes, decoquenti Græciæ, ac dormitanti Italiæ, Italo * magno confitente, abstulerint: tum primipilus hoc in certamine fuit *Ioachimus* hic *Camerarius*, Græcæ & Latinæ linguæ perinde peritus, *æternumq; non solum Germaniæ*; * *sed totius Europæ ornamentum & decus*. Hunc *Pabeperga*, vetusta & celebris Franciæ orientalis vrbs protulit, anno Christi supra *millesimum quingentesimo*, die *duodecima* Aprilis. Patrem habuit *Ioannem*, patritium ac senatorem patriæ, virum dignitatis & fortunæ nequaquam cõtemnendæ: qui nullo medicamento, nulla venæ sectione vsus, annum ætatis octuagesimum secundum impleuit. Mater *Martha*, ex *Weteliorum* familia Sueinfurtensi, præter filias quatuor, tres filios, *Hieronymum*, trium principum postea cancellarium, hunc *Ioachimum & Iosephum*, Budæ functum vita, genuit. Cognomen *Camerariorum* (vulgo Cammermeister) senescente altero gentilitio auitoq; *Liebhardorum*, temporibus Henrici Claudi, à publico aulæ officio, adhæsit.

** Paulo Iouio in elogiis sub finem.*
** Turnebi de Camerario iudicium.*
Pabeperga patria Camerarii.
Pater.
** Ω. anno 1527. ingenti sui desiderio relicto.*
Mater.
Fratres & sorores.
Cognomen Camerariorum vnde.
Educatio & institutio pueritiæ.
Lipsiam mittitur & Georg. Helto cõmendatur

His parentibus ortus, ludum literarium primum in patria ad annum ætatis *tredecimum*, frequentauit, magistrũ nactus, pro ratione illorum temporum, satis doctum & fidelẽ. Is cum aperte eum doctiorem discipulum profiteretur; quam vt suæ aliquę partes amplius in docendo esse possent: læta tam ingenuo omine mater, filium ipsa, anno decimo tertio mense Aprili, Lipsiam ad *Georgium Heltum Vorchemium*, deduxit. Habebatur hic iudicio omnium iuuenilis ætatis moderator bonus, diligens, doctus, qui & sapientia regere discipulos, instruereque doctrina, & cum exemplo eosdem monere, tum corripere disciplina

nosset.

quorum vſus fuit diuturnus in eccleſiaſticis pariter & ciuilibus munijs atque negotiis.

Neque vero docendi partibus hiſce difficilibus & arduis cõtentus fuit Fabricius; ſed in ſcribendo inſuper etiam magnum ſtudium multamque operam nauauit. Nam *res Miſnicas verſibus & oratione ſoluta* ornauit, & inclytam Ducum atque Electorum Saxoniæ familiam attigit: vt non tam Rector ſcholæ bonus, quam ſcriptor purus atque fidelis iure dicatur, nec iniuria de eo prædicari elogium hoc poſſit: *Scripta Fabricii.*

Gymnaſiarchus erat præſtans, ſcriptorq; diſertus.

Eſt enim in his, quæ in iſto genere ſcripſit, & mira orationis puritas, & rerum ipſarum, quas perſecutus eſt, inſignis, perſpicua tamen & apta breuitas.

In carmine vero tanta eſt numerorum concinnitas, tantus verborum delectus, tantaque rerum ſanctimonia, atque caſtitas, vt non adæquaſſe ſolum in hoc genere multos ex antiquiſſimis, ſed in aliquibus etiam ſuperaſſe videatur. Etenim in verbis eam curam adhibuit; vt ab ijs, quæ ethnicam idolomaniam redolent, noſtramque religioſam pietatem lædunt, data opera abſtinuerit. Et recte quidem. *Carmina Fabricii.* *Abſtinuit à vocabulis Ethnicis Fabricius.*

Quæ eſt enim inſania, in tanta luce verbi diuini cum cæcis Ethnicis colludere? Quaſi vero ſcriptorum Propheticorum & Apoſtolicorum tanta ſit inopia, vt ad ſcribendum Chriſtianum carmen phraſes nobis deſint, niſi ab ethnica idolomania mutuemur.

Sed delectat ſcilicet iuniores copia illa atque varietas, quæ in Ethnicis Poetis admodum iucunda eſt; vt ad eam, tanquã ad Sirenum cantus adhæreſcant. Quod ipſum etiam ſibi accidiſſe iuueni querebatur Fabricius: Ideoque tandem errorem ſuum agnoſcens atq; deplorans, tædere ſe atque pudere dixit eorum verborum atq; locutionũ, quæ ex ethnica idolomania ſuis aliquando poëmatis adſperſiſſet. Nec poſtea Deum alium aut numen in ſuis verſibus legi voluit; quam illud vnicum, verum æternum & amicum generi noſtro, patefactum ſcilicet illuſtribus teſtimonijs verbi, & filij vnigeniti, Domini & Saluatoris noſtri. Cæterum dijs gentium, magnis & paruis, cœleſtibus, terreſtribus, ſilueſtribus, & marinis, pollui & inquinari fœdiſſime ſcripta Chriſtiana exiſtimauit. Inde ſane effectũ eſt, vt carmen nullum condere ſtuderet, niſi ſanctum, caſtum, plenum pietate & fide Ieſu Chriſti, quem noſſe ſolum & ipſe volebat, & vt alij noſſe poſſent, operam dabat.

In hoc tandem etiam ſpe, fiducia & ſalute ſua omni fixa atq; locata acquieuit, & ex hac mortali ac laborioſa ſchola in cœleſtem Academiam atque conſuetudinem migrauit: vbi cum *Obitus Fabricii.*

oportet adoleſcentes, iuuenesque, ingenijs, moribus, atque literis inſtructos, ad capeſſenda munera docendi in Eccleſia, cauſas agendi in foro, iudicandi controuerſias in iudicio, & decidendi componendique lites priuatas & publicas in curia, & omnibus vitæ partibus.

Denique nihil eſt vſpiam, quod non adminicula doctrinæ ſcholaſticæ deſideret, non cenſus, non reditus, nec negotium pene vllum ſine artis beneficio confici poteſt. Vſque eo in omnibus rebus *calamus ſcriptorius dominatur*; vt merito in capite tanquam ſummum decus & ornamentum geſtetur.

Diſcipuli Fabricii permulti.

Cum igitur tot annos continuos iuniores in Miſenæ illuſtri ludo erudierit Fabricius: facile intelligi poteſt, quantum rebus humanis commodarit. Etenim cum ex opere effecto æſtimari ſoleat artifex: fuerunt permulti nobiles, virtute, eruditione, facundia, & autoritate præſtantes viri, quorum induſtria partim in aula Saxonica publice tanquam lumen luxit: partim in iudicijs diſceptationibuſque publicis & priuatis abunde conſpecta ſunt. Fuerunt in Eccleſiæ muneribus atque functionibus multi viri literati, qui docendo ſanctum Dei verbum multis prodeſſe, iacentes erigere, ſecuros terrere, & exanimatos ex faucibus & ore Satanæ infernique ereptos ad ſpē vitæ, atque lætitiæ ſempiternæ excitare potuerunt.

Nec defuerunt qui paſſim in ſcholis alios viciſſim ſalutari doctrina erudierunt, & vtilitatis fructum magnum communi vitæ præbuerunt. Atque illi quidem omnes memori mente, gratoque ore, id quod ſciuerunt, ſi nō omnino, multo maxima tamen ex parte, Fabricio acceptum tulerunt; ingenue per quē profeciſſent, profitentes. Fabricij enim diligentiam prædicarunt, fidem admirati ſunt: & induſtriam ſuſpexerunt. Quin illi ipſi etiam, qui ex ludo eius & diſciplina in bellum profecti ſunt, eius inſtitutionis piæ fructum aliquem abſque vlla dubitatione perceperunt, quoties admonitionum eius ſedularum de cultu pietatis, & pœnis horrendis contemtus Dei & violationis iuſtitiæ fuerunt recordati.

Si quis igitur honos, tanquam merces virtutis, his debetur, quorum merita in Rempub. ampla ſunt: negare profecto non poſſumus, quin Fabricio maximus, ob tot eius in Eccleſiam & Rempub beneficia, ſit habendus. Si quoque ex doctrina ſua nobilis & clarus olim fuit *Demetrius*: ſi ex profeſſione literarum & artium nobiles dicti ſunt nonnulli philoſophi: aut ſi propter dicendi doctrinam illuſtris & nobilis nominatus eſt *Iſocrates*: haud ſane video, cur non pari iure & æquitate nobilis & clarus habeatur Fabricius: quippe qui in docendis literis tanta cura tantaque ſedulitate verſatus eſt, vt ex eius officina prope innumerabiles prodierint viri literati, atque diſerti; quo-

Etenim per se labor est ingens, tot puerorum adolescentũque libidinem cupiditatemque indomitam atque effrenatam comprimere, & ad accipiendos pietatis, virtutis atq; eruditionis fatus præparare atque traducere. Tum augent etiam difficultatẽ alia impedimenta, quæ fere quotidie obstrepere bonis præceptorum conatibus solent. Quæ profecto tot tamq; varia in suo isto munere sensit atque expertus est Fabricius, vt mirũ sit eum superæ potuisse. Quo sane præclarior virtus huius viri, & admirabilior videri debet; quo in tantis occupationibus, tam molestis, tam grauibus & diuturnis, non succubuit tamen: nec, vt plerique faciunt, loco cessit releuatione aliqua & relaxatione quæsita, sed firmiter in statione ista tanquam in acie, in quam a Deo se collocatum sciebat, vsque ad finem vitæ suæ perseuerauit. Idcirco Imperator Rom *Max. miliaxus* II. sapienti consilio & more institutoque maiorum suorum, tam * laureæ dignitate, quam nobilitatis veræ insignibus, sub ipsa morte illum decorauit.

Vita scholastica misera.

Maximilianus 2. Fabri. laurea & nobilitatis insignibus donat.

Ex quo elucet, Fabricium; laude, prædicatione, literis & memoria dignissimum esse. *Tres* enim sunt *artes*, quæ salutem rebus humanis afferunt, & possunt locare homines in amplo dignitatis gradu: *scientia iuris, intelligentia politica, & rei militaris peritia.* His enim continetur, & munitur omnis Respublic. Et qui in harum vna excellit, merito magnus & honore dignus censetur.

Tres artes salutares rebus humanis.

Sed ex his eam potissimum delegit & secutus est Fabricius, quæ reliquarum administra quidem est; sed mater tamen, & quasi fons quidam merito habetur. Professio videlicet earum artium, quibus ætas puerilis ad humanitatem informatur, & ad omnium ecclesiasticorum & ciuilium munerum administrationem præparatur. Vt autem ædificiorum fundamenta certa esse oportet: sic initia omnis doctrinæ, sapientiæ & industriæ, ad quodcunque officij munus in Ecclesia & Repub. necessariæ à puerili institutione in scholis facere necesse est: vt vsui Reipublic. & Ecclesiæ fore eos non dubitemus, quorum ætas prima rectis studijs ad honestatem, pietatem, atque integritatem informata est. Neque profecto officinæ sunt aliæ probitatis atque doctrinæ, quam scholæ: quæ ob id gymnasia recte dicuntur; quod in ijs ingenia puerorum adolescentumque ad artes, quarum vsus est in vita necessarius exerceantur.

Dignitas & vtilitas vitæ scholasticæ.

Scholæ recte gymnasia dicuntur.

In tali officina omne curriculum industriæ Fabricij elaboratum est, annos amplius *viginti sex*. In quo quidem quo plures molestias vidit, difficultatesq; acerbiores exsorbuit: eo plus opis & emolumenti, ad omnes ciuilis & ecclesiasticæ potestatis partes attulit. Ex ludis enim prodire

vpor-

integreque sic versatus est, vt & propter carminis venustatem & mores sinceros atque incorruptos, amaretur à multis.

Cumque ad scholarum ministerium vsumque sese pararet; mature nactus est, in schola quidem patria, locum sub *Hertelio*, Fribergæ sub *Riuio*, Lipsiæ vero sub *Bornero*, vbi primum ingenio, moribus & doctrina eius delectati *Werteri*, antiqua nobilitate & virtute fratres in Thuringia, *Wolffgangus*, *Philippus*, *Antonius*, adsciuerunt eum Magistrum & moderatorem studiorum suorum. Nam cum *Wolffgango* profectus est in Italiam, cuius Academiæ tunc studijs liberalissimis florebant, & Professorib. eruditissimis affluebant: Erat enim tunc Italia vere domicilium literarum, ad quam tanquam ad mercaturam bonarum artium proficiscebantur fere omnes, qui anteire cæteros doctrina atque scientia studebant. Ibi ergo non audire solum doctissimos viros, *Lazarum Bonamicum*, cui vna cum Wertero commendatus erat à *Iulio Pflugio*, Neopurgensi præsule, & alios quamplurimos Fabricio licuit: sed Romam etiã ipsam, quæ caput orbis Christiani habita est multis seculis, cõtemplatus est. Idque non eo modo, quo plerique alij, qui adspectu solo contenti sunt: sed ita in omnes partes, angulos, recessus, templa, arces, oculos & mentem coniecit: vt conferre pene singula cum antiquorum descriptionibus, quæ in Poetis præsertim sparsæ sunt, inciperet. Ex quo etiam *Roma* eius nata est, quæ pulcre ad versus vetustorum Poetarum sic aptata est, vt expressa ex illis, & efficta esse videatur. Hoc vero quicquid est, quod certe magnum est, in homine Germano, Werteri liberalitati acceptum referre debemus omnes, quotquot imagine veteris Romæ delectamur, ad quam, si ea, quæ nunc est, conferatur, vmbra vix esse videbitur. Adeo & vetustate temporis, quæ omnia consumit & incursu barbarorum, bellis, incendijs, & alijs calamitatibus diminuta est.

Werteri Fabricium sibi adiungunt.

Fabricius in Italiam proficiscitur.

Romam inuisit.

Fabricii liber cui Roma titulus.

Cum eodem Wolfgango etiam Argentinense gymnasium adijt, quod optime constitutum, duce & Rectore *Ioanne Sturmio*, prospere feliciterque in studijs optimarum artium procedebat. Eodem postea reuersus est denuo cum fratribus *Philippo & Antonio Werteris*. Inde Misenam, *Ioannis Riuii* potissimum suasu, accersitus ad illustris ludi constitutionem atque gubernationem, annos viginti sex fide bona, studio indefesso, patientia laborum & onerum incredibili, & constantia infracta illo officij munere functus est. Et quidem vsque ad extremum vitæ diem in eo permansit. In hoc vero curriculo & puluere scholastico, quamuis difficili & fastidij pleno, non docendo solum & regendo; sed libros etiam scholis vtiles & necessarios edendo priuatim & publice prodesse conatus est.

Fabricius tũ Wertero Argentinam venit.

Misenam accersitur.

Regit ibi ludum illustrẽ 26. ann.

Etenim

corporis externa & interna membra describuntur; deinde singulorum morbi, eorundemque remedia, longo vsu in alijs obseruata, fideliter indicantur. Edidit præterea *Marcelli Palingenii Stellatensis* cuius cadauer, propter pietatis doctrinam, in Italia exhumatum concrematumque fuit) poëmata, doctissimis adiectis commentarijs. Vertit etiam ex Italico tragœdiam *Calixti & Melibœi*, item *conciones & apologos Bernardi Ochini*: quæ omnia extant. *Palingenii Zodiacus vitæ.*

Cum vero & homilias *Ludouici Lauateri* in Iosuam cepisset eadem diligentia & fide è Latinis facere Germanicas; annum agens septuagesimum primum, inter ipsos labores, nullo fere morbo laborans, post editam fidei confessionem, actasque DEO pro omnibus beneficijs, & inprimis pro redemtione nostra, gratias, summa cum spiritus lætitia, vultu etiam & verbis ad extremum vsque declarata, die 25. Ianuarij intra primam & secundam pomeridianam, quiete obdormit in Domino, anno Christi 1571. *Obitus Wirsungi.*

Fuit vir pietatis veræ studiosus; consuetudinis suauissimæ; vitæ integerrimæ; literarum & literatorum amantissimus. Amicos habuit suæ ætatis viros præstantissimos, inter quos *Beatus Rhenanus, Conradus Gesnerus*, alij. *Mores.* *Amici.*

Filium reliquit *Philippum*, medicinæ doctorem: filiam vero *Mariam*, elocauit in matrimonium nobili viro, *Christophoro Ehemio*, patricio Augustano, & Cancellario Elect. Palat. quæ paulo post patrem obijt, cum eodem sepulta Heidelbergæ ad D. Petri in choro. *Ex programmate funebri à D. Zanchio, tunc Academiæ rectore, proposito, & aliis.* *Liberi.*

GEORGIVS FABRICIVS.

Ω. 1571. d. 15. Iulii. ætat. 56. curr.

NAtus est *Georgius Fabricius* Chemnicij, vrbe Misniæ celebri & optime morata; anno Christi 1516. d. 24. April. Vt primum ingredi & loqui cœpit, in scholam patriam à parentibus deductus est: vt vna cum ætate molli & tenera pietatis & literarum studijs sese imbueret. Ab his vero initijs progressus est paulatim ad literas Latinas & Græcas, in quibus tantum profecit; vt celeriter æqualibus & condiscipulis suis ingenij gloria antecelluerit. Inprimis vero se ad scribendi carminis studium contulit, ad quod naturæ quædam adiumenta non contemnenda habere visus est. In hoc itaque studio caste inte- *Educatio.* *Ad poesin natura fertur.*

uit, cum vita eiusdem ex Plutarcho, Philostrato & Dionysio Halicarnass. quæ Marpurgi impressæ sunt, anno millesimo quingentesimo quadragesimo.

Mores eiusdem.

Erat illi ingenium mite & placidum, moresque amabiles, suaues, seniles, mansueti humanique, adeo vt vere dicere queas, eum ad humanitatem & mansuetudinem quasi diuinitus sculptum factumque.

Sic in aspectu incessuque, omni denique animi corporisque habitu ac motu, eandem suauitatem & lenitatem conseruabat. Sobrietatis adeo fuit studiosus; vt nunquam illiberalibus conuiuijs libenter interfuerit, nec vnquam ex vllo symposio ebrius surgere visus sit. Verecundiam inde vsque à puero tanquã omnium virtutum reginam illibatam summa semper cura retinuit. In reliqua vero vita nihil illo erat pudicum magis, nihil ab omni turpitudine remotius. Postremo qualis ante acta vita eius fuit; talis & extremus eius actus, hoc est, mors fuit; nimirum pijssima & placidissima. Atque vel sola vox illa, quam paulo antequam expiraret, omnem prorsus ægritudinẽ ac dolorem dissimulans, ad suos interrogantes, *num dormire vellet*, protulit, inquiens, *iam indormiscam*: hæc inquam, vox cum qua illico expirauit, vel sola testis est, cum lætum & triumphantem ex hac vita commigrasse, quod factum vicesimo die Iulij, anno Christi sexagesimo nono, supra mille quingentos; ætatis suæ septuagesimo. *Ex parte tertia Iconum virorum illustrium.*

Obitus.

Vox vltima.

Ω.1571.d.25. *Ian. ætat.71.*

CHRISTOPHORVS VVIRSVNGVS.

Patria.

EDidit *Christophorum Wirsungum* nobilis Imperij vrbs *Augusta* Vindelicorum, familia patricia & clara, anno seculum decimum quintum à Christo repræsentato, inchoante.

Vitæ genus Augustæ. Heidelbergã commigrat.

Bonis literis à puero imbutus vir euasit omni laude dignus: ciuis in patria sua honoratus: senior, siue diaconus in Ecclesia Augustana, multos per annos inculpatus. Postea, rebus suis ita ferentibus, in Palatinatum Electoralem concessit, sedemq; fortunarum suarum, & senectutis domicilium *Heidelbergam*, Palatinatus caput, elegit. Eo in ocio ociosus ipse minime fuit: sed è Latina in vernaculam linguam magna diligentia & fide conuertit insignes * *Augustini Marlorati, in totum nouum Testamentum Commentarios.* Idem Wirsungus in lucem tunc dedit Germanica lingua *de medicina librum*, doctorum virorum iudicio vtilissimum; in quo primum omnia humani cor-

Scripta.

** Qui anno 1562. d. 30. Octob. Rotomagi suspensus, ac dein capite truncatus.*

Liber medicus Wirsungi.

nosset. Vidit ille statim pueri indolem, & vt se præceptorem non minus, quam ipsa studia amaret, ante omnia in ipsum parentis animum sumsit, recipiens in eorum locum se successurum, à quibus sibi commendatus esset. Quæ præceptoris non dissoluta comitas Camerario multum sane contulit, lætoque semper in scholæ cætum venienti, quod charissimum se sciret, prompte omnia discendo procedebant.

Primæ philosoph laurũ ornatur.

Non annus intercesserat, cum primam in philosophia laurum mense Septembri adeptus, sub alijs professoribus, *Ioanne Metzlero, & Richardo Croco*, ita in Græcis Latinisque omnium spes anteibat: vt Croco sonticis causis impedito, iam tum prætextatus * vicariam sæpe operam in interpretandis autoribus Græcis præstaret. Magna erat tum Græcorum voluminũ penuria, enatisque primum in Germania literis, *Homerum* aut *Herodotum*, aliosue Graij oris autores habuisse & volutasse; magnum erat. Quare illorum non exiguam cum partem sua descripsisset manu, prius quam de prima *Herodoti* editione *Aldina*, velut Pactoli aut Tagi opibus, sibi fuerit gratulatus: adeo quidem, vt in Panico ciuium aduersum studiosos tumultu, de reliquo parum anxius, vnum suum Herodotum sub veste teneret: è quo scriptore sæpius percurso Græca postmodum addidicit.

** Anno ætat. & quinti seculi decimo sexto supra mille.*

Græcorum autorum penuria.

Herodotum magni facit Camer.

Audit P. Mosellanum.

Anno sequente *decimo septimo*, Socrati apud Xenophontem subscribens, qui *aures canalis* esse *sapientiæ* scite dixit; doctissimi & optimi viri, * *Petri Mosellani* fuit auditor adsiduus & diligens: facile vt tum appareret, breui eum ipsis præceptoribus in omni scientiarum ac linguarum cognitione superiorem futurum. Fuit autem annus, quo audire Mosellanum cepit, is quo & *Ioannes Tecelius* indulgentiarum nundinator in Germaniam venit. Is cum Lipsiæ in æde Paulina pro concione merces suas impudenter laudasset: auditis monachi ampullis, Camerarius, Helto surgente & secum abire iubente, templo est egressus: quod nugas vanissimas amplius audiendo tolerare neuter posset.

** Richardi Croci docendis literis Græcis successoris.*

Io. Tecelius.

Erphordiam venit Cam.

Non ita multo post, annos natus octodecim, *Erphordiam* venit, cum *Lipsia* vixisset annis quinque. Ibi magnus optimorum adolescentum ad eum factus est concursus; omnesque ipsum beneuolentia complexi sunt singulari: inprimis cum *Eobano Hesso*, elegante poeta, constantis amicitiæ fundamenta iecit, & deinde officijs plurimis stabiliuit. Mansit ea in vrbe ad annum vsq; & seculi & ætatis *vicesimũ primum*: quo cum *Georgio Sturciade*, iuuene politissimo, designatus, & mox renunciatus decimus nonus secundo loco Magister optimarũ artiũ, declarante iudiciũ de ipsis eorũ, qui suffragia tulerãt; *Eobano Hesso* qui tum luculentã habuit orationẽ, vt fert mos Academiarum.

Amicitiam cum Eobano init.

Ibid. magisterii honoribus ornatur.

Deo, Christo, amore & desiderio suo, angelis & omnibus electis æuum agit. Facta autem hæc beata eius migratio anno salutis reparatæ supra *millesimum quingentesimum septuagesimo primo*, mense * Iulio: ætatis vero eius *quinquagesimo sexto*, climacterico. Distichon hoc de se viuus ipse composuit:

** d. 13. Iulij. Distichon quod de se cõposuit Fabricius.*

Fabricius studuit bene de pietate mereri:
Sed quicquid potuit, gloria, Christe, tua est.

Item hoc: Σοὶ χάριν οἶδα θεῷ εὐσπλάγχνῳ, ὃς μ' ἐδίδαξας
Ἐν βιοτῇ τε θανεῖν, ἐν θανάτῳ δὲ βιοῦν.

Quæ præter supra nominata in lucem dederit: ea indicant nominatim bibliothecæ. *Ex oratione Matthæi Dresseri de Fabricio, quæ inserta est illius Rhetoricæ.*

IOACHIMVS CAMERARIVS.

Ω. 1574. die 17. April. ætat. 74.

CVM alij quorum hactenus vitas circumscripte persecuti sumus, literas optimasque artes, decoquenti Græciæ, ac dormitanti Italiæ, Italo * magno confitente, abstulerint: tum primipilus hoc in certamine fuit *Ioachimus* hic *Camerarius*, Græcæ & Latinæ linguæ perinde peritus, *æternumq; non solum Germaniæ*; * *sed totius Europæ ornamentum & decus*. Hunc *Pabeperga*, vetusta & celebris Franciæ orientalis vrbs protulit, anno Christi supra *millesimum quingentesimo*, die *duodecima* Aprilis. Patrem habuit *Ioannem*, patritium ac senatorem patriæ, virum dignitatis & fortunæ nequaquam cõtemnendæ: qui nullo medicamento, nulla venæ sectione vsus, annum ætatis octuagesimum secundum impleuit. Mater *Martha*, ex *Weceliorum* familia Sueinfurtensi, præter filias quatuor, tres filios, *Hieronymum*, trium principum postea cancellarium, hunc *Ioachimum & Iosephum*, Budæ functum vita, genuit. Cognomen *Camerariorum* (vulgo Cammermeister) senescente altero gentilitio auitoq; *Liebhardorum*, temporibus Henrici Claudi, à publico aulæ officio, adhæsit.

** Paulo Iouio in elogiis sub finem.*
** Turnebi de Camerario iudicium.*
Pabeperga patria Camerarii.
Pater.
** Ω. anno 1527. ingenti sui desiderio relicto.*
Mater.
Fratres & sorores.
Cognomen Camerariorum vnde.
Educatio & institutio pueritiæ.
Lipsiam mittitur & Georg. Helto cõmendatur

His parentibus ortus, ludum literarium primum in patria ad annum ætatis *tredecimum*, frequentauit, magistrũ nactus, pro ratione illorum temporum, satis doctum & fidelẽ. Is cum aperte eum doctiorem discipulum profiteretur; quam vt suæ aliquę partes amplius in docendo esse possent: læta tam ingenuo omine mater, filium ipsa, anno decimo tertio mense Aprili, Lipsiam ad *Georgium Heltum Vorchemium*, deduxit. Habebatur hic iudicio omnium iuuenilis ætatis moderator bonus, diligens, doctus, qui & sapientia regere discipulos, instruereque doctrina, & cum exemplo eosdem monere, tum corripere disciplina nosset.

quorum vſus fuit diuturnus in eccleſiaſticis pariter & ciuilibus munijs atque negotiis.

Neque vero docendi partibus hiſce difficilibus & arduis cõtentus fuit Fabricius; ſed in ſcribendo inſuper etiam magnum ſtudium multamque operam nauauit. Nam *res Miſnicas verſibus & oratione ſoluta* ornauit, & inclytam Ducum atque Electorum Saxoniæ familiam attigit: vt non tam Rector ſcholæ bonus, quam ſcriptor purus atque fidelis iure dicatur, nec iniuria de eo prædicari elogium hoc poſſit: *Scripta Fabricii.*

Gymnaſiarchus erat præſtans, ſcriptorq; diſertus.

Eſt enim in his, quæ in iſto genere ſcripſit, & mira orationis puritas, & rerum ipſarum, quas perſecutus eſt, inſignis, perſpicua tamen & apta breuitas.

In carmine vero tanta eſt numerorum concinnitas, tantus verborum delectus, tantaque rerum ſanctimonia, atque caſtitas, vt non adæquaſſe ſolum in hoc genere multos ex antiquiſſimis, ſed in aliquibus etiam ſuperaſſe videatur. *Carmina Fabricii.*

Etenim in verbis eam curam adhibuit; vt ab ijs, quæ ethnicam idolomaniam redolent, noſtramque religioſam pietatem lædunt, data opera abſtinuerit. Et recte quidem. *Abſtinuit à vocabulis Ethnicis Fabricius.*

Quæ eſt enim inſania, in tanta luce verbi diuini cum cæcis Ethnicis colludere? Quaſi vero ſcriptorum Propheticorum & Apoſtolicorum tanta ſit inopia, vt ad ſcribendum Chriſtianum carmen phraſes nobis deſint, niſi ab ethnica idolomania mutuemur.

Sed delectat ſcilicet iuniores copia illa atque varietas, quæ in Ethnicis Poetis admodum iucunda eſt; vt ad eam, tanquã ad Sirenum cantus adhæreſcant. Quod ipſum etiam ſibi accidiſſe iuueni querebatur Fabricius: Ideoque tandem errorem ſuum agnoſcens atq; deplorans, tædere ſe atque pudere dixit eorum verborum atq; locutionũ, quæ ex ethnica idolomania ſuis aliquando poëmatis adſperſiſſet. Nec poſtea Deum alium aut numen in ſuis verſibus legi voluit; quam illud vnicum, verum æternum & amicum generi noſtro, patefactum ſcilicet illuſtribus teſtimonijs verbi, & filij vnigeniti, Domini & Saluatoris noſtri. Cæterum dijs gentium, magnis & paruis, cœleſtibus, terreſtribus, ſilueſtribus, & marinis, pollui & inquinari fœdiſſime ſcripta Chriſtiana exiſtimauit. Inde ſane effectũ eſt, vt carmen nullum condere ſtuderet, niſi ſanctum, caſtum, plenum pietate & fide Ieſu Chriſti, quem noſſe ſolum & ipſe volebat, & vt alij noſſe poſſent, operam dabat.

In hoc tandem etiam ſpe, fiducia & ſalute ſua omni fixa atq; locata acquieuit, & ex hac mortali ac laborioſa ſchola in cœleſtem Academiam atque conſuetudinem migrauit: vbi cum *Obitus Fabricii.*

oportet adoleſcentes, iuuenesque, ingenijs, moribus, atque literis inſtructos, ad capeſſenda munera docendi in Eccleſia, cauſas agendi in foro, iudicandi controuerſias in iudicio, & decidendi componendique lites priuatas & publicas in curia, & omnibus vitæ partibus.

Denique nihil eſt vſpiam, quod non adminicula doctrinæ ſcholaſticæ deſideret, non cenſus, non reditus, nec negotium pene vllum ſine artis beneficio confici poteſt. Vſque eo in omnibus rebus *calamus ſcriptorius dominatur*; vt merito in capite tanquam ſummum decus & ornamentum geſtetur.

Diſcipuli Fabricii permulti.

Cum igitur tot annos continuos iuniores in Miſenæ illuſtri ludo erudierit Fabricius: facile intelligi poteſt, quantum rebus humanis commodarit. Etenim cum ex opere effecto æſtimari ſoleat artifex: fuerunt permulti nobiles, virtute, eruditione, facundia, & autoritate præſtantes viri, quorum induſtria partim in aula Saxonica publice tanquam lumen luxit: partim in iudicijs diſceptationibuſque publicis & priuatis abunde conſpecta ſunt. Fuerunt in Eccleſiæ muneribus atque functionibus multi viri literati, qui docendo ſanctum Dei verbum multis prodeſſe, iacentes erigere, ſecuros terrere, & exanimatos ex faucibus & ore Satanæ infernique ereptos ad ſpē vitæ, atque lætitiæ ſempiternæ excitare potuerunt.

Nec defuerunt qui paſſim in ſcholis alios viciſſim ſalutari doctrina erudierunt, & vtilitatis fructum magnum communi vitæ præbuerunt. Atque illi quidem omnes memori mente, gratoque ore, id quod ſciuerunt, ſi nō omninō, multo maxima tamen ex parte, Fabricio acceptum tulerunt; ingenue per quē profeciſſent, profitentes. Fabricij enim diligentiam prædicarunt, fidem admirati ſunt: & induſtriam ſuſpexerunt. Quin illi ipſi etiam, qui ex ludo eius & diſciplina in bellum profecti ſunt, eius inſtitutionis piæ fructum aliquem abſque vlla dubitatione perceperunt, quoties admonitionum eius ſedularum de cultu pietatis, & pœnis horrendis contemtus Dei & violationis iuſtitiæ fuerunt recordati.

Si quis igitur honos, tanquam merces virtutis, his debetur, quorum merita in Rempub. ampla ſunt: negare profecto non poſſumus, quin Fabricio maximus, ob tōt eius in Eccleſiam & Rempub beneficia, ſit habendus. Si quoque ex doctrina ſua nobilis & clarus olim fuit *Demetrius*: ſi ex profeſſione literarum & artium nobiles dicti ſunt nonnulli philoſophi: aut ſi propter dicendi doctrinam illuſtris & nobilis nominatus eſt *Iſocrates*: haud ſane video, cur non pari iure & æquitate nobilis & clarus habeatur Fabricius: quippe qui in docendis literis tanta cura tantaque ſedulitate verſatus eſt, vt ex eius officina prope innumerabiles prodierint viri literati, atque diſerti;

quo-

Etenim per se labor est ingens, tot puerorum adolescentũque libidinem cupiditatemque indomitam atque effrenatam comprimere, & ad accipiendos pietatis, virtutis atq; eruditionis fatus præparare atque traducere. Tum augent etiam difficultatẽ alia impedimenta, quæ fere quotidie obstrepere bonis præceptorum conatibus solent. Quæ profecto tot tamq; varia in suo isto munere sensit atque expertus est Fabricius, vt mirũ sit eum superare potuisse. Quo sane præclarior virtus huius viri, & admirabilior videri debet; quo in tantis occupationibus, tam molestis, tam grauibus & diuturnis, non succubuit tamen: nec, vt plerique faciunt, loco cessit releuatione aliqua & relaxatione quæsita, sed firmiter in statione ista tanquam in acie, in quam a Deo se collocatum sciebat, vsque ad finem vitæ suæ perseuerauit. Idcirco Imperator Rom *Maximilianus* II. sapienti consilio & more institutoque maiorum suorum, tam * laureæ dignitate, quam nobilitatis veræ insignibus, sub ipsa morte illum decorauit.

Vita scholastica misera.

Maximilianus 2. Fabri. laurea & nobilitatis insignibus donat.

Ex quo elucet, Fabricium; laude, prædicatione, literis & memoria dignissimum esse. *Tres* enim sunt *artes*, quæ salutem rebus humanis afferunt, & possunt locare homines in amplo dignitatis gradu: *scientia iuris arcani, intelligentia politica, & rei militaris peritia.* His enim continetur, & munitur omnis Respublic. Et qui in harum vna excellit, merito magnus & honore dignus censetur.

Tres artes salutares rebus humanis.

Sed ex his eam potissimum delegit & secutus est Fabricius, quæ reliquarum administra quidem est; sed mater tamen, & quasi fons quidam merito habetur. Professio videlicet earum artium, quibus ætas puerilis ad humanitatem informatur, & ad omnium ecclesiasticorum & ciuilium munerum administrationem præparatur. Vt autem ædificiorum fundamenta certa esse oportet: sic initia omnis doctrinæ, sapientiæ & industriæ, ad quodcunque officij munus in Ecclesia & Repub. necessariæ à puerili institutione in scholis facere necesse est: vt vsui Reipublic. & Ecclesiæ fore eos non dubitemus, quorum ætas prima rectis studijs ad honestatem, pietatem, atque integritatem informata est. Neque profecto officinæ sunt aliæ probitatis atque doctrinæ, quam scholæ: quæ ob id gymnasia recte dicuntur; quod in ijs ingenia puerorum adolescentumque ad artes, quarum vsus est in vita necessarius exerceantur.

Dignitas & vtilitas vitæ scholasticæ.

Scholæ recte gymnasia dicuntur.

In tali officina omne curriculum industriæ Fabricij elaboratum est, annos amplius *viginti sex*. In quo quidem quo plures molestias vidit, difficultatesq; acerbiores exsorbuit: eo plus opis & emolumenti, ad omnes ciuilis & ecclesiasticæ potestatis partes attulit. Ex ludis enim prodire

integreque sic versatus est, vt & propter carminis venustatem & mores sinceros atque incorruptos, amaretur à multis.

Cumque ad scholarum ministerium vsumque sese pararet; mature nactus est, in schola quidem patria, locum sub *Hertelio*, Fribergæ sub *Riuio*, Lipsiæ vero sub *Bornero*, vbi primum ingenio, moribus & doctrina eius delectati *Werteri*, antiqua nobilitate & virtute fratres in Thuringia, *Wolffgangus*, *Philippus*, *Antonius*, adsciuerunt eum Magistrum & moderatorem studiorum suorum. Nam cum *Wolffgango* profectus est in Italiam, cuius Academiæ tunc studijs liberalissimis florebant, & Professorib. eruditissimis affluebant: Erat enim tunc Italia vere domicilium literarum, ad quam tanquam ad mercaturam bonarum artium proficiscebantur fere omnes, qui anteire cæteros doctrina atque scientia studebant. Ibi ergo non audire solum doctissimos viros, *Lazarum Bonamicum*, cui vna cum Wertero commendatus erat à *Iulio Pflugio*, Neopurgensi præsule, & alios quamplurimos Fabricio licuit: sed Romam etiã ipsam, quæ caput orbis Christiani habita est multis seculis, cõtemplatus est. Idque non eo modo, quo plerique alij, qui adspectu solo contenti sunt: sed ita in omnes partes, angulos, recessus, templa, arces, oculos & mentem coniecit: vt conferre pene singula cum antiquorum descriptionibus, quæ in Poetis præsertim sparsæ sunt, inciperet. Ex quo etiam *Roma* eius nata est, quæ pulcre ad versus vetustorum Poetarum sic aptata est, vt expressa ex illis, & efficta esse videatur. Hoc vero quicquid est, quod certe magnum est, in homine Germano, Werteri liberalitati acceptum referre debemus omnes, quotquot imagine veteris Romæ delectamur, ad quam, si ea, quæ nunc est, conferatur, vmbra vix esse videbitur. Adeo & vetustate temporis, quæ omnia consumit & incursu barbarorum, bellis, incendijs, & alijs calamitatibus diminuta est.

Werteri Fabricium sibi adiungunt.

Fabricius in Italiam proficiscitur.

Romam inuisit.

Fabricii liber cui Romæ titulus.

Cum eodem Wolfgango etiam Argentinense gymnasium adijt, quod optime constitutum, duce & Rectore *Ioanne Sturmio*, prospere feliciterque in studijs optimarum artium procedebat. Eodem postea reuersus est denuo cum fratribus *Philippo & Antonio Werteris*. Inde Misenam, *Ioannis Riuii* potissimum suasu, accersitus ad illustris ludi constitutionem atque gubernationem, annos *viginti sex* fide bona, studio indefesso, patientia laborum & onerum incredibili, & constantia infracta illo officij munere functus est. Et quidem vsque ad extremum vitæ diem in eo permansit. In hoc vero curriculo & puluere scholastico, quamuis difficili & fastidij pleno, non docendo solum & regendo; sed libros etiam scholis vtiles & necessarios edendo priuatim & publice prodesse conatus est.

Fabricius tũ Wertero Argentinam venit.

Misenam accersitur.

Regit ibi ludum illustrẽ 26. ann.

Etenim

corporis externa & interna membra describuntur; deinde singulorum morbi, eorundemque remedia, longo vsu in alijs obseruata, fideliter indicantur. Edidit præterea *Marcelli Palingenii Stellatensis* cuius cadauer, propter pietatis doctrinam, in Italia exhumatum crematumque fuit) poëmata, doctissimis adiectis commentarijs. Vertit etiam ex Italico tragœdiam *Calixti & Melibœi*, item *conciones & apologos Bernardi Ochini*: quæ omnia extant. *Palingenii Zodiacus vitæ.*

Cum vero & homilias *Ludouici Lauateri* in Iosuam cepisset eadem diligentia & fide è Latinis facere Germanicas; annum agens septuagesimum primum, inter ipsos labores, nullo fere morbo laborans, post editam fidei confessionem, actasque DEO pro omnibus beneficijs, & inprimis pro redemtione nostra, gratias, summa cum spiritus lætitia, vultu etiam & verbis ad extremum vsque declarata, die 25. Ianuarij intra primam & secundam pomeridianam, quiete obdormit in Domino, anno Christi 1571. *Obitus Wirsungi.*

Fuit vir pietatis veræ studiosus; consuetudinis suauissimæ; vitæ integerrimæ; literarum & literatorum amantissimus. Amicos habuit suæ ætatis viros præstantissimos, inter quos *Beatus Rhenanius, Conradus Gesnerus*, alij. *Mores.* *Amici.*

Filium reliquit *Philippum*, medicinæ doctorem: filiam vero *Mariam*, elocauit in matrimonium nobili viro, *Christophoro Ehemio*, patricio Augustano, & Cancellario Elect. Palat. quæ paulo post patrem obijt, cum eodem sepulta Heidelbergæ ad D. Petri in choro. *Ex programmate funebri à D. Zanchio, tunc Academiæ rectore, proposito, & aliis.* *Liberi.*

GEORGIVS FABRICIVS.

Ω. 1571. d. 13. Iulii. ætat. 56. curr.

NAtus est *Georgius Fabricius* Chemnicij, vrbe Misniæ celebri & optime morata; anno Christi 1516. d. 24. April. Vt primum ingredi & loqui cœpit, in scholam patriam à parentibus deductus est: vt vna cum ætate molli & tenera pietatis & literarum studijs sese imbueret. Ab his vero initijs progressus est paulatim ad literas Latinas & Græcas, in quibus tantum profecit; vt celeriter æqualibus & condiscipulis suis ingenij gloria antecelluerit. Inprimis vero se ad scribendi carminis studium contulit, ad quod naturæ quædam adiumenta non contemnenda habere visus est. In hoc itaque studio caste *Educatio.* *Ad poesin natura fertur.*

inte-

uit, cum vita eiuſdem ex Plutarcho, Philoſtrato & Dionyſio Halicarnaſſ. quæ Marpurgi impreſſæ ſunt, anno milleſimo quingenteſimo quadrageſimo.

Mores eiuſdem.

Erat illi ingenium mite & placidum, moresque amabiles, ſuaues, ſeniles, manſueti humanique, adeo vt vere dicere queas, cum ad humanitatem & manſuetudinem quaſi diuinitus ſculptum factumque.

Sic in aſpectu inceſſuque, omni denique animi corporisque habitu ac motu, eandem ſuauitatem & lenitatem conſeruabat. Sobrietatis adeo fuit ſtudioſus; vt nunquam illiberalibus conuiuijs libenter interfuerit, nec vnquam ex vllo ſympoſio ebrius ſurgere viſus ſit. Verecundiam inde vſque à puero tanquã omnium virtutum reginam illibatam ſumma ſemper cura retinuit. In reliqua vero vita nihil illo erat pudicum magis, nihil ab omni turpitudine remotius. Poſtremo qualis ante acta vita eius fuit; talis & extremus eius actus, hoc eſt, mors fuit; nimirum pijſſima & placidiſſima. Atque vel ſola vox illa, quam paulo antequam expiraret, omnem prorſus ægritudinẽ ac dolorem diſſimulans, ad ſuos interrogantes, *num dormire cellet*, protulit, inquiens, *iam indormiſcam*: hæc inquam, vox cum qua illico expirauit, vel ſola teſtis eſt, cum lætum & triumphantem ex hac vita commigraſſe, quod factum viceſimo die Iulij, anno Chriſti ſexageſimo nono, ſupra mille quingentos; ætatis ſuæ ſeptuageſimo. *Ex parte tertia Iconum virorum illuſtrium.*

Obitus.

Vox ultima.

Ω.1571.d.25. Ian. ætat.71.

CHRISTOPHORVS VVIRSVNGVS.

Patria.

EDidit *Chriſtophorum Wirſungum* nobilis Imperij vrbs *Auguſta* Vindelicorum, familia patricia & clara, anno ſeculum decimum quintum à Chriſto repræſentato, inchoante.

Vitæ genus Auguſtæ. Heidelbergã commigrat.

Bonis literis à puero imbutus vir euaſit omni laude dignus: ciuis in patria ſua honoratus: ſenior, ſiue diaconus in Eccleſia Auguſtana, multos per annos inculpatus. Poſtea, rebus ſuis ita ferentibus, in Palatinatum Electoralem conceſſit, ſedemq; fortunarum ſuarum, & ſenectutis domicilium *Heidelbergam*, Palatinatus caput, elegit. Eo in ocio ocioſus ipſe minime fuit: ſed è Latina in vernaculam linguam magna diligentia & fide conuertit inſignes * *Auguſtini Marlorati, in totum nouum Teſtamentum Commentaries.* Idem Wirſungus in lucem tunc dedit Germanica lingua *de medicina librum*, doctorum virorum iudicio vtiliſſimum: in quo primum omnia humani

Scripta.

** Qui anno 1562. d. 30. Octob. Rotomagi ſuſpenſus, ac dein capite truncatus.*

Liber medicus Wirſungi.

cor-

que ſupra memini, præterque multa D. Martini Lutheri ſcripta, quæ in Latinam linguam conuertit, præter item operam, quã in Lexico Græco locupletando, Biblijs Græcis, & Homero Græco integre reſtituendis locauit, multa poſteritati lectu digniſſima & vtiliſſima mandauit: vt ſunt *Exegeſis veterũ* cuiuſdã Theologi Græci *Theoduti*, vt putatur; in Epiſtolã ad Romanos ab eo Latinitate donatam: *Theophylacti enarrationes* in omnes Paulinas Epiſtolas Latinæ factæ: *Commentaria Græca* in pſal. centeſimum decimum octauum per ipſum ſcripta: Figurarum, ceremoniarũ, & promiſſionum omniũ veteris Teſtamenti explicatio, & ad Chriſtum filium Dei applicatio: *Auguſtanam cõfeſſionem* Græce ante obitum, licet, nõ omnino ſine labore, propter vſitatas phraſes & terminos purioris antiquitatis, quibus autor iſtius confeſſionis creberrime vtitur retinendos; tamen ex tempore vertit: eiuſdẽ *Apologiam* itidem bona ex parte Græce reddidit. Ex politioribus autẽ literis ſunt: *Nicandri* poetæ Græci *Theriaca & Alexipharmaca*, Latine per ipſum verſa & ſcholijs illuſtrata: *Pindari* Lyrici Græci poetæ opera omnia Latino ſtylo, doctiſſimis additis ſcholijs, reddita: *Sophoclis Aiacẽ* flagelliferum: *Callimachi hymnos* in Iouẽ & Apollinẽ conuertit, & carmine reddidit: *Lycurgi aduerſus Leocratem* Orationem *Demoſthenis orationem de laſſitudine*, Latinis auribus exhibuit. Extat eiuſdem *Grammatices Græcæ, & Rhetoricis Latina methodus*; *Phyſicorum Ariſtotelis* librorum, *de generatione & corruptione*, *de longitudine & breuitate vitæ*: *de vita & morte* animalium; *de anima*: *Ethicorum ad Nicomachum* compendium: *Meteororum ex Ariſtotele, Plinio, Pontano* ſynopſis: In *Dioſcoridis* de materia medica, ſiue de ſimplicibus libros ſex ſcholia, additis nomenclaturis Græcis, Latinis, Germanicis & Hebræis: *Galeni libros de vſu partium humani corporis* in quæſtiones dilucidas & ſuccinctas redegit. *Orationes & declamationes* ſcripſit & habuit plurimas, quarum aliquæ impreſſæ, multæ nec dum editæ.

Theologica.

Philoſophica

Scripta Loniceri.

Sunt ex his oratio ad Imperatorem Carolum V. pro impetrandis priuilegiis vniuerſitatis Haſſiæ: *Genethliacon* Principis Wilhelmi Haſſiæ: Oratio funebris & Epicedia in obitum *Ioh. Ficini* Cancellarij Haſſiæ: Oratio in mortem *Ioh. Ferrarii Montani* I.C. Luctus & Epitaphia in funus *Caſpari Rodolphi*: Oratio de verbo incarnato: Oratio de meliore literatura amplectenda ad ſtudioſam iuuentutem: Græcæ linguæ Encomion. Epithalamia, Epicedia, Epigrammata innumera moralia frequenter ſolebat ſcribere; quæ ſingula recenſere longũ foret. Adſeruant poſteri ipſius, abſolutiſſimos in totũ Pſalterium Dauidicũ cõmentarios; item diſpoſitionẽ & ſummaria in omnes Paulinas, aliaſq; noui Teſtamenti epiſtolas, cum pluribus aliis lucubrationib. Idẽ etiã Iſocratis orationes omnes trãſtulit & recognouit,

Omnes enim & singuli euasere in viros eruditione & virtute eminentes; qui tum in Ecclesia tum in Repub. & scholis tales se præstitere, vt non minus de illis, quam de parente ipsorum prædicari ac dici queat:

Principibus placuisse viris non vltima laus est.

Marpurgum vocatur.

Egit Lonicerus annos quatuor ciuem illustris Reipub. Argentinensis non inutilem, nec ignauum. Quare cum per ora doctorum volaret; venit in Illustrissimi Principis Hassiæ, qui tum prima fundamenta scholæ suæ iaciebat, primorum consiliariorum notitiam, interque eos in D. *Ioannis Ficini* tum Cancellarij Hassiæ; quo patrono à Principe in scholam Marpurgensem accitur honesta ac legitima vocatione anno vicesimo septimo; vt Græcas ibi literas publice doceret. Non ita multis annis post, commissa est ei ad professionem Græcam Hebrææ linguæ lectio: cui vtrique ita præfuit, simulque priuata institutione multos ita erudijt in omnis generis disciplinis honestis; vt trium linguarum peritissimus vbique dilaudaretur. Postea vero circiter annum trigesimumnonum vocatus est à Senatu Reip. Lunæburgensis, vt Ecclesiarum istius populosæ & claræ ciuitatis Superintendentẽ ageret, oblatis vt loco honestissimo, conditioneque splendidissima, sic etiam stipendio valde amplo atque opimo: Verum princeps Hassiæ, qui inprimis suæ scholæ per viros doctos prospectum consultumque cupiebat, quẽque Loniceri eruditio, virtus, integritas, vtilitas denique quæ ex eius tam publica quam priuata institutione ad iuuentutem scholasticam in ea vniuersitate dimanaret, minime fugiebant; dimittere eum omnino noluit, & per literas, quibus dimissionem ei denegat, admodum clementer scriptas, liberalissimarumque promissionum plenas, detinuit.

Inde ad Ecclesiam Lunæburgensem.

A principe suo detinetur.

Inuitatur & in patriam.

Docuerat in ea Academia annos quatuordecim, ad annum vsque quadragesimum primum; quo ipsi à patria itidem Ecclesiarum inspectionis munus honestissimũ ac sacrosanctum, cũ salario annuo satis liberali oblatum est. Spartam tamen, quam erat nactus, ornare maluit. Etsi enim splendoris plus habent alij quidam gradus, tamen si vere volumus æstimare, summa est scholarum dignitas, hisque imperia & omnes politiæ præcipue seruire debebant.

Quoties à publicis & priuatis muneribus ipsi laxamenti aliquid fuit; nunquam ociosus inuentus est; sed semper vel scriptionibus vel lectionibus deditus fuit; quod monumenta, quæ posteritati plurima reliquit, luculenter testantur. Præter enim Catechesin de bona Dei voluntate erga quemuis Christianum, deque sanctorum cultu & inuocatione, quam initio crescentis Euangelij anno vicesimo tertio conscripserat, cuius-

Scripta Loniceri.

que

Mox ex pulueribus istis scholarum triuialium caput exerens atque ex varijs vitæ scholasticæ, quæ in paupertate transigitur, fluctibus fortunæque nouercantis procellis eluctans, tandem in Academiam Erphordiensem, tanquam in portum aliquem quietiorem appulit. Erat autem tum Academia illa præ cæteris Germaniæ Gymnasijs magnæ ac præcipuæ æstimationis; florebatque fama ac celebritate virorum politioris literaturæ peritia excellentiũ. Inde *Wittembergam* se cõtulit motus fama Lutheri, quem ibidem cum alijs ita audiuit; vt velut regeneratus illico videretur, atque ita in studijs tam sacris quam philosophicis progressus est: vt vicesimo quarto Ianuarii, anno vigesimo primo, competitore *Iano Cornario* illo, qui Hippocraticam Medicinam in schola Marpurgensi deinde summa cũ laude professus fuit, in eadem Wittembergensi Vniuersitate consecutus sit Magisterij insignia. Ibi cum obraram linguarum cognitionem doctis viris innotesceret; Philippus Melanchthon & Ioachimus Camerarius eius opera ad Lexicon Græcolatinum, quod tum locupletabant, augendum vtebantur.

Erphordiam se confert.

Inde Wittembergam.

Cum I. Cornario philosophico testim. ornatur.

Iuuat Melanchth. & Camerar. in Lexico Græcolatin.

Sequenti anno vicesimo secundo, Friburgum Brisgoiæ vocatus abijt; vt sanctam linguam ibi profiteretur; verum non amplius anno vno ibi substitit, non sine laude officio suo satisfaciens. Anno exacto illic soluit, & anno vicesimo tertio Argentoratum venit vbi quartum in annum commoratus familiarissimum habuit virum de literis optime meritum *Nicolaum Gerbelium* IC. Agens itaque illic, & rei typographicæ in corrigendis prælorum mendis operam nauans; hortatu Philippi Melanchthonis Græcos codices nonnullos, inprimis vero *Græca Biblia cum noue Testamento, & Homeri opera* diligenter restituit. Catechesin Latinam aduersus Tetzelij diplomatarij indulgentias, de bona Dei voluntate erga omnes Christianos, deque sanctorum cultu & inuocatione, tum edidit. Multa quoque Martini Lutheri scripta ex vernaculo in Latinum vertit, præcipue alteram partem enarrationum Euangelicarum Dominicalium: Commentarios super quasdam sacras odas, thesimque illam; quod *Christus Iudæus natus sit*: catechesin Lutheri maiorem; enarrationes in Abacuc prophetam. Atque sic non solummodo humanioribus ac philosophicis; sed & sacris studijs à iuuentute sedulo incubuit.

Abit Friburgum Brisgoiæ.

Argentinam petit.

Nicolaus Gerbelius.

Iuuat typograph. operas

Restituit auctores Græcos.

Vertit Lutheri scripta.

Dum Argentorati commoratur, vxorem ducit, anno vicesimo quarto, honesti istius Reipubl. laudatissimæ ciuis filiam. Vixit cum ea in annum quadragesimum sextum coniunctissime, ad canos vsque & plenam senectutem. Suscepit ex eadẽ multam vtriusque sexus prolem, filios præcipue quinque, qui parentis simillimi paternas virtutes strenue æmulati sunt.

Ducit vxorẽ.

Amici.

Felix fuit plurimorum ſuæ ætatis doctorum amicitia; quos nominare hic non eſt neceſſe. Collegio illi, de quo diximus, cum eſſet præfectus: *Eraſmo* Baſileam reduci, & vitæ ibidem cataſtrophen exſpectaturo, vinum honorarium officij cauſa offerebat. In mutuum complexum poſtquam veniſſent, & dextras iunxiſſent: Eraſmi manum Oporinus durius compreſſit. Ille, vt erat chiragricus, grauiter ſe lædi exclamat. Siue ſerio ſiue ioco hoc ab Eraſmo factum; Oporinum conſtat attonitum obmutuiſſe. Id animaduertens Eraſmus, amice compellat: vinum infundi iubet; & vt animum recipiat hortatur. Conſedit cum ſuo comitatu, qui ob Eraſmi aduentum frequens erat, Oporinus: & ſemel atque iterum in orbem redeunte poculo, ad ſe quoque reuerſus, docta & graui oratione atque Eraſmo ipſo digna, Eraſmum excepit. Digreſſi ſunt non abſque mutui amoris fomite; quo veræ beneuolentiæ ſancte cultæ igniculos ſemper aluerunt. Ex amicis itidem non defuerunt: qui liberalitate ſua, vbi ille defecerat, paratiſſimo ſubſidio fuerunt; ac ſæpe omni ope deſtitutum tempeſtiue ſubleuarunt. Digna equidem æterna memoria & prædicatione eſt munificentia *Ludouici Grempii* I C. Argentinenſis Reipubl. aduocati, & *Ioannis Sturmii*, Academiæ ibidem rectoris, qui debitæ pecuniæ non exiguam ſummam Oporino mortuo remiſerunt. Idem fecit *Henricus* Petri*, typographus celebris; qui *quadringentos florenos* in vſum typographicum Oporino ſuppeditatos, pupillo liberaliter condonauit. *Henr. Pantal. l. 3. proſopogr. Andreas Iociſcus Sileſ. oratione de vita & obitu Oporini, Zwingerus in Theatro.*

Eraſmi cum Oporino familiaritas & iocus.

Ab amicis ſubleuatus Oporinus.

* Ω. 1579. d. 24. *April.* ætat. 71.

IOANNES LONICERVS.

Ω. 1569. die 10. *Iul.* ætat. 70.

HIc anno à partu virgineo nonageſimo nono, ſupra mille quadringentos, *Orthernii*, quod oppidum eſt comitatus Mansfeldenſis, honeſtis parentibus, eius oppidi ciuibus, in lucem editus, cum ea eſſent tempora, quibus ſcholæ per Germaniam reſtituebantur; rudimenta literarum in ludo patriæ celeriter arripuit. Verum cum paulo durius à vitrico iniuſto tractaretur, qui eum ab honeſto propoſito ad alias illiberales artes retrahere conabatur; *Iſlebiam* conceſſit, ibique ludum literarium frequentauit, ne teruncium à vitrico in ſumtus faciendos accipiens. Deus tamen mirabiliter illi de victu & amictu, ſi nō ſtatim liberaliter, ita tamen proſpexit; vt multa ferens, multa faciens ſudansque & algens, dum diuinum auxilium in timore Dei expectaret, nihil intolerabilis inediæ inopiæve perpeſſus ſit; iuxta & ſtudia ſua ſedulo vrgendo, & honeſtis adoleſcentibus miniſteria ſua deferendo.

Orthernium patria Loniceri.

Vitricus eum à ſtudiis retrahit.

Iſlebiam concedit.

Ibi pauperrime ſuſtentatur.

Mox

Publicis lacrymis, priuata pietate, ſexagenario
maior heic conditur.
Frugifer Autumnus periit dis notus & orbi,
Orthion elapſus nautis meditatur Arion.
Quantula ſint hominum corpuſcula diſce Viator:
Magnus Oporinus conditur hoc tumulo.

Paucis ante obitum diebus, machinæ horariæ pondera, ex ijs, quæ campanæ pulſu ſomnum excutiunt, ſuperne cum ſuauiſſimo tinnitu, in pectus ſuum deuolui per quietem vidit; tanto cum impetu, vt ſtertentem etiam excitarit: tanta cum harmonia, vt vel recordatione ſola mirifice oblectaretur. Eo concentu edito, pondus ipſum incredibili celeritate, pari ſtrepitu elabi viſum. Ipſe ſubridens: *Miſericordias Domini quis enunciabit? qui innumeris donis ſuis hanc tam placidam & paternam admonitionem, ceu colophonem addere voluerit. In manus certe tuas, Deus, & vita, & mors noſtra. Tu miſerere noſtri.* *Somnium in morbo.*

Fuit vir religioſus & integer, erga omnes præſertim ſtudioſos, ſupra facultatum modum, liberalis; in ſuos pietatem declarauit ſingularem. Nam cum pater artem ſuam deſeruiſſet: ne idola & id genus imagines pingeret: illum Oporinus, innumeris grauiſſimarum expenſarum moleſtijs vndiquaq; circumuentus, pie aluit, nihilque ipſi, quam diu ſuperfuit, defieri eſt paſſus. Ijſdem pietatis officijs ſorores (matrem enim mature amiſit) proſecutus. Erat in eo veritatis ſtudium maximum, & candor illæſus. Exſpaciatus aliquando ad *Ioannem Rodolphum Stoer*, Abbatem Morbacenſem, negotij cuiuſdam conficiendi cauſa. Cum admiſſus continuo non eſſet, domum redijt; & ſatis acerbas ad Abbatem literas miſit: quibus ludibrio ſe & morionis loco haberi, moleſtum ſibi eſſe oſtendebat: ſed quia *ſtultorum* eſſet, *vera dicere*, ſe quoq; vera dicturum affirmabat. Inde in ſtolidam aulicorum plerorumq; ſuperbiam eſt inuectus; qui imperitia aliorum abuſi, vſurpata omni adminiſtratione & imperio inſoleſcerent, altosque gererent ſpiritus. Abbas, ne *cicadam ala corripere*, amiciſſime Oporinum inuitauit: & annuum ſtipendium, quo Sigiſmundum Gelenium, virum doctiſſimum, honorauerat, poſt obitum illius in Oporinum, bibliothecæ ſuæ locupletandæ ergo, tranſtulit. *Ferdinandus* Auguſtus, hominis quoque probitatem amplexus, clementiſſime ſe Oporino dedit: & vt merces eius improfeſſæ Briſaci, ad Rhenum oppido peramœno, vbi portorium Auſtriaci colligunt, præterueheretur, benigniſſime conceſſit. Sed Oporinus, futura vel compendia, vel diſpendia parum conſiderans, hanc quoq; neglexit cõmoditatem. Palatin. etiã Elector *Fridericus* Oporini integritatẽ & in excudendo induſtriã miratus, Haidelbergã eũ inuitauit: vbi res ſuas melius fortaſſis ſtabilire potuiſſet: niſi p natalis ſoli dulcedine maxime opimas cõditiones repudiaſſet. *Pietas in ſuos.* *Mores Oporini.* *Veritas & candor.* *Charus Imp & Elect. Palatin.*

epitomen ab innumeris mendis repurgauit: annotationes *in Tusculanas* quæstiones scripsit: quædam *in Theocrito & Xenophonte* è Græco vertit: *Hesiodi opera* ad verbum expressit, adiectis annotationibus: *Aristotelis opera* omnia vt latine ederentur primus curauit, doctissimorum virorum translationibus vndique conquisitis, & in ordinem redactis. Vt etiam maiori cum fructu artium bonarum studiosi in autorum lectione versari possint: indices in eos copiosos & laboriosos confecit: id quod in *Platone*, *Aristotele*, *Plinio*, *Polluce*, *Celio Rhodigino*, & compluribus alijs apparet.

Indices in auctores varios scribit.

Celebritas eius.

Istiusmodi lucubrationibus, & optimorum quorumuis auctorum politis editionibus à doctis omnibus gratiam inijt maximam: & nomen in repub. literaria sibi comparauit præclarum ac nunquam intermoriturum. Quicunque enim illius æuo aliquid in publicum ingenij ac doctrinæ monumentorum daturi erant; Oporini ex officina id vt prodiret, expetiuerunt: literis & dedicationibus etiam ipsum ornarunt: rati vel hinc lucubrationibus suis non parum dignitatis & commendationis accessurum: si Oporini nomine & typis scripta sua in aliorum conspectum venirent. Ita *Andreas Vesalius*, vt de alijs taceam, opus anatomicum Oporini typis commisit: *Erasmus* etiam complura eadem in officina edidit.

Ducit quartam vxorem.

Tandem *quarta vxore* ducta, vidua *Vlrici Iselini*, *Bonifacii Amerbachii* filia, adsiduis eius precibus, quod ferendo tanto oneri eum senecta ingraescente diutius vix futurum præsagiret victus, typographiam vendidit, nunquam suarum rationum subducta summa. Non multo post suscepit filium, senectutis suæ solatium, & familiæ columen futurum. Nec tamen diu gaudium hoc gaudere ipsi datum est. Quinto enim post illum natum mense, ex catarrho & cephalalgia epidemia cepit decumbere, cum alioqui corpore esset sano & firmo. Excepta enim paralysi, qua in itinere aliquando fuit affectus, nunquam alias ægrotauit. Vigesimo post die, sexto Iulij, anni sexagesimi octaui, supra mille quingentos, circa horam nonam antemeridianam sexagenario maior rebus humanis eximitur. Elatus est humeris Academiæ: & in summo templo, iuxta exuuias *Gynæi*, *Oecolampadii*, *Münsteri*, & aliorum, qui viuacibus ingenij monimentis nominis perpetuitatem sibi pepererunt, sepultus, cum tali epitaphio:

Vendit typographium.

Morbo epidemico corripitur.

Eoq; exstinguitur.

Epitaphium eius.

Æternitati.

IOANNES OPORINVS

Basil. typographus,

Doctus, operosus, elegans

Libris innumeris,

Virtutum hæredē ex IV. coniuge vnico relicto,

Publicis

matre affine sperabat, irritato illius animo amisit. Omnes tamen ærumnas istas ac difficultates ingenti animo pertulit ac superauit: & vt eluctari posset omnibus neruis contendit.

Excudit varia.

Prodierunt itaque ex Oporini officina scripta optima & doctissima, cum vetustate tum vtilitate veneranda. Inprimis sacra in hominum manus cura sua & diligentia peruenire cupiuit: vt ex indice librorum per Oporinum excusorum videre est. Præterea quod argumentum diligentiæ est certissimum, nullum opus, nisi à semetipso correctum, lucem vidit. Operas, quas librorum impressio postulat, supra facultatum rationem fouit, & liberaliter aluit, sæpe etiam ab alijs librarijs dimissas, recepit: vt non raro supra *quinquaginta* sustentarit.

Magna cum diligentia & difficultate.

Cumque altera Typographi cura sit: vt cum emolumento suo exemplaria impressa distrahat: & laborum sumptuumque fructum pereipiat: etiam hic Oporinus omnia sibi aduersa est expertus. Nam non tantum à fœneratoribus misere fuit exagitatus; qui sæpe *pro sorte centum florenorum viginti*, imo *& triginta*, vsuræ loco ab ipso extorserunt: fuit ipse etiam rerum suarum fere nimium negligens & securus. Etenim in annotandis nominibus, & accepti atq; expensi codicibus accurate describendis, summa fuit eius incuria: & in sua pro alijs fide interponenda, exponendaq; pecunia, facilitas maxima. Qua quidem in re sæpe indigne fuit deceptus; ita vt desiderata debitorum fide, vltra *octo millia* in nominibus parum liquidis habuerit.

Negligentior in Oeconomia.

Grande æs alienum contrahit.

Tantum tamen abfuit: vt de pertinaci suo studio aliquid remiserit, vel laboribus & curis domesticis succubuerit: vt quod Iuno apud Tragicum de Hercule queritur, superarit & creuerit malis, iraque fortunæ frueretur, in laudes suas eius vertens odia. Summum iuuandis humanioribus disciplinis studium & indefessum conatum, vel illud Aldinum testatur, quod instituto suo accommodatum Musæi foribus præfixerat: *Quisquis es, rogat te Oporinus etiam atque etiam: vt si quid est, quod à se velis, perpaucis agas: deinde actutum abeas: nisi tanquam Hercules defesso Atlante, generis suppositurus humeros. Semper enim erit, quod & tu agas: & quotquot huc attulerint pedes.*

Inscriptio Musæi Oporiniani.

Nec vero solum aliorum lucubrationes & scripta edidit: verum plurima etiam suo Marte conscripsit, ac in ordinem redegit. Nam in *Solini Polyhistoris* aliquot capita scholia scripsit: varias Doctorum *in Demosthenis orationes* annotationes collegit: *propriorum nominum Onomasticon* confecit: censuras *in Vallæ elegantias* conquisiuit: annotationes varias *in Ciceronis opera* in ordinem redegit; idem *in Plinii historia naturali*, & aliorum scriptorum monumentis præstitit: *Bucolicorum Latinorum* auctores omnes, & insuper recentiores *Comicos & Tragicos*, vna cum *Satyrographis*, coegit & coniunctim edidit. *Plutarchi* vitarum

Scripta & opera Oporini.

Succedit Grynæo in professione Græca.

auctoritate senatus, Grynæus iuberetur: effecit, vt in eadem professione & collegij Augustiniani procuratione, cui antehac præfuerat, sibi Oporinus substitueretur. Ad studia itaque & secundas nuptias reuersus magna cum laude & auditorum fructu munere isto scholastico est functus. Mira enim in docendo erat perspicuitas, dexteritas, & erudita facilitas. *Plutarchi Vitas* Græce frequentibus auditoribus, docte & prudenter enarrauit. Domum cum suis reuersus prælecta accurate ab ijsdem exigere solebat. Interdum & poeticen docebat: ac versus discipulorum rara cum humanitate elimabat, singulis candide ostendendo, quid desideraret.

In hoc igitur labore cum totus esset: Academia illa decretum facit: vt quisque Professorum in ea facultate, in qua doceret, gradum summum petat, si antea non sit consecutus. Ibi quidam, trigesimum ætatis annum egressi, cum eo vsque huiusmodi eruditionis testimonia neglexissent: ea tunc ambire, aut oblata suscipere recusarunt: quibus dimissis alij eorum in locum fuerunt recepti. Inter eos cum & Oporinus esset: animum ad typographiæ studium conuertit: & cum affine Roberto Wintero auctores melioris notæ typis cepit exscribere. Offerebant ei Academiæ præsides, qui de ingenio eius præclare sentiebant, multis iam maturæ eruditionis editis testimonio probato; satis amplos ex Canonicatu D. Petri reditus, si Iurisprudentiæ studium aggrederetur. Sed Oporinus remotum à litibus vitæ genus amans, & flexibiles illas in vtramq; partem casuum disputationes auersatus: hanc quoque occasionem neglexit: eoque illustri documento fuit, Deum actionum nostrarum & finem & rationem prouide ac sapienter regere & dirigere: eo modo, quem ad verbi sui propagationem, nominis sui gloriam, & nostrã salutem maxime expeditum nouit. Vt enim typographia à studijs Oporinum retraxit, intercepto solidioris, magisque durabilis prosperitatis, quam attulissent, cursu: ita eximiam ad reipubl. literariæ commoda accessionem adiunxit, alijsque suo damno præfuit.

Relicta professione ad typographiã transit.

Inuitatur ad iurisprudentiæ studium.

Damnum facit è typographia.

Plenis itaque velis in typographicum mare delatus, naufragium primum per Winterum fecit: qui vxoris luxu perditus præter officinam nihil reliquit. Hanc à creditoribus septingentis florenis, aliunde mutuo acceptis, precio mercem longe superante; redimere est coactus. His initijs, hoc ære, & antea cum Wintero contracto; & tum emta ipsius officina accumulato, typographicam negotiationem cepit: subinde versuram faciens, omni conatu ob pecuniarias difficultates in nihilum prius relabente. Non enim tantum à parentibus nihil ad eum redijt: sed pecuniæ numerum haud exiguum, sexcentos pene florenos excedentem, quem à *Ludouico Bero* Canonico, suo à

matre

sublati, viduam vxorem duxit; vetulam morosam & austeram: quod ipse Oporinus sæpe dixit: *idem sibi quod Socrati accidisse; vt cum Xantippe philosophari diceret.* Postea anno Christi trigesimo ludo patrio præfectus, feliciter iuuentutis studia est moderatus. Sed is quoque scholasticæ vitæ cursus, cito est interruptus. Cum enim naturæ præstantia ipsum non nisi ad summa hortaretur: autore & suasore *Ioanne Oecolampadio*, medicinæ se studio addixit: præsertim cum ibi esset *Theophrastus Paracelsus*, qui vnius anni spacio eximium illius artis doctorem se perfecturum polliceretur. Cum hoc igitur, quamdiu Basileæ vixit, semper est versatus, domestica etiam eius consuetudine vsus, & amanuensis officio functus. Et certe plurima ex ijs, quæ sunt Paracelsi impressa, Oporini manu scripta fuere: quæ ipse, vt erat facilis, istius sectæ hominibus haud grauate communicauit. Fidem & diligentiam Oporini ipse Theophrastus prolixe commendauit: ac in quodam libello ex multis famulis vnicum se Oporinum fidelem expertum esse fatetur. Promiserat Theophrastus laudani cõficiendi rationem Oporino se traditurum; qua spe illectus eum in Alsatiam est comitatus: & biennium alterum apud eum hæsit. Tandem impetraturum se à magistro suo, quod cupiebat, diffidẽs; eum deseruit: & Basileam ad vxoris imperium, accepta ab illo laudani portione, redijt: qua, veluti diuina virgula non multo post, seruatus fuit. Sumpto enim purgandi causa, Mercurio præcipitato: rixa cum vxore orta, noctu domo egressus, ad patrem contendit. Hausta in via aqua copiosiore; & quia pulsandis ædibus, patri dormienti, molestus esse nollet, ad fores adsidens frigore oborto, toto corpore, capite inprimis, adeo intumuit: vt de vita medici desperarent. Dum ita aliquandiu decumberet; & quodam die solus in lecto esset; recordatus laudani sui, ad peram, qua continebatur, arrepsit: ac tres pilulas deglutijt. Ibi somno cõsecuto, contra vxoris opinionem, quæ mortuum inuenturã se sperarat, tumore sublato, incolumis euasit. Postea mortua vxore Lucernæ, quo bonorum suorum causa quotannis excurrebat: amplam quidem hereditatem aditurum se putabat: sed tantum abfuit; vt aliquid obtinuerit; vt etiam iure rem experturus, fraude affinium non leue damnum fecerit. Docebat eo tempore Græcam linguam Basileæ magnus ille *Grynæus* Haidelberga illuc accersitus. Is Oporinum propter ingenij, & morum elegantiam, & Græcæ linguæ præstantem cognitionem plurimum diligebat: & hic vicissim Grynæum præceptorem, omni cultus & pietatis studio reuerenter obseruabat. Subinde igitur Grynæus res Oporini promouere: studia eius & ingenium alijs cõmendare: omnibus denique humanitatis officijs ac beneuolentiæ, honori & cõmodo ipsius consulere. Quare cum S. Scripturã explicare,

Coniugem ducit primam.

Præficitur scholæ Basileæ.

Medicinæ dat operam, & Paracelsum audit.

Quem in Alsatiam sequitur.

Laudani ope seruatur.

Oporini cum Grynæo familiaritas.

IOANNES OPORINVS.

Ω.1568. d. 6. Iulii, ætatis 60.

NAscentem *Oporinum* excepit Basilea anno Christi, supra milleſimum quingenteſimum ſeptimo, die conuerſionis Pauli, 25. Ianuarij. Patrem habuit *Ioannem* Herbſt pictorem, & virum pium, ſed in re tenui. Familiæ nomen ex vernacula lingua in Græcam commutauit; illud ex Martiali:

Oporini nomen vnde.

Si daret autumnus mihi nomen ὀπωρινὸς eſſem:
Horrida ſi bruma ſidera, Χειμερινὸς,

ingenioſe mutuatus, cum non obſcuro omine, fore aliquando, vt cum *Roberto VVinter*o, qui Chimerinum ſe poſtea vocauit, typographicam negotiationem iniret.

Robertus VVinter.

Pater ipſe filium literarum rudimenta docuit: & in ludum literarium duxit: ac tradita à præceptoribus, domi exegit & repetiuit. Poſtquam in patria feliciter fundamenta iecisſet: ob patris inopiam *Argentinam* deſcendit: & in pauperum ſcholaſticorum contubernio quatuor fere annos vixit. Docebat ea in vrbe tum *Gebuinus*, doctus informandæ iuuentutis moderator. Hoc magiſtro & duce Oporinus vſus tantum profecit: vt Latine pure loqueretur, & Græcæ linguæ non prorſus ignarus eſſet. Maturitatem ætatis & iudicij adeptus, patriam repetit, perfectæ eruditionis deſiderio ductus. Viros igitur doctos, quorum Basilea ſemper ferax fuit; ſedulo audiuit: & eorum inſtitutione iudicium de artibus humanioribus, quarum guſtum iam perceperat, informare didicit. Sed eum curſum diu tenere non potuit.

Argent. venit Oporin.

Redit Basileam.

Cum enim patria paupertas, ſubſidia domeſtica negaret; nec quod aliunde accederet, ſperare poſſet: ad Abbatem S. Vrbani, quod monaſterium Heluetiæ eſt ſub ditione Lucernenſium ſe contulit: & ibi iuuentutem, quæ aliquando in collegium recipienda erat, docuit. Ea in conditione agens venit in familiaritatem *Xylotecti*, canonici apud Lucernenſes. Coniungebat eos, quæ in conciliãda amicitia plurimum poteſt, ingeniorum ſimilitudo & politiorum literarum cultura. Hunc Xylotectum Euangelij puritatẽ amplexum, monaſticæ ipſe ſcholæ pertæſus, Basileam eſt ſecutus, ſtudiorum curſum continuaturus. Sed cum nec tum ſubſidia vlla à quoquam ſuppeditarentur: Græcos Theologos vt Irenæum & alios deſcribendos ſuſcepit: quos magno ſumtu *Ioan. Frobenius* Græce in publicum emittebat. Deſcripſit etiam ipſe ſibi cum magna tunc temporis eſſet excuſorum librorum caritas, Latinos poetas: eosque ãdſidua lectione familiariſſimos ſibi reddidit. Quam adoleſcentis induſtriam conſpicatus Eraſmus: plurimum eum dilexit: vtq; gnauiter pergerẽt, hortatus eſt.

Egeſtas Oporini.

Fit ludimagiſter.

Xylotectus amicus Oporini.

Deſcribendis libris ſe tulit.

Anno deinde vigeſimoſeptimo Xylotecti, peſtis contagione ſubla-

& commentariorum in Genealogiam Austriacam libros duos, ex annalibus & Chronicis fide dignis, diplomatibus peruetustis, ac tumulorum hinc inde perscrutatione, collectos. Fuit igitur rerum Græcarum simul Romanarum, & Germanarum non indiligens scriptor, patriæ illustrator, & solers antiquitatis indagator. Itaque ex medico Cæsareo à *Ferdinando* non solum in consilium, sed etiam, ob egregia erga se ac Rempublicam literariam merita, in ordinem equestrem est allectus: multisque & amplis ab eodem honorum insignibus nobilitatus.

Lazii elogium & dignitas.

Viuis exemtus est Viennæ Austriacæ in patria, iam quinquagenarius, anno sexagesimo quinto, non, vt plerique volunt Chronologi, quinquagesimo quinto. Nam si anno quinquagesimo octauo ipse suo libro ac parti numismatum præfationem scripsit, vtique mortuus tum non fuit. Quæ præter supra indicata opera in lucem ediderit, aut post mortem eius edita fuerint: recensent Bibliothecæ. Est autem, vt ἐν παρόδῳ hoc addamus inter libros à Lazio erutos, & *Abdiæ Babyloniæ Episcopi, historia Apostolici certaminis, à Iulio Africano versa*, cuius exemplar vnum in cœnobio Offiacensi Carinthiæ, alterum in cœnobio S. Trutberti in sylua Hercynia inuenerat: qui autor an γνήσιος sit, nec ne, iudicabunt eruditi. Exstat in eum hoc Ioannis Lauterbachij epigramma:

Obitus eiusdem.

Abdiæ Babyloniæ Episcopi historia.

Romanæ quæris celebratos vrbis honores,
Terrarum quondam qua caput orbe fuit?
Lazius historiæ veterum celeberrimus auctor,
De Roma scripsit quæ dominante, vide.
Ausoniæ fines, celebrem grauitate Senatum,
Præclaros bello militiaque duces:
Difficiles pugnas, legiones, arma, cohortes,
Classes, hostili signa relata grege:
Diuersos ludos, varia ornamenta, sacrorum
Ritus, gentiles qui coluere Deos:
Hæc super à domina deductos vrbe colonos
Cognosces: vivas ne rudis historia.
Historia præstant vitæ præcepta regendæ:
Alterius discas cautus vt esse malo.
Historia præstant, rerum mens gnara priorum,
Vt sera curam posteritatis agat.

Epigramma Lauterbach. in Lazium.

Historiæ vtilitas.

Ex præfationibus operum Lazij, Thuani histor. libro 16. Iconibus Reusneri, alijs.

Ingenium, virtus, pietas, monimenta, labores,
Immenso passim cognita in orbe volant.
Morte carens superas conscendit spiritus arces,
Ac sancta diuum sede beatus agit.

Ex lib. 3. Prosopograph. Zwingeri theatro, Erasmi epistolis, & alijs.

WOLFGANGVS LAZIVS.

Ω. 1565.

Vienna olim Fabiana.

PRotulit hunc *Vienna Austriæ*, quæ olim Fabiana, seu Flauiana fuit dicta, vt ipse Lazius in Viennæ descriptione testatur. Incidit eius natalis in diem vltimum Octobris, anni à Christo nato decimi quarti, supra mille quingentos. Patrem habuit Medicinæ doctorem, & Poliatrum ibidem, *Simonem* nomine. Hic cum filium ingenio felici præditum animaduerteret; à teneris eum bonis literis ac moribus imbuendum, excolendumque curauit. Et quando, vt Poeta ait:

Patet Lazii.
Studia.

Naturæ sequitur semina quisque suæ;

historiarum ipse inprimis fuit amans; & res antiquas, abstrusas, ac reconditas eruere Philistor ac Polyhistor, singulari diligentia conatus est. Cum studio autem historico Philosophiæ ac Medicinæ cognitionem coniunxit; in qua vtraque tantos fecit progressus, vt Medicorum ἀξίωμα publica solennitate Academiarum fuerit consecutus.

Scripta.

Postea se ad scribendum contulit, & Viennã patriam suam, adeoque totam Austriam, suis scriptis plurimum illustrauit: omnemq; antiquitatem solertissime indagauit. Edidit & *commentariorum Reipublicæ Romanæ, in exteris prouinciis bello acquisitis constitutæ, libros duodecim*, opus quod totius veteris historiæ fundamenta nodosque complectitur. Præterea conscripsit *volumen de migrationibus gentium*: eoque nomine inuestigauit, excussitque, & id tertium, tempore anni incommodo, authores vetustissimos, in vetustioribus cœnobijs *Austriæ, Carinthiæ, Stiriæ, Cilii, Sueuiæ, Heluetiæ, Brisgauiæ, Alsatiæ, Sundgauiæ*, & nigræ syluæ, inter blattas & tineas in situ & squalore delitescẽtes; emensus vno itinere vltra ducenta milliaria, vt ipse scribit. Collegit etiam ingens *opus*, auspicijs *Ferdinandi* Augusti, commentariorum *vetustorum numismatum* quatuor sectionibus distributum: eiusque domus, vt ipse appellat, *tegulam* foras dedit, anno millesimo quingentesimo quinquagesimo octauo, tabulam primam sectionis tertiæ partis secundæ. Explicat in ea Rerumpub. per *Asiam, Africam, & Europam* antiquitatis historiam, nodosque varios ac difficiles soluit Edidit

Peregrinatio antiquitatis eruendæ causa.

Opus numismatum antiquorum.

& com-

pularem, ætate grauem & doctrina clarum, aliquid auditurum, quod olim meminisse iuuaret; iam vero se ita excipi, vt dicturus sit: *Glareanum gratias cum Musis non coniunxisse.* Ibi Glareanus veniam precatus, & senectuti adscribendum dicens, ostensis veterum Romanorum numismatibus, benigne hospitem adolescentem dimisit. Et cum si poetæ fides habenda;

Principibus placuisse viris non vltima laus sit:

neque hac destituitur Glareanus: qui & *Carolo* quinto & *Ferdinando* Augustis fuit gratissimus: adeo vt & familiarem suum in literis salutare non dubitarint. Intimus præterea fuit *Erasmi*, *Zasii*, aliorumque tunc temporis celebrium virorum *Gratus principibus.*

Tandem cum rem literariam diu voce & scriptis iuuisset: ætate & laboribus exhaustus, anno suæ ætatis septuagesimo quinto, salutis vero sexagesimo tertio, supra mille, quingentos, fatis concessit; cadauer in Dominicanorum æde Friburgi Brisgoiæ honorifice terræ mandatum est.

Ad Chori circuitum Academia in aurichalco tale ei epitaphium posuit:

HENRICVS GLAREANVS, POETA LAVREATVS, GYMNASII HVIVS ORNAMENTVM EXIMIVM, EXPLETO FELICITER SVPREMO DIE, COMPONI HIC AD SPEM FVTVRÆ RESVRRECTIONIS PROVIDIT: CVIVS MANIBVS PROPTER RARAM ERVDITIONEM, CANDOREMQVE IN PROFITENDO, SENATVS REIPVBLICÆ LITERARIÆ GRATITVDINIS ET PIETATIS ERGO MONVMENTVM HOC ÆTERNÆ MEMORIÆ CONSECRATVM POSTERITATI VT EXSTARET, ERIGI CVRAVIT. EXCESSIT VITA ANNO SALVTIS M. D. LXIII. DIE XXVIII. MENSIS MARTII, ÆTATIS SVÆ LXXV.

In eius obitum viri doctissimi varia epicedia & epigrammata funebria Græce, Latineque conscripserunt; de quibus est hoc epitaphium:

Qui modo Phœbea redimitus tempora lauru,
Ornabat nostra clara theatra schola:
Germanáq; decus gentis super ardua cœli
Astra sui fama nominis extulerat:
Nunc pius immitti Glareanus morte sepultus
Squalida terrenis vermibus esca iacet.

ing nium,

Docet ibi publice & priuatim.

discipulorum ex præcipua Germaniæ nobilitate turbam aluit; inque omni disciplinarum genere perpoliuit: vt domus eius vere audiret optimarum artium officina, illoque seculo nullus fere Germaniæ angulus reperiretur, in quo non aliquot etiam huius Glareani discipuli. Nec tantum viua voce docuit, sed etiam optimos quosque autores, scribarum inscitia & temporum iniuria deprauatos, solerter restituit: id quod in *Terentio, Homero, Ouidio, Lucano, Cicerone, Salustio, Liuio, Suetonio,* & *Dionysio Halicarnasseo* videre est: quos omnes suis commentarijs ita illustrauit: vt intelligi iam ab omnibus citra negotium possint. Exstat eiusdem commentariolus in *Cornelii Taciti* libellum de situ, moribus & populis Germaniæ, vetera eius vocabula paucis explicans.

Lucubrationes & scripta.

Descriptio Heluetiæ.

Patriæ fuit amantissimus, eiusque carmine Epico concinnauit *descriptionem*, quæ exstat cum commentario *Oswaldi Molitoris* Lucerini. Scripsit & panegyricum in laudem quatuor Pagorum, & tredecim vrbium Heluetiorum; in quem idem Molitor est commentatus. Hic labor ab Heluetijs magnifice exceptus, vt in præfatione ipse narrat, & liberaliter fuit compensatus, cum concilio Heluetiorum, quod Tiguri anno decimo quarto habebatur, obtulisset. Nulla præterea fuit liberalium artium, quam non à Sophistarum tricis liberarit. Hoc modo *Grammaticam* restituit: *Dialecticam* & *Rhetoricam* expoliuit: *Mathematica* breuiore methodo proposuit: & præsertim de arte *Musica* atque varia proportione, libros doctissimos conscripsit: & *Chronologiam* in totam Romanam historiam edidit.

Mores & virtutes.

Poetæ bibaces.

Fuit vir, vt si quis alius, integra & inculpata vita moribus alacribus & festiuis, ac prorsus omnium horarum homo. Abhorruit, etsi poeta, quod genus hominum bibax audit, à compotationibus temulentis, ab alea, ab omni αἰσχρολογίᾳ à scortis: quorum etiam nomina ferre non potuit. Interrogatus aliquando, *quomodo viueret?* respondit; *bene, viuo more principum*: Tum alter; *quid hoc sit, non capio satis*: Hic Glareanus: *Habeo*, inquit, *ibum & potum, & multa debeo.* Cum in conuiuio à quodam importunius vrgeretur; vti propinanti satisfaceret: *Ecquem vero tu me esse putas?* inquit, cum is virum probum atque doctum respondisset: *Ergo, ne cane meo sim indoctior, quam diu sitio, tam diu bibendum esse scio.* Fuit tamen ὀξύχολος & morosior, ætate præsertim deflexa.

Guil. Stuckii cum Glareano colloquium.

Venit aliquando ad eum *Guilelmus Stuckius* tum iuuenis adhuc salutandi causa. Hunc vbi Tigurinum esse cognosset: *Ergo*, inquit Glareanus, *es de illorum numero, qui habent Euangelium in ore, diabolum in corde.* Hic cum generosus adolescens aperte & modeste respondisset: venisse se ad ipsum, vt popula-

octauo supra mille quadringentos. Primis literarum fundamentis in patria feliciter iactis, ad publica Germaniæ Gymnasia sese contulit: inprimis autem *Colonia Agrippina* complusculos hæsit annos, ibique in Gymnasio Montano accessiones ad eruditionem non vulgares fecit; & testimonium philosophicorum profectuum publicum virtute & doctrina sua promeruit. Maximilianus item primus Imperator, Caroli quinti auus, princeps æterna memoria dignus, fautorque literarum & literatorum summus, eundem Glareanum, honestorum virorum commendatione complexus, laurea, poetices insigni Coloniæ coronauit, & annulo eximio donauit. Ea in coronatione, quæ facta est anno CHRISTI duodecimo, supra mille quingentos, carmen Heroicum & panegyricum audiente amplissimo Principp. Germaniæ consessu, coram ipso Augusto, non sine gloria multorumque admiratione; ad Dorium tonum modulatus est: quod deinde *Ioanni Cæsario*, philosopho & medico, præceptori quondam suo cum annotationibus breuibus dedicauit. Reperitur id in tomo primo scriptorum Germanicorum, à D. Schardio editorum.

Colonia dat literis operam.

A Maxim. I. laurea donatur.

Gratias carmine publica in panegyri agit.

Ioan. Cæsar. præceptor Glareani.

Colonia Basileam anno decimo tertio reuersus, *Erasmum Rotterodamum*, *Guilelmum Budæum*, *Huldricum Zasium* & alios, sibi reddidit eruditione ac virtute sua non amicos, sed familiarissimos.

Basileam venit.

Postea *Lutetiam* Parisiorum anno vicesimo secundo profectus, per triennium ibi hæsit, & stipendio regio vsus, magna diligentia quicquid deerat, condidicit; ita vt cum doctissimis quibusque eius ætatis viris conferendus videretur. Doctrina ergo solida instructus in patriam redijt, atque Basileæ in philosophicorum professorum numerum allectus est. Ibi in collegio per aliquot annos œconomum egit, atque tam priuatim, quam publice docendo, iuuentutem pro virili sua erudiuit.

Inde Lutetiam.

Docet Basileæ.

Fuit enim in omnibus disciplinis, Erasmi testimonio eximie doctus, nec vulgariter exercitatus, præsertim in ijs, quas Mathematicas vocant. In omni Aristotelica philosophia eo progressus; vt cum summis etiam congredi potuerit: in geographia in historijs absolutus. Denique nullum est genus literarum, in quo ille nõ fuerit feliciſſime versatus. Peculiari quadam naturæ dote literarij laboris & appetens & patiens. Quod nescijt, didicit auide: quod sciuit, docuit libenter & candide.

Eruditio Glareani.

Cum autem Basileæ religionis fieret mutatio anno vndetrigesimo: *Friburgum* Brisgoiæ commigrauit: ibiq; Academiam sua opera & laboribus plurimum illustrauit. Nam non modo historicam atque poeticam professionem ordinario salario pũblice magna cum laude obijt: verum etiam domi suæ tantam disci-

Migrat Friburgum.

dignationis dolorisque perturbationem: quem aliquot annis ceperat, ex necessaria magis, quam expetita coniunctione nonnullorum, celerioris mortis causam dedisse. Viuus ipse sibi eiusmodi epitaphium fecit:

Epitaphium.

Hic ego Stigelius iaceo: quis curat? vt omnis
Negligat hos mundus; scit tamen ipse Deus.

Est & hoc in eum *Georgii Cracouii* Iureconsulti carmen:

Quisquis ad hunc tumulum venies, subsiste viator,
Hic Musæ vatem composuere suum.
Stigelium vatem; quo dulcia plectra mouente,
Obstupuit posita Delius ipse lyra.
Natura nam dona sua prouexit ab arte;
Vt par Virgilio, sic tibi, Naso, fuit.
Dicere si liceat, forsan quoque maior vtroque,
Pro Phœbo in cuius carmine Christus erat.
Carminis hinc spirans cum maiestate nitorem,
Fundebat grandi verba ligata sono.
Ingenio similis quæsita est gloria paucis;
Illius in plausus docta theatra sonant.
Illi ceu primo, florens data laurea, vatum,
Est manibus, Cæsar Carole quinte, tuis.
Laudibus eximiis, & prater carminis vsum,
Præditus ingenio consilioq; fuit.
Et grauis, & iustus, nec castis moribus orbus,
In Christi laudes ambitiosus erat.
Ergo licet paruæ corpus claudatur in vrnæ:
Alta tamen viuax fama per astra volat.
Salue, chare DEO vates, cui grata canebas;
Cui plenum Aonio flumine pectus erat.
Tu nunc Lotichio iunctus, doctoque Sabino,
Quos rapuit spacio Parca seuera breui:
Quosq; pater vatum præcessit morte Philippus;
Cui gaudes cœlo proximus esse comes.
Ergo omnis curæ expertes vitæq; laboris;
Fingitis æterno carmina grata DEO.
Illic liuor abest omnis rabiesq; malorum;
Non superest iustis post sua fata labor.

Ioachimus Camerarius in vita Eobani & Melanchthonis: item Ioan. Manlius in collectaneis, alij.

HENRICVS GLAREANVS.

Glarona patria Loriti.

HEnricus Loritus Glareanus in pago Heluetiæ Glarona, parentibus honestis natus est, anno Christi octuagesimo

octauo

N. 1563. d. 28. Martii, ætatis 75.

pareret. Quas Eobani præsensiones, quam non fefellerit Stigelius; opera & scripta ipsius facile declarant. Ipse etiam contra gratiam eam retulit amori Eobanico; vt & viuum reuerentia patri debita prosequeretur; & memoriam fato defuncti interris, posteritati elegantissimis versibus commendaret non solum in epitaphijs carminibus, sed etiam alijs in argumentis, vbi locus esset.

Docet Stigel. VVittembergæ.

Docuit, quas didicerat artes ac poeticen, primum *VVittembergæ* ad Albim, vbi familiarissime Melanchthone cæterisque eruditione doctrinæ optimarumq; disciplinarum scientia præstantibus viris vsus est. Deinde *Ienæ* ad Salam, vbi * sedem Musis illustrissimi Saxoniæ duces mandato patris designarant.

Et Ienæ.

** Initium fuisse ea Academiæ anno 48.*

In toto vitæ cursu, vt plerique omnes huius generis, fortunam expertus est duriorem, & nouercam: id quod de hac ad *Mordisium* I Ç. querela cognosci potest, vbi ipse ita;

Vitæ conditio.

Bis denos doceo iuuenilia publicus annos
Pectora, & hinc nullas condo professor opes,
Adde quod exiguum, quod gratia plumea reddit;
Et sine pane mihi luditur iste labor.

Qua tamen sorte & tenuitate, ne dicam egestate, contentus, vitam egit verè Philosophicam & verius Christianam: quod ipse his carminibus est testatus.

Αυτάρκεια eiusdem.

Diuitias alii & summos venentur honores:
Ipse ego Phœbeas congero lætus opes.
Omnibus exiguam thesauris præfero famam:
Ingenio Musa quam peperere meo.

Fortitudo & amor patriæ.

Fuit præterea vir animo excelso præditus, virtutis omnis, & patriæ, suorumque in ea principum ita amans atque studiosus: vt illustre exemplum ipsius hac in parte pietatis eximiæ proponi possit ac debeat. Hoc Melanchthonem de eo commemorare solitum accepimus, quod in conuentu Ratisbonensi aliquando acciderit. Ibi enim forte Stigelius vesperi rediturus in suorum hospitium, incidit in Hispanum abducentem ciuis cuiusdam coniugem. Illa hominem Germanum conspicata, rogat verbis vernaculis, vt se liberet, quæ inuita rapiatur. Ibi Stigelius animose adoritur Hispanum; & apprehenso illius, ne stringere posset, gladio, mulierculam liberat, & ad suos deducit. Scripsit varia *epithalamia*, *epitaphia*, *epigrammata*: quæ vno volumine edita publice exstant. Vertit carmine doctissimo plurimos *Dauidis Psalmos*: Auctor etiam ipsi fuit Melanchthon, quemadmodum antea Eobano; vt ad Ouidij imitationem *Fastos* conscriberet *Christianos*; quos ab eo inchoatos desiderant adhuc eruditi.

Scripta eiusdem.

Obitus.

Exemtus est rebus humanis anno *sexagesimo* * *secundo*, die *Februarii Vndecima; ætatis quadragesimo septimo*. Credibile est, indigna-

** ante Gothæ excidium annis quinque.*

Scripta nulla.

bitione tam remotus: vt quamuis Græce & Latine ſcribendo excelleret; nihil tamen, præter vnicam perelegantem * præfationem, Grammaticæ Græcæ *Demetrii Chalcondylæ* præpoſitam, ediderit.

* *In qua de ratione diſcendæ linguæ Græcæ.*

Theodorus Beza, cum à pueritia vnicum præceptorem nactus, & viuum ceu parentem alterum coluit, & mortuum vna cum ipſius vxore ſic deplorauit:

Epitaphium Volmario à B. diſcipulo ſcriptum.

Coniugii exemplum rarum certumq; beati,
Spectate cuncti coniuges.
Vna dies nobis Meliorem ſuſtulit, Vna
Et Margaritam ſuſtulit.
Sic vno quos vita thoro coniunxerat, Vna
Mors Vna tumulo condidit:
Vna ambos donec reddat lux vnius olim
Beatitatis compotes.

Theodor. Beza in Iconibus. Cruſius in annalibus Sueuiæ. Pantal. in Proſopographia.

IOANNES STIGELIVS.

Natus 1562. d. 11. Febr. æt. 47.

Gotha Stigelii patria.

PRotulit hunc *Gotha*, celebre & munitum Turingiæ oppidum, anno Chriſti decimo quinto ſupra mille quingentos, die Maij * vltima. Literis à puero dicatus, cum ingenio eſſet felici, nec à ſtudijs abhorrente, magnis, vt ita loquar, itineribus in ſtadio illo literario eſt progreſſus: ſtatimque ſpem doctrinæ ac virtutis de ſe præbuit præclaram. Poſitis in ludo patrio fundamentis, ad Lipſenſem & Wittembergenſem Academias, cultus vberioris gratia ſeſe contulit: & cum omnibus, quas vocant, humanioribus literis, tum inprimis poeticæ, ad quam naturæ quadam incitatione ferebatur, operam diligenter dedit. In quo ſtudiorum genere tantos breui fecit progreſſus: vt facultate carminum non facile alteri vlli ſuæ ætatis cederet. Cum anno trigeſimo ſeptimo Concilium celebre indictum *Smalcaldis* fuiſſet, quam Chalcidem ob æris ac ferri illis in locis fodinas, ſolebat nominare Melanchthon: cum Haſſiacis eo quoque ſe *Eobanus* contulit. Ibi Stigelium, admodum adoleſcentem, primum familiariter cognouit: & ſtatim incredibili amore complexus, neque obſcure neque falſo vaticinatus fuit, quam ille facultatem Latini carminis conſecuturus eſſet. Itaque iam tum non aliter, quam filij appellatione vocabat Stigelium; iocabatur cum eo ſuauiſſime: & materiam interdum illi atque argumenta verſuum faciendorum proponebat: deniq; ita ſe erga adoleſcentem gerebat; vt diuinitus animum ſenis commoueri, & fauorem excitari, & dirigi iudicium ap-

* *Alii 13. non 31.*

Educatio & ſtudia adoleſcentiæ.

Excellit in poetica.

Eobani de Stigelio præſagium.

pare-

nullus nobilis autor, vel Græcus, vel Latinus fuerit, quem non deguſtarit: nulla ex diſciplinis liberalioribus, ne iuriſprudentia quidem excepta, quam Volmario præeunte non attigerit. Inprimis autem veræ pietatis Chriſtianæ ex puro verbi diuini fonte hauſta cognitione eſt ab eodem imbutus.

Doctor iuris creatur Volmar.

Hic *Andreæ Alciati*, Iuriſconſultorum illius ætatis facile principis, iudicio, legum Doctor creatus, domum ipſius bonis ac pijs quibusque frequentantibus, inter quos *Ioannem* quoq; *Caluinum* non puduit pro Græcæ linguæ præceptore Volmarium agnoſcere; cum priuatam, vti diximus, quoque ſcholam, ingenuis & ſelectæ indolis pueris aliquot, aperuiſſet; hoc eſt conſecutus: vt nemo erudiendæ iuuentutis magis idoneus, nemo plures bonæ frugis diſcipulos aluiſſe videretur: maiores multo fructus inde collectura Gallia, niſi partim ſæuities aduerſus pios recrudeſcens, partim *Virici* ducis Wirtembergenſis eum inuitantis auctoritas, illum Tubingam, anno Domini milleſimo quingenteſimo triceſimoquinto euocaſſet.

Vocatur Tubingam.

Ibi annos amplius *viginti*, & ius ciuile, & vtriuſque linguæ claſſicos auctores, Homerum dico, *Virgilium*, *Pomponium Melam*, *Liuium*, & alios huius notæ, ſumma cum dexteritate & fructu auditorij, eſt interpretatus. In conſortium vero, autore Cruſio, facultatis artium, iuxta nouam ab illuſtriſſimo principe *Chriſtophoro* datam ordinationem, cum *M. Matthia Garbitio* receptus eſt anno 1545. quo eadem facultas, eiuſdem principis indultu, ius ad omnes deliberationes publicas accedendi, adepta eſt. Volmarius igitur & in ſchola illa docuit ἀληθείοις φλορήνοις κατ' ἔτος vtiliter & magiſtratum ſcholaſticum grauiter geſſit, & principi ſuo à conſilijs fideliter fuit.

Stipendium eius.

Rude donatus Iſnam migrat.

Tandem ætate & morbis inualeſcentibus, rude donatus, *Iſnam*, Imperij in Algauia oppidum, vxoris Margarethæ, niſi fallimur, patriam cum familia * commigrauit; decretis ei à Senatu Academico, tanquam optime de ſchola illa merito, quotannis ad dies vitæ *centum florenis*. Iſnæ omne tempus ſacris meditationibus & concionibus audiendis tranſmiſit. Ibi ſiue apoplexia ſiue paralyſi correptus, poſtquam aliquot menſes decubuiſſet, vitam finijt, ætatis 64. ſalutis vero 1561. anno: eodem etiam die vxore ex animi ægritudine defuncta: vt ſimul elati eodem tumulo conderentur; quos ſanctus amor totos viginti ſeptem minimum annos coniunxerat.

* *An.* 1566. *circiter.*

Ibi moritur eodem cum vxore die.

Mores & virtutes Volmarl.

Eruditio eiuſd.

Fuit vir iſte omnibus tum corporis tum animi dotibus excellens; ac præſertim eximia in pauperes munificentia inſignis: elegantiæ in ſermone Latino ſtudioſiſſimus; Græcæ linguæ adeo peritus; vt coram duce ſuo Wirtembergico affirmarit: malle ſe cauſam in foro Græce, quam Germanice agere, quantumuis ea lingua ſibi vernacula eſſet. Ab omni præterea ambitio-

Regiomonte forte venisset Sabinus: fuit acceptus ab eo perquam humaniter & benigne. Postquam abierant dies aliquot, & significasset Sabinus, se domum cogitare: rogauit Præsul, secum pranderet prius. Cæperat autem fama tum spargi, in pagis, qui redeunti transeundi erant, sæuire pestilentiam. Tum Præsul, ecquod haberet contra morborum contagionem alexipharmacon, interrogauit. Sabinus habere se nescio quid respondit. Tum Præsul: nihil, inquit, nocuerit, à me aliquid etiam te accipere. Habeo enim præsens remedium ad permulta, quæ iter facienti accidere possunt. Cumque dimitteret Sabinum, tradidit ei ita compositum quiddam, vt vasculi speciẽ haberet: in quo solent medicati pulueres asseruari. Ac prædicare cepit vsum mirabilem, & dicere, se esse sæpissime beneficium illius medicamenti expertum. Cum in manus accepisset Sabinus, statim sensit pondere, quid medicamenti esset. Nam arte compegerat Præsul complures argenteos, qui de valle, vbi primum percussi fuerunt, Ioachimici vocantur: quos ne magnifacere ipse donum suum videretur, cum hac illi festiuitate obtulit. Sed hæc de *Sabino Ioan. Boticherus in oratione parentali: Eusebius Menius in præfatione poematum Sabini: Ioachim. Camerarius in vita Eobani, & Melanchthonis, alii.*

Ω.1561. *ætat.* 64.

MELCHIOR VOLMARIVS.

* *Melchioris Patria. Educatio. Berna Heluetiorum vrbs. Proficiscitur Lutetiam Volmar. Centum Parisiis magistri simul promoti Docet in Gallia Volmar. Beza discipulus Volmarii.*

MEliorem *Volmarium* (sic enim eius * nomen *Ioachimus Camerarius*, probitatem hominis admiratus, emollijt) genuit *Rotuilla*, ciuitas Heluetijs confederata. Puerum *Berna*, Heluetiorum ad Arulam flumen vrbs celebris ac potens, aluit, primisque literarum elementis imbuit. Ex Germania in Gallias doctrinæ amore progressum, *Lutetia*, literis humanioribus ac philosophiæ perpoliuit disciplinis. Ita vero præclare ibi studium sobrie philosophandi posuit: vt cum eruditionis testimonium Academicum peteret, Magisterij ἀξίωμα vocant; inter *centum competitores* primus ei locus, Doctorum calculo, adsignatus fuerit.

Eundem mox Græca Latinaque facundia excellentem admirata est *Lutetia*; mox & *Aurelia & Biturigum* ciuitas: vbi *Margaretæ Valesiæ*, Nauarroruum reginæ, & Biturigum ducis, stipendio vtramque linguam professus est. Biturigæ docentis *Theodorus Beza*, nondum quinquennis, fidei ac curæ est commissus; sub cuius disciplina ita per septennium profecit; vt nullu;

rito existimes. Vertit autem iuuenis, vt diximus, orationem *Isocratis*: quam Alberto Archiepiscopo Moguntino dedicauit anno 1532. Edita est nomine Sabini & *narratio de electione Caroli quinti*: quam tamen alij Melanchthoni adscribunt. Composuit *carmina varia*; quæ cum epistolarum appendice, & præceptis de carminibus ad veterum imitationem artificiose componendis, vno volumine excusa habentur, & doctorum omnium calculo probantur. Quicquid scripsit, accurate scripsit; & ad imitationem veterum: nec fuit de numero eorum, qui

Studium scribendi in Sabino.

Communi feriunt carmen triuiale moneta.

Inprimis ab asperis & fragosis literarum concursionibus, & duris elisionibus, quoad eius fieri potuit, semper abstinuit. Ferunt Melanchthonem, cum in conuiuio quodam adsideret Sabino & Stigelio, eos, vt inter se versibus certarent, inuitasse: tum Sabinum, ætate & dignitate priorem, cepisse;

Sabini & Stigelii certamen poeticũ.

Carmina conscribant alii dictante Lyæo;
Multa sit in versu cura laborque meo.

Stigelium scite excepisse, & carmen sic inuertisse:

Carmina componant alii sudante cerebro;
Nulla sit in versu cura laborque meo.

At Philippum, qua erat facilitate & humanitate, vtrumque (vt poeta ait) *vitula dignum* iudicasse.

Corpore fuit gracili: sed temperantia, sobrietate, ac optimo viuendi ordine sic valetudinem & corporis vires corroborauit: vt longis profectionibus suffecerint. Amicis vsus est viris illius æui tum in Germania, tum extra eam clarissimis, *Petro Bembo*, *Casparе Contareno*, Cardinalibus, *Baptista Egnatio*, *Ludouico Beccatello*, *Lazaro Bonamico*, *Triphone Bentio*, *Adamo Thumano* Veronensi: qui conuentui Ratisbonensi cum Contareno interfuerunt: postea vero ad magnas dignitates propter eruditionem, euecti sunt.

Prosopographia Sabini. Amici.

Acceptus fuit summis etiam regibus ac principibus; qui eius labores dignis præmijs compensarunt. In * legatione quadam Lituanica à rege Poloniæ *trecentis quinquaginta* Ioachimicis fuit donatus. Præterea idem rex *septuaginta quinque* Ioachimicos pro ipso numerauit. A *Nicolao Radiuillo*, Principe Lituanico, & ab alijs proceribus accepit tot munera: vt eorum precium *ducentorum aureorum* æstimatum sit.

Honores Sabino habiti.
** Sabinus epistola quadã ad Ioann. Schosserum.*
Nicolaus Radiuillus.

Habuit eum & inter suos præsul Varmiensis, *Dantiscanus* dictus; qui constantissime dilexit omnes bonarum artiũ cultores & ipse ad extremum vsq; senium easdem coluit. Ad hunc cum

Dantiscanus Præsul Varmiensis.

mortem horis ſymbolum Chriſtianorum & precationis formulam ardenti pectore pronunciauit: vt viſus fuerit, quaſi iam ipſis oculis in æternam felicitatem, in quam paulo poſt conceſſit, intueri. Inprimis vero familiariſſima ipſi fuit dulciſſima illa Chriſti, Filij DEI, vox: *Venite ad me omnes, qui laboratis & onerati eſtis: Ego reficiam vos.*

Obitus Sabini. Tandem acquieſcens in fiducia miſericordiæ DEI, & certa ac indubitata ſpe perpetuæ felicitatis, die Decembris ſecundo, hora ſeptima antemeridiana, eodem temporis momento, quo ante annos quinquaginta duos, menſes ſeptem, in lucem hanc editus fuerat, animam DEO ſuo reddidit. Obitum eius doluerunt non ſolum cum Academia Francofurdiana eius ciues omnes: ſed & ipſe Elector Brandeburgicus, princeps illuſtriſſimus ac ſapientiſſimus; nec non reuerendiſſimus idemque illuſtriſſimus princeps, *Sigiſmundus*, Archiepiſcopus Magdeburgenſis; qui Sabinum viuentem propter ingenij animique dotes eximias cariſſimum habuerunt.

Liberi Sabini. Docuit *Francofurti* annos in vniuerſum *tredecim*; quot annos & Ariſtoteles Athenis. Liberorum ex gemino coniugio multorum pater fuit: quibus, cum magis iuuandis alijs, quam ſuis ſuorumque commodis ſtuderet, præter nominis famam, hereditatis parum reliquit. Superſtes ipſi fuit & mater, matrona honeſta, ſenili ſapientia, & morum grauitate prædita, atque ad ſuperſtitionem vſque religioſa.

Sabini mater

Virtutes & mores. In actionibus & vita eius enituit vera pietas; vt & reliquarum virtutum chorus nobiliſſimus. Quanquã ſocero ſuo Melanchthoni nimia cupiditate illuſtris fortunæ fuerit viſus ardere. Nam cum ſcholaſticæ vitæ genus amaret Philippus, & illa humilitate delectaretur: Sabinus eminere & conſpici volebat amplitudine etiam honorum & opulentia. Itaque magna ſpectabat, non contentus nominis celebritate, quã rectis ſtudijs ſibi comparauerat: & hoc agebat, vt vulgi oculi in ſe conuerterentur. Ex quo factum, vt voluntates horum aliquantũ diſiungerentur: ſed quæ erat Philippi lenitas, ſtatim iſta quaſi tempeſtas abijt. Enituit præterea in Sabino eloquentia eximia & illuſtris: propter quam Marchiones Brandeburgici pleraſq; cauſas Latine dicendas, & negocia fere omnia, apud exteros reges & principes conficienda, ſoli Sabino commendarunt. Audiuit ipſum aliquoties nõ ſine admiratione *Sigiſmundus* Auguſtus rex Poloniæ, cum proceribus regni: audiuit *dux & ſenatus* Venetus, dux Florentinus & *Madruciu*, Cardinalis Tridentinus: à quibus omnibus ingenij, eruditionis & eloquentiæ laudem tulit.

Eloquentia Sabini & legationes.

Scripta Sabini. De ſcriptis eius iure dici Callimachi illud poteſt: eam ineſſe ipſis ſuauitatem, vt Charites aliquid ſucci adſperſiſſe meritò

turbas ſedare poſſet: dimiſſionem à principe ſuo petijt, tandemque impetrauit.

Ergo de reditu eius cum conſtaret: à tribus eſt expetitus Academijs: ſed ipſe patriæ amore adductus, Francofurdiæ, quod reliquum eſſet vitæ, exigere maluit. Ibi iam ætate grauis, rerumque vſu edoctus, non ſolum ſcholæ docendo ac conſulendo præfuit & profuit: ſed ab illuſtriſſimo Electore Brandeburgico inter conſiliarios præcipuos adſcitus, & tum domi ad deliberationes grauiſſimas & ſecretas adhibitus, tum foris in expediendis non parui momenti negocijs ad exteros reges & principes, fidem, induſtriam, dexteritatemque ſingularem probauit. *Redit Francofurtum.*

In docendo, quantum per negocia principum licuit, fuit adſiduus. Domus eius in dies frequentabatur à literatis hominibus, ſæpe à peregrinis, ſummis præſtantiſſimisque viris. Anno 1560. menſe Iulio, miſſus eſt ab illuſtriſſimo Electore Brandeburgico in Italiam. Eam legationem antequam obiret; quaſi præſagiens euentum teſtamentum pie fecit, adhibitis, vt fieri ſolet, teſtibus cl. VV. *Abdia Prætorio, Chriſtophoro Cornero*, & alijs illius Academiæ profeſſoribus. In eo Italico itinere, eum iam Venetijs cauſas demandatas peroraſſet, & Florentiam inde proficiſc eretur; cum morbo conflictari cepit, quem medici febrim vocant quartanam. Cuius violentia cum vires corporis admodum debilitari ſentiret, properandum ſibi, atque in Germaniam recurrendum ſtatuit. Ex Italia igitur admodum æger in lectica *Auguſtam* deportatus eſt: vbi tres propemodum ſeptimanas decubuit. Nec vero ipſe ſolum, ſed & omnes, quotquot in comitatu ſuo habuit, aduerſa valetudine correpti ſunt: vt nonnullos diuerſis in locis ægros reliquerit. *Legatus mittitur in Italiam.* *Incidit in morbum.* *Decumbit Auguſtæ.*

Auguſtæ, cum medici frequentes ad ipſum accederent, & in templis preces publicæ pro eo fierent, paulum confirmatus, domum properat; forte vt in conſpectu ſuorum moreretur. Francofordiam reuertitur die Nouembris quarto decimo: ſed admodum languidus & æger. Ab eo tempore in publicum non prodijt: ſed totum illud tempus, quod ad mortem vſque ſuperfuit, ſolo decubitu conſumpſit: ita tamen ſeſe gerens, quaſi ſenſim conualeſceret, aut ſaltem ſpes conualeſcendi eſſet. *Redit inde ad ſuos.*

Sed recurrit febrilis paroxyſmus vltimo Nouembris die: qui ita reliquas corporis vires proſtrauit: vt medici male ominari inciperent. Sicut autem totum, quo decubuit, tempus conſumſit in exercitijs fidei atque pœnitentiæ, multaq; eum amicis de DEO, de beneficijs Chriſti erga genus humanum, de diuinis promiſſionibus, & vita æterna contulit: ita pauci[illegible]

caret: initium docendi fecit ab enarratione libri primi *Ciceronis de Oratore* ad Q. Fratrem: in quo M. Craſſus, de omni ratione dicendi ſplendidiſſime diſputans, introducitur. Tunc temporis cathedræ diſtichon adſcriptum legebatur tale:

Iſta cathedra fuit præclaro extructa Sabino,
Magni prælegeret cum Ciceronis opus.

Ædibus autem ſuis hoc diſtichon inſcribendum curauit:

Parua quidem domus eſt: ſed in hac habitante Sabino
Calliope ſedem gaudet habere ſuam.

In docendi munere diligentiam, fidem & induſtriam toti Academiæ abunde probauit: Eiuſque commoda, ſicubi poterat, apud Electorem & aulam, vbi gratia & autoritate multum valebat, auxit atque promouit. Cum enim antecelleret ingenio, ſapientia, & eloquentia multos: Elector non raro ipſius opera vſus eſt. Miſit eum & ad Ratisbonenſia Comitia: vbi deliberationes de rebus grauiſſimis inſtituebantur. In iſtis Comitijs innotuit *Carolo* V. Imperatori: qui autoritate ſua illa nobilitatis ornamenta, ab Alexandro in Sabinum collata, confirmauit: atque publicum ſuæ voluntatis & iudicij de Sabino teſtimonium extare voluit.

Mittitur ad comitia nomine Elect. Brandeburg.

Caroli V. in Sabinum animus.

Cum annos ſex Francofurti docuiſſet: illuſtriſſimus princeps *Albertus* ſenior, dux Boruſſiæ, de conſtituenda in Regio monte Boruſſiæ, ſchola publica, piam ac bono principe dignam ſuſcepit deliberationem.

Albertus dux Boruſſiæ Acad. Regiomontanæ fundator.

Deſiderabatur autem vir, eruditione & ſapientia præſtans, atque ingenij monumentis clarus: cuius ductu, conſilio & autoritate res ſcholaſtica conſtitueretur & gubernaretur. Hic Sabinus in multis vnus inuentus eſt: qui ad eam rem idoneus videretur.

Obtinuit igitur Albertus 1. Boruſſiæ dux, ab Electore Brandeburgico; vt Sabino poteſtas fieret, opus illud ſalutare promouendi. Abiuit itaque in Boruſſiam Sabinus cum familia; quamuis nonnihil diſſentiente & conſilium improbante ſocero Philippo: ac ritu ſolenni die 17. Auguſti Anno 1544. Regiomontana ſchola introducta ipſe primus eius Rector deſignatus eſt: geſſitq; eum magiſtratum per ipſos tres annos de Principis ſententia ac voluntate.

Ad eam conſtituendam Sabinus inuitatur.

Academia Regiomontana.

Cepit noua ſchola diſcentium frequentia ſtatim celebrari: ac operibus & monumentis Sabini etiam apud exteros inclareſcere. A morte Lutheri cum exarſiſſet bellum Germanicum; & Patriæ communi horrendæ tempeſtatum procellæ minarentur: mouit etiam in Boruſſia *Oſiander* diſputationes non neceſſarias. Hic cum eum in locum rem adductam videret Sabinus: vt nec opem ferre ſcholæ ruenti, nec concitatas

turbas,

Egnatio literis accurate scriptis erat commendatus: ac vidit summum istum virum & venerandum senem in extrema senecta: cum iam & corpus eius & oculi, & ipsæ ingenij vires langvescere, & quasi in declinatione esse viderentur. Post reditum ex Italia vixit aliquandiu in aula reuerendissimi & illustrissimi principis, Marchionis *Alberti*, archiepiscopi Moguntini & Electoris: qui ipsum inter cæteros aulicos & familiares, singulari benignitate complectebatur. Conuersabatur familiariter cum D. *Alberto Turco*, archiepiscopi illius cancellario: cuius nomen passim istis temporibus in imperio Romano celebrabatur.

Salutat Erasmum.

Vivit in aula Archiepiscopi Moguntini Sab.

Albertus Turcus.

Erat gratissimus *Philippo Buchemero*, eius principis medico, viro eximia doctrina & magna ingenij suauitate prædito: colebatur à *Ioanne Iordano*, eiusdem principis camerario: & ab alijs præstantissimis viris.

Philipp. Buchemerus Ioan. Iordanus.

Paulo post filiam Melanchthonis, natu maximam, *Annam*, quam pater ipsi in Italiam proficiscenti desponderat, vxorem duxit: virginem non solum forma, sed & Latinæ linguæ peritia insignem, *quatuordecim* annorum. Nuptiæ celebratæ sunt Wittembergæ, anno 1536. die sexto Nouembris. Ita enim ipse Sabinus:

Sabinus filiæ Phil. Melan. duxit vxorē.

Sexta pruinosi cum lux erat acta Nouembris,
Dulcia percipiens gaudia nocte tuli.
Tunc mihi, despondit quam pronuba Iuno puellam,
Legitimo functus munere iunxit Hymen.

Cum hac vixit annis vndecim, nulla re dirumpente iucundæ consuetudinis amorisque mutui vincula. Decessit ipsa anno Iesu Christi 1547. d. 4. Calend. Martij, apud Montem regium in Borussia.

Obitus coniugis Sabini.

Ea nocte, qua diem obijt, per quietem patri species mortuæ filiæ oblata est: eoque somnio significatum esse casum istum & ipse existimauit, & euentus fecit, vt credibile esset. Neptes duas Melanchthon domi suæ educauit, & deinde honeste elocauit. Vixit Sabinus aliquot annos viduus. Tandem secundam duxit vxorem, *Christophori Cromeri*, ciuis Regiomontani, honesti viri, filiam.

Mors eius per somnium parenti visa.

Transit ad secundas nuptias Sabin.

Inde * voluntate & iudicio illustrissimi principis *Ioachimi*, Marchionis Brandeburgici, Electoris, commendatum est ipsi munus docendi in Academia Francofurdiana ad Viadrum: venitque eo anno ætatis trigesimo; atque secum egregias attulit ingenij dotes. Cum autem mandati muneris ratio flagitaret; vt poetas & oratores Latinos eo in Gymnasio explicareti

* *Wittemberga.*

Francofurtū ad Viadrum vocatur.

ſtris ornat: quod ipſe in hodæporico, qui liber eſt ſecundus Elegiarum, his carminibus teſtatur:

Denique dum totam vagus omnia luſtro per vrbem,
Me videt, ac ſaluum Bomphius eſſe iubet,
Is non exiguo mihi conſuetudinis vſu
Bomphius Auguſtæ cognitus ante fuit:
Tunc vbi de magnis cum Cæſare rebus agebat,
Ad quem Pontificis nomine miſſus erat.
Ipſe mihi ſummum quo teſtaretur amorem,
Carpere me ſecum remige iuſſit iter:
Meq; diſerte tuas Hieronyme duxit in ædes,
Nomen Aleandro cui ſacra Muſa dedit:
Plurima qui calles variæ diſcrimina linguæ,
Et Clario plenum numine pectus habes:
Sacrarumque datas rerum moderaris habenas,
Poſt ipſum Veneta ſummus in vrbe Ducem.
Hîc per Apollineas mihi ianua protinus artes
Eſſet amicitiæ cum patefacta tuæ:
Tu mea cingebas Daphneide tempora lauro,
Inuitoque mihi nomen equeſtre dabas.

Abit Patauium.

Venetijs *Patauium* profectus eſt: vbi commorari aliquamdiu ſtudiorum cauſa decreuerat. Viuebant tum ea in vrbe *Petrus Bembus*, & *Ioannes Baptiſta Egnatius*, illis temporibus tota Italia ſummæ eruditionis gloria celebres. Hi ſummi viri Sabinum propter ingenium & ſtudia poetica complexi ſunt humaniſſime: idque eo libentius, cum vidiſſent eum à patriæ principibus illuſtriſſimis, Alberto Cardinali & Archiepiſcopo Moguntino, & Ioachimo 1. Electore Brandeburgico, honeſtari ac diligi.

Viri ibi celebres tunc.

Sed non admodum diu, aut certe non tam diu atque volebat, iſtorum clariſſimorum hominum conſuetudine frui Sabino contigit. Citius enim eum inde auulſit negociatorum quorundam perfidia: quibus res ſuas curandas commiſerat: de qua in quadam ad Petrum Bembum epiſtola, conqueritur: ſuamque ea in re infelicitatem deplorat. Rediturus ergo ex Italia in Germaniam, Venetias ſe iterum, * *Aleandri* illius Archiepiſcopi ſalutandi cauſa, contulit. Hic quem antea dignitatibus honoribusque auxerat; eidem priuilegia quoque ampliſſima ob virtutem & doctrinam tribuenda iudicabat.

* *Fuit natus Mottæ in Carnia, obiit Romæ 1542. æt. 63.*

Comes Palat. creatur Sabi.

Quamobrem ibi Sabinum ex Italia abiturientem *Comitem aulæ Lateranenſis* creauit; ac priuilegijs ampliſſimis donauit: quibus poſtea Sabinus multorum auxit honores. In reditu *Eraſmum Roterodamum* Friburgi agentem ſalutauit, cui ab

Redit in Germaniam Sabinus.

Egnatio

ſtantes, qui in horum principum aulis verſabantur, celeriter Sabinus amicitia & conſuetudine comprehendit: erantque multorum tunc oculi in ipſum coniecti.

Cum humanioribus literis coniungit ſtudium iuris.

Poſtea parentes ſtudium iuris ciuilis amplecti ipſum voluerunt: ita tamen, vt etiam naturæ & ſtudiis humanioribus eum obſequi paſſi ſint. Ita ergo in legum ciuilium ſtudio verſabatur: vt nullus dies ab exercitationibus oratorijs & poeticis vacuus eſſet. Certabat ac commentabatur cum alijs poetis, *Acontio*, *Stigelio*, *Ebnero*, *Lemnio*; quorum nomina publicis ſcriptis celebrata ſunt: ac confirmabatur in ea ſtudiorum ratione à Ioachimo Camerario, & Eobano Heſſo, viris eximijs. Adiungebat his exercitationibus & Græcorum ſcriptorum lectionem: perſuaſus legendis iſtis Latinam orationem effici pleniorem. Conuertit tum in Latinum *orationem Iſocratis de concordia domi conſtituenda*, & bello in Aſiam contra barbaros transferendo: Germaniæ temporibus illis non incommodam.

Æquales Sabini.

Oratio Iſocratis ab eo verſa.

Intereſt conuentibus Theologorũ.

Et cum tunc crebri in religionis negocio principum ac Theologorum haberentur conuentus: iſtis interfuit Sabinus; comitatus Melanchthonem, hoſpitem ſuum & præceptorem. In Auguſtanis etiam fuit comitijs inter aulicos Electoris Brandeburgici: vbi res vidit geri grauiſſimas.

Iter in Italiã molitur. Albertus Turtus cancellarius Moguntin.

Cum autem *decennium* iam apud Melanchthonem in artium ſtudijs eſſet verſatus, & eruditionem conſecutus egregiam: conſilium de adeunda Italia, ingeniorum & doctrinæ, vt ipſe iudicabat, principe, cepit. Id cum *Alberto Turco*, cancellario Moguntino, expoſuiſſet: conſilium non ſolum probauit; ſed etiam principi ſuo ſtudia eius ſumma fide commendauit. In Italiam proficiſcens comites itineris habuit *Balthaſarem â Wolde*, *Ioannem â Belaw*, equites Pomeranos, *Eraſmum â Minckwitz*, Saxonis primum conſiliarium, dein Palatini cancellarium.

** Sabino in hodeporico, Bomphius dicitur. Lucas Bomphius. Hieronymus Aleander. Laurea poetica & nobilitate donatur Sabinus.*

Erat tum Venetijs *Lucas* * *Pomphilius*, P.P. cubicularius, homo doctus & eloquens: quo cum antea in comitijs Auguſtanis Sabinus notitiam & familiaritatem aliquam contraxerat. Is Sabinum ibi humaniſſime complexus, vt ſuam ipſi declararet beneuolentiam, adduxit eum in notitiam *Hieronymi Aleandri*, Archiepiſcopi Oritani & Brunduſini. Aleander poſtquam ingenium Sabini in omnium doctrinarum genere, ac poetices præcipue ſtudijs præſtans cognouiſſet: dignum ipſum iudicauit, cui priuilegia à duobus Pontificibus Leone X. & Clemente VII. ſibi conceſſa, impertiret; quemque honoribus & dignitatibus, virtutis cauſa ornaret. Hic itaque Venetiis apud S. Euſtachium, in ædibus ſuis, primum laurea poetica Sabinum donat: deinde & gradu ordinis equeſtris

gularem laudem & egregiam famam consecuti sunt, fuisse animaduertitur, & esse consueuit.

Vidit Ioachimus Camerarius hunc Georgium tenera adhuc ætate lacrymas profundentem adrecitationem boni ac elegantis carminis: audiuit eiusdem tristes querelas, quibus suam in scribendo infelicitatem deplorauit: quod non solum per ætatem nihil ipse perfectum elaboraret; sed ne intelligeret quidem rationem perficiendi elaborandique. Verum diligentia & assiduitate, quicquid fuit ingenij hebetudinis, ita correxit: vt tum in alijs artibus omnibus, tum in poetica inprimis plurimum profecerit: adeoque exterorum iudicio ad Ouidianam facundiam & felicitatem proxime accesserit.

Studia adolescentiæ. Franciscus Vinariensis.

Adolescens igitur Sabinus Philippo, principi eruditorum, commendatus, non solum ab ipsomet publice & priuatim fideliter docebatur: sed de voluntate Philippi, *Francisco* insuper *Vinariensi*, domestico informatore vtebatur.

Hic in linguis Latina & Græca, & in vtraque orationis facultate sedulo diligenterque eum exercuit. Melanchthon autem videns adolescentis naturam ad poësin ferri: autor ipsi fuit, vt in eo scribendi genere gnauiter progrederetur: & ex omni Latinorum poëtarum numero Ouidium sibi potissimum imitandum proponeret: certa etiam studiorum & lectionum tempora sibi præscriberet.

Vbi Sabini nomen acceperit.

Cum iam ætate aliquantum processisset; ætatem autem ipsam virtute doctrinaq; anteiret: & fundendi carminis habitum acquisiuisset: inque ea re industriæ specimen in congressu quorundam poëtarum, qui tum Wittembergæ versabantur, edidisset: *Sabini* nomen accepit, cum antea *Schulero* familiæ cognomine appellaretur: quod tamen cognomen alias obscure de ipso ferebatur.

Cæsares Germanici à Sabino descripti.

Descripsit tum ibi *res gestas Cæsarum Germanicorum*, ex varijs monumentis collectas: quo in argumento ita versatus est: vt ætatem iuuenilem doctrina & sapientia superarit. Elaborauit enim id anno ætatis vicesimo secundo, vt ipse his versibus innuit:

Hoc opus exegi florentibus integer annis,
Bis duo cum natus lustra Sabinus eram.

Mecenates Sabini.

Scripto illo edito nomen & virtus eius inclarescere cepit: non solum apud doctos quosque, sed apud principes etiam viros: qui ingenijs fauebant. Cepit eum tunc complecti illustrissimus princeps elector, *Ioachimus* primus, Marchio Brandeburgensis: erat erga ipsum summa beneuolentia *Albertus*, item Marchio Brandeburgicus, Archiepiscopus Moguntinus, Cardinalis, & Elector. Viros autem doctrina & virtute præstantes,

Quanquam nec hoc dissimulandum, adamatas a Lotichio fuisse puellas quasdam ingenuas ac scitæ formæ. *Claudiam* enim suam non vno carmine celebrat: deinde *Callirrhoen* tunicatam, *Pauaridem*, ac denique non vero nomine dictam *Phyllida* Nicrigenam. At fecit hoc non inhoneste, nec immodeste; inq; eius nullum crimen amore fuit, vti ipse confirmat. Deinde, qua fuit morũ elegantia ac humanitate, facile & ipse amabat & amabatur. Atque decantandis illis amoribus nihil aliud quæsiuit, nisi oblectationem animi honestam ad leniendas animi molestias & ægritudines.

Vacua denique (ne & hoc prætereamus) in elegijs Lotichianis loca alicubi occurrunt, ea ipse viuus reliquit consideratione quadam vt non vulgares sententiæ collocatione verborũ singulari ibi reponerentur. Nec fratri Christiano & Camerario editionem parantibus visum fuit illas veluti lacunas explere. Epitaphium ei Marius, tanquam seruatori suo in Sequanæ natatione & amico fideli, apud Elect. Pal. impetrare, tanto viro dignum allaborauit. Verum mors improuisa illius principis, vt alia præclara, ita & hoc impediuit. Nec sepulcri honore eget is, cuius virtus in orbem se diffudit vniuersum.

Et hæc de Lotichio satis. *Ex narratione vitæ P. Lotichii secundi scripta per Ioannem Hagium Francum.*

GEORGIVS SABINVS.

Ω. 1560. *die secundo Decembr. atat. 57. compl.*

Georgius Schulerus, postea *Sabinus* dictus, in Marchia *Brandeburgi*, oppido eo, quo dignitas Septemuiratus Imperatori creando in inclyta Marchionum familia fundatur, natus est anno 1508. die vicesima tertia Aprilis, hora septima antemeridiana; parentibus honestis, & ea in Repub. primarijs. Parentem enim *Baldasarem Schulerum*, virum integerrimum fuisse accepimus, eiusque oppidi consulem prudentissimum.

Brandeburgum Marchiæ oppidũ.

Parens Sabini.

Pueritiæ studia.

Ipse Georgius in schola patria primum deposuit tyrocinium, iactis pietatis Christianæ & primarum literarum fundamentis. Adolescentulus *quindecim annorum* in vicinam, quæ Witteinbergæ florebat, Academiã missus, in ædibus *Melanchthonis* * clanculum est educatus. Ibi singulari discendi ardore ita flagrare cœpit: vt in eo impetus quidã diuinus manifesto appareret; efferens se ad sapientiæ virtutisq; præstantiam: qualis in omnibus, qui vlla in parte & quocunq; genere virtutis, singularem

Wittembergam admodum adolescens mittitur.

* *Camerar. in vita Melanchth.*

Ardor discendi in Sabino.

conniuentem veniſſet, ſuperque re quadam, quid ſibi videretur, quæſiſſet? reſpondit, *mihi vero nihil videtur*. Quo ille ioco admodum fuit delectatus. Contra aberat longiſſime ab omni verborum obſcenitate, & obtrectandi libidine: neq; ſcurrilitatem vllam ferre poterat. Accidit enim aliquando, cum Stibarorum, nobilium iuuenum agmen è Gallia reduxiſſet: vt reduces illi, in prædio quodam haud procul Pabeperga à *Daniele Stibaro* conuiuio exciperentur. Ibi cum poculis ſeſe inuitaſſent; quidam minus digna auribus ætatis illius effutire ceperunt. Tum Lotichius iratus de menſa ſurrexit, & adoleſcentum cauſa rubore ſuffuſus illico abijt, indigneq; id factum tulit. Deinde nec ipſe quenquam carminibus ſuis læſit, nec in gratiam cuiuſquam, ſæpe etiam rogatus

Verecundia.

——— *mordaci perſtrinxit carmine quenquam.*

In omni denique vita communi ac conuiuiorum hilaritate eum ſeruauit modum; qui naturæ congruit: vnde vires cum animi tum corporis reficerentur, non opprimerentur. Compotationes & comeſſationes cane peius & angue oderat, aſotis illis inimiciſſimus. Amabat autem, vt eſt in ſympoſio Xenophontis, *pocula minuta atq; rorantia*, ijsque ſolis adſerebat delectari homines philoſophos. Et quotieſcunque iucunditati ſe dabat cum amicis; temperantiæ, modeſtiæ, & ſobrietatis fines, memor non tam Poſthi-meliſſæi voti, quam mandati Apoſtolici, nunquam excedebat: ſtatimque à iocis & ludicris ad ſeria ſeſe referebat.

Sobrietas & temperantia.

Qualis autem fuit in vita, talis etiam in veſtitu. Sæpe laudauit in *Vldarico Hutteno*, equite Franco rationem veſtiendi. Is enim ſola lana, eaque in ſuo territorio nata, vſus eſt; nullis externis aut tranſmarinis mercibus accerſitis. Mundiciem tamen adhibuit Lotichius in veſtitu decentem; quæ agreſtiam inhumanam effugeret: adeoque grata erant ei omnia ſimplicia, natiua, mediocria. Itaque recte manſit illi hoc verbum, ſymboli loco vſurpatum: *ſimpliciter ſine ſtrepitu*.

Veſtitus.

Symbolum Lotichii.

Cæterum, vt concludamus narrationem hanc vitæ Lotichianæ, paucis expediendum videtur; quid & de huius & aliorum poëtarum amoribus, quibus ſe teneri paſſim in carminibus queruntur, ſentiendum ſit. Eſt autem, vt ipſi poëtæ explicant, *amor* ille *cæleſtis* atque ætherius; ac rerum cœleſtium, terreſtriumque *contemplatio*. Hic amor facit poëtas, facit philoſophos, facit medicos, omnium denique abſtruſiſſimarum ſcientiarum peritos. Vnde ille;

Quid amores poetarum?

——— *Vates non Veneris fax improba, verum*
Æterni amor generoſus vrit numinis.

Quan-

candidus, veri rectique tenax. Amici narrabant, pharmacopæum Heidelbergæ, virum honestum, filiam quam habebat formosam & egregiam, cum dote satis ampla Lotichio obtulisse: hunc modeste renuisse, quod virginem ingenuam ipse breuis vitæ & termini sibi imminentis conscius spe falsa conjugij stabilioris lactare nollet. Quod quidem apertam eius naturam satis demonstrat.

Diligentia & amor studiorum.

Studiorum autem in eo tantus fuit ardor, vt à puero libellos propter lectulum positos habuerit: vt vel cubans lectitare aliquid aut commentari posset: sæpe somnians versus facere deprehensus est; adeoque nunquam minus fuit otiosus, quod de Scipione Cicero, quam cum ociosus. Etsi autem ruris & solitudinum, vt vates, amans erat: esse tamen in solitudine solus non poterat; semperque in cuius beneuolentia & caritate requiesceret, quærebat. Familiariter illud in sermone vsurpabat: id demum sapere sibi ac iucundum esse; quod cum amico fieret, siue studijs incumberet, siue animum remitteret. Hinc in versiculis alicubi:

φιλοφιλία.

O iucunda beatitudo vitæ!
Libros inter & optimos amicos;
Quos iungit bona comitas, & vna
Delectatio rebus ex iisdem,
Et Musa Venereaq; transmarina.

Fortitudo.

Idem in periculis adeundis ac tolerandis quibuscunque laboribus studiorum, militiæ, itinerum terra mariq; fuit promptissimus ac fortissimus; vti ex ijs, quæ supra narrata sunt facile cuiuis apparet. Loquuntur id etiam carmina eius hæc:

Non ego pro Patria belli detrecto laborem,
Degener aut viso protinus hoste tremo.
Ire nec ad manes pro libertate recusem;
Dulce foret reges inter & arma mori.

Iracundia.

Fortitudinis etiam philosophicæ specimina longe pulcerrima edidit in domandis, atque rationi rectæ subijciendis affectibus & animi morbis. Iram sic poterat in gyrum rationis cogere atque regere: vt per impotentiam animi parum virile quippiam admisisse raro sit deprehensus Etsi (ne ἀναμάρτητον facere velle eum videamur) conceptæ semel iracundiæ erat tenacior atque implacabilior, vt melancholicæ solent naturæ

Stirps. Vrbanitas & sales.

Sermo Lotichij erat, qualis ferme Socraticorum, elegans, vrbanus, lenis, ingenio tinctus, modestus, bonæque mentis verus index. Iocis delectabatur ac *salibus Mercurii*, vt aiunt, non *Momi*: in quibus & animi & ingenij probi acumen eluceret. Cum aliquando Bononiæ ad ipsum *Hubertus Languetus* abiturientis in Germaniam, mane adhuc in lecto cubantem atq;

con-

Et quæ sera legat nostri non immemor ætas
Carmina tranquillæ fingere pacis opus.

Musas enim solas semper amauit, semper in delicijs habuit Lotichius; ἐξ ὧν τὸ κλέος ἐρχεῖαι ἀνθρώποισι, secundũ Theocritum.

Verum vt *plerunque optima quæque diu non durant*: ita & Lotichio exiguum fuit vitæ curriculum à DEO circumscriptũ. Anno enim post aduentum in Academiam Heidelbergensem tertio, Christi Seruatoris 1560. Calendis Nouembris acuta & maligna febri corripitur, cum aliquo mentis, vt consueuerat, delirio, quod tamen ante finem vitæ plane desijt. Morbo isto in dies magis magisque ingraueſcente, *die septimo* mensis eiusdem, ad imperium summi regis Iesu Christi, cui in his terris militarat, ex statione mortali decessit: cum annos vitæ exegisset *duos & triginta*. Morienti & animam precibus adsiduis Christo Redemptori vnico commendanti adfuere complures *Philosophi, Medici, & Theologi*; interque eos *Iohannes Posthius*, qui & vita iam functi oculos non sine lacrymis clausit. Idem *Posthius* funus summo suo amico procurauit, cumque alijs septem liberalium artium Magistris exuuias suis humeris ad D. Petri extulit: quæ ibidem iuxta *Iacobi Micylli* præceptoris ossa beatam in extremo die resurrectionem exspectant. Atque hæc fuit catastrophe viri & poëtæ optimi, omnibusque doctis ac bonis carissimi: qui etiam obitum eius varijs carminibus passim deflevuerunt.

Morbus Lotichii.

Obitus.

Ioan. Posthius.

Funus Lotichio curatũ à Posthio.

Lotichii statura.

Corpus ei fuit staturæ iustæ, non gracile nimis, nec obesum: capillus subniger & subcrispus; nares modice pressæ, aures contractæ, oculi fusci & suaues; frons exporrecta, hilaris & semper eadem: vultus modestus, compositus, subridenti similis: color venuste fuscus, barba decens & virilis, mediocriter densa, nigricans: pectus torosum, manus validæ & agiles: in toto denique corpore vt succus nullus superfluus, sic nihil iners aut pigrum. Animus in domicilio apto impiger, excelsus, ad omnem fortunæ impetum inuictus: modestus tamen ac mire humilis, æquus & temperatus: breuiter, *temperamentum* vniuersi corporis fuit *melancholicum cum subdominio*, vt loquuntur, *sanguinis*; qualia temperamenta Aristoteli & Physicis maxime probantur.

Animo qualis.

Inerat Lotichio morum suauitas quædam prope singularis. In conuersatione enim adhibebat moderationem dictorum & factorum omnium: vt vbicunq; esset, in dies carior ac iucundior esset, Itaque amici iudicabant, Lotichium vi quadam naturæ tacita, ceu Orphea quendam, homines in amorem sui trahere. Ea vero erat non occulta, sed potius clara omnibusque patens virtus. Erat omnis fuci, omnis simulationis ac sophisticæ capitalis hostis: in omni vita simplex, apertus, can-

Mores eiusdem inprimis comitas.

Candor.

fuerat *Henrici & Martini*: qui cum Reip. administratione vix capescere incepissent, iuuenili ætate ex hac vita excesserunt.

Lotichius absoluto studiorum in Italia curriculo, acceptisque Academicis in facultate medica, impulsu magis amicorum, quam sua sponte insignibus reditum in Germaniam Roma etiam non visa, maturat. Reuersus vbi suos salutauit, *Wirzeburgum* venit *Melchiore Zobelo* præsule & Francorum duce nefario latrocinio ac nouo exemplo intra vrbis mœnia per insidias * crudeliter interempto. Cuius indignissimi facinoris historiam, successoris Friderici impulsu, conscripsisse Lotichium dissimulato nomine, vulgo creditum est. Agebant tunc studiose *Fridericus* præsul Wirzeburgicus, & nobilissimus *Sturmerus*; vt Lotichium omnibus honoribus auctum secum retinerent: sed DEO aliter visum. Accidit enim vt *Heidelbergam*, auspicijs *Othonis Henrici* principis Palatini Septemuiri, ad docendam tractandamque artem medicam honorifice vocaretur: anno Christi 1558. claudente ipso septenarium ætatis quartum. Quam quidem prouinciam Lotichius, Musis & rei literariæ natus, accipiendam existimauit. Eoq; cupidius eam in Academiam venit: quod vigebat ea ætate memoria doctissimorum hominum, qui ibidem cum perpetua nominis fama vixerant: vt *Iacobi Wimpfelingi, Pallantis Spangeli* iureconsulti excellentissimi, in cuius virtute deprædicanda multus fuit Melanchthon, olim eius conuictu vsus, *Ioannis Oecolampadii, Ioannis Hartungi, Sebastiani Münsteri, Ioannis Virdungi*, Mathematici, & qui illis superior, *Rodolphi Agricolæ*, eiusque discipuli *Ioan. Dalburgii*, & aliorum cõplurium, quos non necesse est omnes nominare. Inuitabat Lotichium præterea *Iacobi Micylli*, philosophi & poëtæ elegantissimi, consuetudo: quem antea ducem ad insistendam & persequendam studiorum rationem habuerat.

Lotichius in Germaniam redit.

Melchior Zobelus nefarie occisus; anno 1558. d. 17. Cal. Maii

* *Sicarius à Grombachio submissis: qui supplicium luit an. [illegible] d. 18 Apr.*

Lotich. Heidelbergam vocatur ab Othone Henrico Elect. Pfal.

Docti viri qui in Heidelbergensi Academia floruerunt.

In Academia igitur ea, *extra quam vitam non esse*, Lotichius dicere solebat, loco honorato docendi pariter & ægrotis consulendi munere ita functus: vt Palatinis principibus commendatus, collegis suis iucundus, studiosis & ciuibus vtilis esset atq; haberetur. Eodem fere tempore *Marpurgum* iudicio principum Hassiæ fuit inuitatus: vt in schola illa, in qua puer & adolescens luserat, vel artem medicam vel poëticam doceret. Verum in statione prima Heidelbergensi Lotichius mansit: vixitque in ea, dum vixit, bene ac honeste. Egit autem cœlibem vitam, suum iudicium secutus & ocium literatum sectatus. Vnde illud;

Eodem tempore Marpurgum vocatur Lotichius.

Lotich. celebs vixit.

Me iuuat in studiis consumere dulcibus ætas,
Signaque Musarum prosperiora sequi.

Et

& ſodales ſuos, vixitq; cum ijs iucundiſſime, vſq; ad infauſtum ac funeſtum caſum, qui ita contigit. Cum Lotichio ineſſet incredibilis quædam morum ſuauitas & comitas, ita, vt quibus ſemel innotuiſſet, ijs in dies iucundior eius conſuetudo fieret: nobilis quidam Monacenſis canonicus Bauarus, Lotichio vſu domeſtico iunctus Patauij, eundem mox conſecutus peſtis metu Bononiam, contubernium eiuſdem ibi expetijt. Hic vero canonicus cum cepiſſet amare foris, quod domi habebat: impatienter id tulit hoſpita, iuuenis formoſi amore capta. Itaque vt eo potiretur, *philtrum* parat amaſio apponendum in iuſculo. Apponuntur ergo ſingulis ſeorſim pro more Italorum iuſcula duo. Sed cum Lotichij eſſet pinguius, ipſeque natura à pinguibus abhorreret; commutat id cum iure nobilis Bauari, quod erat macrius, ſed intoxicatum. Lotichius, etſi buccellam, vt ſolebat prius cani ſuo obieciſſet, qui continuo in rabiem verti & in parietem ruere cæpit; tamen, quia id non animaduertebat, ſorbere pergit. Extemplo vim veneni intra præcordia ſentit, atq; animi deliquio in terram concidit. Mox furens ad conclaue volat, arma rapit, in contubernalem ab ipſo ſibi inſidias factas ratus, ſtricto inuadit ferro. Poſtea ad ſe nonnihil reuerſus *oleum oliuarum* affatim haurit: fibris ſtomachi laxatis hauſti toxici partem reuomit: & alia vt medicus abigendo veneno adhibet. Inde in febrim malignam incidit; & periculoſe ægrotat. Vbi tandem meliuſcule habere cœpit: deciderunt illi capitis pili, digitorum vngues, & totus nonnihil immutatus eſt corporis habitus, cum ipſis etiam animi moribus. Et hæſerunt reliquiæ iſtius mali, quoad vixit. Quotannis enim ſub autumnum reuertente tempore, quo ipſi malum illum acciderat; recruduit vis toxici; cũ mentis quadam alienatione ac febri. Hic fuit fructus perluſtratæ Italiæ; quam nimis auide appetimus Germani, ſæpe domi habentes, quod foris ſumtuoſe quærimus.

Funeſtus caſus Lotichio Bononiæ accidit.

Italia caute peragranda.

Daniel Stibarus moritur.

Vt autem nulla calamitas ſola, ita Lotichio malum propriũ aliud auxit. *Daniel* enim *Stibaru* ſub idem tempus immatura morte in medio honorum curſu intercidit, annum quinquageſimum non multum egreſſus. Hunc Mæcenatis liberaliſſimi obitum non lacrymis ſolum, verum & carmine ſeriò deſleuit poëta noſter, in quo inter alia ſic quiritatur & ominatur:

Tu ſtudium luſuſq; meos, tu gaudia vitæ
Omnia fregiſti morte, Stibare, tua.
Sit tranquilla tibi requies, ſpesq; inſcia luctus,
Iamq; vale, manes mox ſequar ipſe tuos.

Haud longe interuallo poſt ſecuta eſt mors duorum ex fratre Stibari nepotum, quibus Lotichius magiſter præfectus fuerat

eius magnificus *D. Stibarus* intellexit; viatico liberali instructũ honeste dimittit. Antea vero quam iter ingrederetur, de voluntate Mæcenatis cum magna discipulorum nobilium parte Lipsiã æstate inclinante abit, ad veteres præceptores, *Melanchthonem & Camerarium*, salutandos. Cum his plusculos dies moratus in Italiam pergit, adiuncto sibi comite *Ioanne Hagio* Franco, medico, huiusque discipulo *Bernhardo Thungeno* Equite Franco. Profecti ergo per Oenipontem & Tridenti alpes, ingrediuntur desideratam in Italiam, de qua idem, quod de Ægypto Homerus olim dixit, dici possit:

Lotichius iterũ Melanch. & Camerarium salutat.

Inde Italiam petit.

Odyss. 4.

——— πλεῖστα φέρει ζείδωρος ἄρουρα
φάρμακα, πολλὰ μὲν ἐσθλὰ μεμιγμένα πολλὰ δὲ λυγρά.

Veniunt autem, vt alias præteream vrbes, *Veronam*: vbi præter alia monumenta non sine affectu lustrarunt illustris. *Scaligerorum* statuas, qui vniuersam ferè olim Lombardiam tenuerunt: sed à vicinis Venetis expulsi concessere in Bauariam. De horum genere, superiori seculo floruit *Iulius Cæsar Scaliger*, vir ad miraculum doctus, & nuper eius filius *Iosephus*, Europæ sidus: in quo familia extincta, non fama. Viderunt ibidem *Pipini* regis tumulum, perpetuo rigatum rore; tum etiam magni *Fracastorii*, & alia permulta. Demum *Patauium* appellunt, hospitium diu expetitum, vrbem amplam, populosam, doctissimisque in omnium scientiarum genere hominibus affluentem. Ibi Lotichius præcipue delectatus est horto *Bembi* vrbano, perpetuo virenti lauro, hyaco, & platano. Sub vesperam vero, calore remittente, in *medicorum*, vt vocant, *hortum* cum amicis excurrebat, omni genere pulcerrimarum rariorumque herbarum instructum & cultum. Crebro item ad viscendum vicinum *Arquatum*, ad salutandos *Francisci Petrarchæ* cineres & laureta, exibat sub vesperam: sæpe cum Hagrio, Mario, Maroldo ad Euganeos montes, herbis salutaribus scatentes; hinc ad *Aponi* fontes & calidas aquas. Postea Medoaca flumine deuecti *Venetiarum* vrbem accedunt: vbi Neptunia regna, regias opes, delubra superba, palatia celsa, & vt verbo dicam, magnificentiæ omnia plena satis contemplari, satis demirari non potuerunt. Verum cum sub idem tempus pestis vrbem Patauinam inuasisset; & studiosorum alij alio diffugerent: Lotichio *Bononia* arrisit; quam Theodosius Imperator omnium scientiarum domicilium & perennem Musarum sedem esse voluit; priuilegijsque summis donauit; adeo vt *si quis scholasticum studiorum gratia illuc euntem, ausu temerario læserit, capite plectendum eum sanxerit; & ni præses id exequatur, Episcopo Bononiensi vt eadem illum pœna afficiat, mandarit*. Et olim ad doctrinæ commendationem satis erat, *modo in studio*, vt loquebantur, *Bononiensi vixisset* quispiam. Pertraxit Lotichius eodẽ

Scaligerorũ illustris familia.

Iosephus Scaligerorum vltimus.

Patauium.

Venetiæ.

Bononiam Lotichius abit.

calamum aut librum; enſem ge ac macharam vibrare, quam carmen pangere. Hic riſu omnibus oborto, poſt exactum iam amplius *ſeſquihoræ* colloquium, comiter dimiſſos, in diuerſorium abduci ab adiuncto ſatellite imperat; cuius nutu ſe continerent, nec citra permiſſionem factam pedem diuerſorio efferrent. Noſtri læti diuerſorium petunt; vina ocyus promere iubent, more patrio Chirurgo populari, & ſatelliti, cuius arbitrio dehinc viuendum erat, hilare propinant, & vt poſſunt, humanitatem omnem declarant. At quid fit? Commode cœnati ac refecti, cubitum eunt, ſileſcunt, obdormiunt. Interea *Longurio* ille infelix comes, in culina cum caupone rixas occipit, calidum pro purgandis nobilium ocreis itinerarijs imperioſe poſtulando. Hic illi ad focum *literæ regio ſigillo* maiori obſignatæ è ſinu forte excidunt: quas cauponi, dum inſpicere vult, illico longurio eripit, in ignem conijcit, è caupona ſe proripit & notis ſibi extra vrbis mœnia cuniculis de nocte elabitur: veſtigatus omnibus vijs celeribus equis nuſquã gentium comparet. Poſtridiẽ ſummo mane noſtri omnium prorſus ignari, propere rurſus ad Imperatorem illum vocantur, examinantur, rogantur: *Ecquis ille via comes, qua venerit, quorſum iter ſuum?* Reſpondent noſtri bene adhuc animati id, quod res erat: neque notum ſibi hominem, neque conductum, adſociatum forte ad litus, vltro officioſum præbuiſſe ignotis penitus, nec de itinere quicquam indicaſſe. Hæccine iureiurando confirmare velint ſinguli, rogantur? annuunt noſtri vno ore omnes conſtanter. Tum præfectus ira excandeſcẽs per tribunum in hæc verba illis denunciari iubet: *Baiulus iſte comes ſi in ſuas manus venijſſet, iam ipſis pro ſpectaculo ante diuerſorii feneſtras, ex longurione longam factum literam debere pendere. Illico proinde vrbe exeant; Mompeliumq; ad ſtudia ſua ſe referant; nec vlterius quaqua progrediantur. Quod ſi dicto non audientes Toloſam verſus pedem mouiſſe deprehendantur, de proxima quenque arbore racematim ſuſpenſum iri.* Et vero ſi abſq; literis *Rondoletii* fuiſſet: in præſentiſſimum adducti eſſent diſcrimen. Conſtat enim hyeme ſequente Hiſpanum quendam ſtudioſum, in patriam rediturum, quod apud eum propugnaculi cuiuſdam, quod tum ad *Aquas mortuas* exſtruebatur, delineatio inuenta eſſet, captum ac ſuſpenſum, laborantibus pro eo diligenter doctoribus Mompelianis. De Longurione autẽ ſuſpicio omnium erat, *Genuenſem* eum proditorem fuiſſe, ab *Andrea Doria* ſubornatum. Germani igitur nobiles cum ſuis magiſtris, Deo gratijs actis, ad ſua veredarijs expeditis vſi, reuertuntur: ac deinde Mompelio, vt diximus, in patriam, quam inuenerunt inteſtinis motibus, & *Alberti* marchionis armis valde turbatam. Cæterum Torichius, Gallico itinere & munere demandato probe integreq; defunctus, in Italiam cogitare cepit. Id vbi Mæcenas

Hiſpanus ſtudioſus ſuſpenſus.

Quis ille longurio fuerit.

eius

dis pallijs & alijs vltro defert. Noſtri voluntatem tam officioſam non aſpernati, cum baiulo, nouo & facundo comite pergunt. Pranſi in pago *Niſſa* cum litus relegere luberet, oſtentante ſe è longinquo *Narbone* Martio, vt Cicero appellat, longurio ille compendia viæ monſtrat, abducendo à mari iuxta *Ruſcinem* fluuium. Ante vrbem opere & præſidiario tunc milite munitiſſimam, dum noſtri calceamenta purgant, & ad ingreſſum ſe parant: ille comes curioſe iam foſſas inſpicit, iam oculos huc illuc verſat: vnde ſuſpicio poſtmodum fuit confirmata. Venitur ad portam primam non ſolum Marte & munitione terribilem, ſed etiam pluribus monumentis Coſſ. Romanorum venerabilem; per quam ingreſſuros militum quidam ibi excubantium gradum iubet ſiſtere: rogat *qui ſint, vnde veniant, quo tendant*: negat illis intrare licere prius, quam ad militiæ principem ſummumq; magiſtratum res referatur. Miles diu noſtros moratus tandem redit; omnesq; illum militum magiſtrum adire iubet adiũcto ſatellite. Sequuntur viatores noſtri laſſi, languidi, ſiticuloſi cum ſarcinis; & in atrio magnifico coram Prefecto militum ſiſtuntur: ac rogantur primum, an *Gallicam linguam* teneant & loquantur omnes? reſpondẽt noſtri, paucos ita eam linguam tenere, vt intelligantur, & neceſſaria proloquantur. Eliguntitaq; *Cellarium* Heluetium, qui nomine omnium Gallice loquatur. E quo Præfectus audiẽs Germanos eſſe, ſingulos intente intuetur; ac quibus quiq; locis nati ſint, rogat. Reſpondent, *Saxones* eſſe; *Iſaactus Cellarius*, vt erat, Heluetium ſe aſſerit. Habebat Prefectus in militum numero Chirurgum quendam, natione Germanum. Is continuo aduocatur explorandi cauſa, vere Germani ac medicinæ ſtudioſi an eſſent, necne. Prefectus vbi rem ita ſe habere, vti primo confirmarãt, videt: literas commendatitias ad Toloſates exhiberi ſibi poſtulat, reſignat, perlegit, reddit. Verum profectionis cauſam ſuſpectã cum haberet belli temporibus: ita eos grauiter affatur: *Decebat vos iuuenes ſtudioſos ſtudia temporibus accommodare, ne temere pericula ſubire. Iam ad vicinos vſque montes Pyrenæos progreſſi eſtis, vnde vnius diei itinere Hiſpanias vobis ingrediundi eſt facultas. Prius itaq; hanc explorare vrbem animus fuit; poſtea alias aggredi technas.* Quibus auditis noſtri conſcientia rectoque propoſito freti, intrepido vultu modeſte reſpondent; & ſuſpicionem à ſe omnem remouent. Erat Præfecti ætas grandis, barba cana, autoritas militaris: ſedebat cum maieſtate in tribunali, ſatellitum holoſerico amictorum magno numero ſtipatus: adſtabant & officiarij armati tanta cum obſeruantia ac ſi regiam ipſam maieſtatem intuerere. Demũ in Lotichiũ intuitus, corporis colore ſupra alios magis fuſco, robore & habitu virili, vultu militari ac præſenti, interrogat: quis tu autẽ? *etiamne tu ſtudioſus haberi vis?* ipſeq; affirmante: *videris vero*, inquit, *rectius tu haſtã geſtare militare, quã*

Narbo vrbs Galliæ.

4. Periculum in vrbe Narbonenſi.

Oratio præfecti militum ad Germanos.

Proſopographia illius Præfecti.

Ad disputationem de carnium esu citantur.

inuidiã conflarunt. *Quinto die* post ad disputationẽ de carnium esu & similibus quæstionibus citantur. Iterum nostri se regio diplomate tuentur, & nisi securitas concedatur, missuros ad regem, ac per *Rheingrauium* legatum daturos responsum: esse illi adolescentes examinatos familia & sanguine iunctos. Ibi Inquisitores paulum visi remittere, præsertim cum suspicarentur famulum ea de causa præmissum. Itaq; ad pœnitentiam *ob scandalum publicum* publice declarandã serio illos hortãtur: & proponitur formula; vt *alba veste per plateas, nudis pedibus, cũ facibus ardentib. singuli ad templũ eant, in templo coram summo altari missam audiant, absolutionẽ petant, mulctã magistratui & clero debitã dependant, de cetero cautius agant.* Quid hic nostri? inter sacrum & saxum illi cõstituti, *facturos se horum quicquã diserte pernegant, ingenuos se ac liberos liberis & nobilib. parentib. pregnatos, nunquam adspersaros gentilitio nomini infamiæ huiusmodi & seruitutis maculam, priuilegia studiosis ab Augusti. Impp. data violari, ipsius Christianiss. regis literas sperni contumeliaq; affici nobilitatẽ literatũ hoc pacto conculcari affirmantes; ac mansuros se promittentes, donec super hac re ex ipsa aula rescriptum afferatur.* Audito hoc, S S. Patres decreta paulatim relaxãt, veniamq; ipsis dare dicunt, *ob amorem*, vt aiebant, *& dignitatẽ gentis Germanicæ: iustitiæ fuisse, quod fecissent; ne alii regni ciues de iuris inæqualitate haberent, quod iure conquererentur: remitti illis factum, ex gratia Ecclesiæ, ea tamen lege, vt imposterum citra scandalum viuant,* & (in quo vno obtemperatũ) *singuli singulos coronatos ad nosocomia & xenodochia dependãt.* Creditum fuit, non parũ hic *Carolum Clusium* profuisse, cui ob musices peritiã consuetudo intercedebat cũ Dominicani ordinis Inquisitore. Itaque nostri gratijs regio nomini actis discedunt, *seq; non nisi sub autoritate regiæ constitutionis victuros, & libere quod hilaris sit datoris, Deo chari in usum pauperum aliquid soluturos, ostendunt.* Non longo tempore post, cum *biennio* amplius Mompeliana in Academia vixissent, animis semper cõiuncti, mensa tantũ ad tempus diuisi: placuit magistris & ephoris ipsorum in ferijs Academicis rursus ad maritima excurrere, partim philosophiæ naturalis ac rei medicæ, partim Tolosanæ Academiæ visendæ causa. Adiungũt se Lotichio, minoribus loco cõmodo vna cũ pædagogo relictis *Marius*, alij itẽ suorũ *quinq;* studiosus *Gallus μγρόφθαλμος*, & *Isaac. Cellarius*, Gryneꝰ priuignus, postea professor Basileensis. Literis igitur cõmendatitijs à *Scyronio* seniore, & *Rondoletio* præceptoribus ad Tolosates acceptis, iter ingrediuntur. Cum autem à litore Tyrrhenico, quippe intersecto & deserto, necessario illis deflectendum esset: de improuiso nõ aduertentibus sese obuiam fert homo quidam *longurio*, ater, quiq; ipso adspectu terrori esset. Hic salutatis nostris perquam humaniter se itineris comitẽ offert, & cum videret homines studiosos, de via lassos, operam quoque suam in portan-

Pœna ab Inquisitoribus ob carnium esum nobilibus Germanis indicta.

παῤῥησία Germanorum.

Carol. Clusius ea in causa profuit.

Iter Tolosanum.

Ignotus comitem se nostris peregrinatoribus.

in ſcalis latronum quiſpiam gladium in tenebris micantem oſtentat, forte exploraturus, quid animi eſſet nouis hoſpitibus. Quod animaduertentes nobiles ſtudioſi cum enſibus ſtrepitu facto proruunt, ac latrunculos fortiter abigunt, ipſi ad auroram vſque peruigilantes. Qua appetente læti equis veredarijs conſcenſis Pariſios repetunt, iam experientia edocti, quid ſit illud Comicum: *Felix, qui mare nunquam eſt ingreſſus.*

Lutetia deinde omnes ſimul iterum diſcedunt, pedeſtre iter inſtituentes, vno duntaxat equo impedimenta viæ ac ſarcinas ferente. Fuit ea profectio Lotichio duce *militarium* noſtratium *quinquaginta* circiter, concors, modeſta, & læta; præterquam quod in ſylua circa Molinarum vrbem à latronum manu periculum ipſis non defuit. *Lugdunum* ingreſſi perluſtrant bibliopolia magnifica; & coemta bona librorum copia octaua poſt die Rhodano, nobili flumine, vecti, *Viennam*, Cretenſium Coloniam, deueniunt. Hic dum noſtri ſupra vrbem ante pontem de more exponi nolunt, nautæ incautius nauem regentes, rapiditate fluminis ad inuſitati tranſitus iugum ſagitta velocius deferuntur, inter ſæuas vndas, murmura, & ſpumas, vt ſeipſum nemo exaudiret. Tum nautæ in genua procidentes Deiparam virginem acclamãt: & actum de omnibus vno momento fuiſſet, ſi vel ad mininum ſaxum nauis impegiſſet. *Auenioni* viribus reſumtis, bidui itinere *Nemauſum*, ac demum *Mompelium* appellunt: cuius loci genium ac felicem vbertatem cum Neapolitano cœlo & ſolo non iniuria conferas. Ibi famulo cum vterentur Gallo, tum ob linguæ imperitiam, tum miniſterij gratia: euenit *quadrageſimæ* tempore, vt vocant, cum exteris, præſertim Germanis, carnibus veſci indulgentia magiſtratus permittitur, vt famulus ille audaculus, prohibentibus id ſæpe nobilibus, carnes ad menſam priuatim inſtitutam coemptas, domum ferret ſub veſte propendentes in publico. Quod cum alij, tum inprimis *clericus* quidam è regione noſtratium habitans, notaſſet: continuit ſe tamen anno integro, nec quicquam indicauit. Sequente autem anno redeunte *carnium priuatione*, rem ad *Inquiſitores* defert. Vocantur itaque non omnes ſimul, ſed iuniores primum, mox alij, vix vt cogitandi de reſponſo ſpacium daretur. Diſcipuli, vt erant inſtructi, factum fatentur, eiuſque cauſam in præceptores conferunt. *Biduo* auditis iunioribus, cum in vna eademque ſimplici reſponſione perſiſterent: accerſuntur & grandiores. Qui nunc ſeorſim ſinguli, nunc ſimul omnes examinati, idemque faſſi, prætendunt *priuilegium* à rege peregrinis conceſſum. Inquiſitores id ſe non ignorare reſpondent; ſed ſcandalum publice datum incuſare. Noſtri vbi vident rem ſerio agi, famulum illum male conciliatum multa nocte à ſe dimittunt: quo tamen facto maiorem ſibi à religioſis

Lugdunum Galliæ.

2. *Periculum in Rhodano.*

Mompelium veniunt.

3. *Periculum in ieiunio Quadrageſimali.*

Exteris carnium eſus indulgetur Mompelii diebus prohibitis.

Germani nobiles coram Inquiſitoribus accuſantur.

dirent. Inde veluti multitudini cedentes in exoptatos *Mompelianos* receſſus, regna Aſclepiadea, concedunt; ibique in ſuauiſſimo otio literario iucunde ac feliciter bonas horas conſumunt. Monte peſſulano libuit excurrere, & vicinam *Toloſanam* ſcholam viſere: deinde montibus Pyrenæis ſuperatis, & Atace flumine, in finitimas Hiſpanias traijcere, viſendæ regionis ac gentis cauſa, ad quiduis audendum cordatæ: verum *Narbona* vlterius progredi conceſſum non fuit, bello inter Hiſpanum & Gallum ardente. Montem igitur peſſulanum reuerſi, aliquam multum temporis in ſtudijs ponunt: tandem inde digreſſi perluſtratis Galliæ Narbonenſis clarioribus vrbibus, per Allobrogum fines, Rhodanique fontes, & Heluetiam, in Germaniam redeunt, anno à Chriſto nato M. D. L III. *exacto quadriennio* in Gallijs liberalitate & ſumtu illius nobiliſſimi Stibari: quem in thermis Badenſibus valetudinem tunc curantem, ſalutarunt.

Inde Montempeſſulanum.

Viſunt ſcholam Toloſ.

Redeunt in German.

Cæterum non alienum hoc loco videtur paucis ſaltem perſtringere caſus illos & diſcrimina; in quæ nobiles ſtudioſi cum ſuo Phænice & comitibus in Gallijs coniecti fuerunt; alijs vt exemplo ſint peregrinaturis. Primum itaque *Lutetia* antequam abirent, vna omnes vnius contubernij numero *vnderim*, ætate haud pares, animi gratia, ac deſiderio inſpiciendi oſtia *Sequanæ*, Pariſios alluentis, & ad Rothomagum in Oceanum ſe exonerantis, exſpaciantur, partim nauigijs, partim pedibus iter facientes. Inde *Rothomagum* appellunt, vbi iudicium regium, & emporium celebre totius Normandiæ. Ab hoc cupido inceſſit eundi ad litus Oceani vſque, & ad portum *Diepæ*; vnde decem horarum ſpacio vento ſecundo in Angliam traijcere poterant: quod feciſſent, niſi nobilis iunioris cuiuſdam metus, inter piratas quaſi relinquendi, ipſos deterruiſſet. Nihilominus tamen vt animum oblectarent ac propius, quod volebant, intuerentur, nauigium conducunt, duobus vectoribus, qui in Oceano nauem agerent, ſeſe temere admodum committentes. Hi enim ventis inſurgentibus magis magisq; in altum vehunt repugnãtes ac nolentes: & iam furentis maris procellæ in conuectorum capita vndique reuerberabantur; cum ſerio nauicularijs imperant, curſum relegant, & litus petant. Verum iſti nebulones, ac pecuniæ hirudines, negant ſe reducturos, niſi numerato aliquo donario. Hic Lotichius indignitate rei commotus, alterum principem conſilij fortiter apprehenſum in mare præcipitem ſe daturum minatur, ni curſum & propoſitum mutet. Appellunt igitur, ſed non ad portum, vnde ſoluerant. Per loca ergo ignota noſtri regrediuntur, & tabernam in litore inuentam ingrediuntur. Verum cum & hic ſuſpecta ipſis omnia viderentur: cœnati excubias diſponunt ad cubiculum. Ibi tum

Pericula Lotichio in peregrinatione Gallica obiecta.

Sequana.

Rothomagum.

1. diſcrimen in mari.

Caupo inſidiæ.

in ſca-

tembergam ad Melanchthonem, sedatis belli tumultibus, est reuersus, vixitq; cum eo coniunctissime & iucundissime. Erat enim ei carissimus, cum propter summum ingenium, eruditamq; doctrinam, tum propter singularem modestiam & carminis suauitatem: qua semper apprime est delectatus; dum vixit. Itaque honoris & eruditionis causa magisterij philosophici, vt vocant, gradu ornatum Lotichium voluit: & post *Ioachimo Camerario* suo commendauit. Paulo post à patruo abbate domum reuocatur. Hic *Camerarius* cum *Danieli Stibaro* Equiti Franco clarissimo, & canonico Wirtzeburgensi, abeuntem commendat.

Inde VVitembergam.

Vbi Magisterii titulo ornatur.

A Camerario commendatur Stibaro.

In viam se dedit Lotichius sub ipsam brumam, anni tempus difficile, & peregrinantibus præsertim minime idoneum. In itinere illo multas ærumnas, niues profundas, & præter cœli inclementiam etiam Thuringorum inhospitalitatem indigne est perpessus. Tabellarius ei comes additus, ex improuiso in profundam fossam niuibus contectam incidit; atque in niuibus ita coopertus totus latuit; vt Lotichius ex proximo pago rusticorum turbam festinanter aduocare necesse habuerit; qui oppressum ac tantum non præfocatum niuium mole liberarent, & præsenti vitæ periculo eriperent. Itaque domum redit corpore pessime affecto languoribus & morbis, quos in via, cœlo niuoso & rigido contraxerat; & redux à patruo abbate, iam sene, non sine lachrymis & gratulatione aduentus exceptus est.

Redit in patriam Lotichius.

Iter hyemale.

Curata apud suos valetudine *VVirtzeburgum*, Franciæ metropolim, cum literis Ioachimi Camerarij ad Mæcenatem futurum *Danielem Stibarum* contendit. Hic acer ingeniorum censor, statim indole, doctrina & moribus Lotichij perspectis, accedente præsertim Camerarij commendatione non vulgari: & cupide & lubenter in familiam suam eum adsciuit, & fauore suo dignissimum iudicauit. Quare gentilibus suis *Stibaris*, adolescentibus indolis ac spei præclaræ, præceptorem præfecit. Inde in Galliam eum ad explorandam Academiarum illius regni rationem, tumultuante tunc Italia, solum ablegat. Postea rebus exploratis vna cum agnatis suis & comitatu nobili egregiorum iuuenum, atque ijs præcipue *Gabriele*, *Erhardo*, atque *Dimaro* Galliam Lotichium adire iubet; adiuncto ei hypodidascalo *Georgio Vischero* Argentinensi, homine docto, comi, ac humano.

Daniel Stibarus.

Lotichium iunioribus Stibaris præficitur.

Cum iis Galliam adit.

Iter igitur Gallicum cum mercatoribus Gallis à mercatu Francofurtensi ingrediuntur, instructi sumtibus necessarijs ex liberali munificentia Danielis Stibari Mæcenatis; ac primum petunt celeberrimam *Parisiorum* vrbem, in qua subsitere aliquantisper, vt philosophos, oratores, medicos, I C. clariss. au-

Veniunt Lutetiam.

fluebant. Istis igitur summis viris ita se Lotichius ingenij industria morumque elegantia probauit; facile eum vt fauore suo, quin & amicitia dignum iudicarent. Amabant in eo non tam ingenij bonitatem, carminisque culti præstantiam, quam morum probitatem & candorem, ingenuumque maxime pudorem. De genere vero carminis Lotichiani quid senserint, quidve in poetica ei tribuerint: clare demonstrant honestissima de Lotichio iudicia ac testimonia literis prodita. *Camerarii* certe in Lotichium cum viuum tum mortuum propensio animi exstitit singularis; qui & in hoc vnice elaborauit, vt *diuina Lotichii* (sic vocat ipse) *carmina* post mortem illius ederentur. In Academia autem Wittebergensi, vbi *Melanchthon* regnum tenebat, innotuit clarissimis & doctissimis quibusque viris, cumprimis *Georgio Sabino*, *Ioanni Stigelio*, *Georgio Fabricio*, & alijs, vt *Posthium ac Melissum* posterioris ætatis poetas omittam; qui omnes vnanimi consensu *in Elegiacis Lotichio palmam* detulerunt.

Lotichium hi in amicitiam admittunt.

Camerarii de Lotichio iudicium.

Lotichius princeps elegiacorum poetarum.

Ortum est deinde bellum, Germaniæ toti funestum, *Ioanni Friderico* Saxoniæ, & *Philippo* Hassiæ Landgrauio, ducibus arma inferente *Carolo* V. Imperatore anno Christi 1546. Itaque classico dissipatis docentium ac discentium cœtibus Melanchthon tutum Musis quærens receptum Magdeburgum petijt, quem Lotichius vna cum alijs est comitatus. Sed cum & ibi præter spem omnia turbulenta offendisset: coactus est pedem referre bonus Melanchthon cum suis. Lotichius autem suum quoddam consilium secutus, ac tempori inseruiens, militiæ nomen dedit: comnilites nactus *Melchiorem Zobellum*, acri ingenio & virtute iuuenem Sueuum, *Ioan. Altum*, *Varum*, *Acontium*, sodales veteres atque ijsdem studijs deditos. Miles igitur vixit in hybernis in Saxonia miserabiliter & calamitose, vt ipse in epistola quadam ad Hagium fatetur: & in ipsis etiam castris inter lituorum strepitus Musarum minime est oblitus: sed in excubijs & aspero frigore tacitus secum carmen aliquod finxit; & vbi aliquid à militaribus munijs suffurari temporis potuit, versibus id pangendis transmisit. Vnde alicubi sic Musas alloquitur:

Academia VVittembergensis dissipatur.

Lotichius dat nomen militiæ.

In castris facit versus.

Vos quoque sum lituos inter Generatus & enses,
Quodque fuit vacuum tempus ab hoste, dedi.
Deque tot amissis etiamnunc pauca supersunt
Carmina, militiæ tempore facta meæ.

Perfunctus tandem belli laboribus, spe pacis non dubia affulgente, accepto ab Imperatore suo missionis honestæ diplomate, è Saxonibus *Erfordiam* concedit, vetustum & amicum literatorum hospitium, ibidemque in gratiam cum amicis suis veteribus, hoc est, libris & studijs redit. Erfordia deinde *VVittember-*

Ex militia Erfordiam concedit.

ora obuertebant ſua, huius ſermone extremi totius orbis incolæ, populi incogniti, remotiſſimæ gentes ſuſpenſæ velut ac victæ conquieuerunt. Quare ſic ſtatuendum tibi eſt, vt hunc vnum imiteris atque effingas, à quo maximos ſperes ſtudii tui fructus. Nec ſane ad hoc languidior tibi animus adferendus eſt: tanquam obſequio ſolum rem tam arduam iri confectum putes, aliis profecto, alius opus eſt. Etenim cum videas infantem non tantum parentis (quem quidem agnoſcit) vias atque veſtigia conari linguam exprimere, mores ac geſtus, totum denique habitum ac ſtatum effingere, donec ſimilitudinem aliquam veri hominis adeptus puer ſuus fulciri membris ſuisque corroborari viribus incipiat, inde paulatim à maioribus acceptum ſermonem diſcat exequi lingua, iu demum ipſis nimirum verus apparebit parentis ſui filius. Quæ quidem eo tibi ob oculos à me ſunt poſita, vt videas atque diſcas, quantum imitatione natura vel adiuuari, vel promoueri queat. Idque omnino, quantum valeat, re ipſa experiare. Hoc certe velim, vt Ciceronem ipſum, tanquam linguæ tuæ parentem ac magiſtrum agnoſcas, eum vnum admirere, diligas, amplectare, denique & exprimendo ſimilitudinem aliquam non quidem vt ſimius hominis, ſed vt filius patris aſſequare. Ex eo igitur ſi quid petendum ſit, vno tanquam perenni linguæ theſauro, Romanique ſermonis fonte hauries. Proinde cum ingenium tibi ſit ad optimas artes & liberales diſciplinas, maxime vero cum ad poetarum ſtudia, tum eloquentiæ natum atque diſpoſitum, velim, imo te rogo atque obſecro, vt eo ipſo conſtanter vtare, te exerceas, eamque ad metam, quo pauci peruenerunt, totum vitæ curriculum, omnem operam, ſtudium, laborem impendas: quo expectationem non modo non fallas meam: (quod profecto minime omnium conuenit) verum etiam vota, ſi libet noſtra vincas. Vale. Solitariis.

Francofurti cum alterum *ſeptennium* exegiſſet Lotichius, & iam ex ephebis exceſſiſſet: à patruo illo Abbate *Marpurgum* continuandorum ſtudiorum cauſa mittitur. Venit eo Lotich. adoleſcens anno Chriſti milleſimo quingenteſimo quadrageſimo quarto, vixitque apud *Ioannem Hildenbrandum* Iuriſconſultum, contubernalem nactus *Iohannem Hagium* Francum, amicum deinde per omnem vitã fidelem ac conſtantem. Cum eo Ioan. Hagio vbi de more nomen apud Rectorem dediſſet, Academico ritu initiatus eſt in ædibus * *Draconis*, præſentibus popularibus & patruo Petro. Marpurgi cum in Philoſophiæ ſtudio non pœnitendo cum fructu verſatus, ac in oratoria & poetica progreſſus feciſſe felices viſus eſſet patruo ſuo; eiuſdem iuſſu atque conſilio abijt in Saxoniam ad audiendos principes illius ævi philoſophos *Philippum Melanthonem*, & *Ioachimum Camerarium*. Duorum enim iſtorum fama exciti tum temporis plurimi homines nobiles & docti ex *Italia*, *Gallia*, *Hiſpania*, *Pannonia*, imo & *Gracia* certatim in illas oras con-

Francofurtõ Marpurgum ablegatur.

Ioan. Hagius Francus.

* *Ioan. Draconis Theologi.*

Marpurgo in Saxoniam proficiſcitur.

Fama Melancthonis & Camerarii.

Itaque quod mehercule prius feci, iam quoque faciam, hoc est, excitabo te, vti illa ipsa via, quam me authore suscepisti, discendi veram eloquentiam, atque optimas artes, eo vsque contendas, vt quandoque ad summum laudis nomen, atque fastigium nostru hominibus peruenisse videaris. Idque sic velim statuas, vt si ad eam ingenii tui vim ac felicitatem parem adhibeas industriam, sis omnes tuas actiones, studia, atatem, hac vna cogitatione corroboraturus: quam præ aliis maxime commodam vitæ, ac fructuosam studiis maiores nostri iudicarunt. Etenim si non solum homines Philosophi, sed Dii ipsi immortales à brutis animantibus sola quidem orationis vi atq; potestate mentis nos esse diuersos voluerunt: Quo quidem nos facere mihi rectius videtur, qui quod accepit à cæteris donum, tua (cum id Dii ipsi iubeant) cura, suo labore perficiat, nec solum loqui posse contentus sit, sed vltra etiam loqui ornate ac splendide discat, seq; vere non hominem, id est, mortalem ac fragilem, sed immortalem, & quasi Deum virtutis actione fingat. Ea vero cum in aliis multis rebus constant, tum præcipue summa, ipsumque gloriæ culmen in eloquendi ratione consistit. Quam quidem etsi plurimi diuersis modis ambiuerint, eloquentiam dico, eiusque aliquam quisque partem adumbrauerit; pauci tamen veram illius viuamq; imaginem ad hunc sane diem repræsentarunt: Idq; non tam aliquando naturæ vitio aut ingenii imbecillitate, quam parum prudenti huius rei ardua moderatione atque iudicio, quo quidem destituti fuerunt. Hinc cæteræ dotes quamuis amplissimæ imminui, confundi, atque turbari, ipsique illi ardore magis animi rapi, quam spe effectus frustrari. Sed cum porro tribus præcipue modis se mortalibus ea dicendi ratio infundat vis, ardore, imitatione, iisque tanquam ducibus constet eloquentia: Eam tu viam potius aggredere, eam rectius doctissimorum hominum sententiam sequere, qua ad summum peruenire posse confidas. Nam cum ista tibi naturæ facilitas est, tum illa quidem felicis ingenii vis atque potestas, vt nihil omnino tam in arduo positum, tamque sublime esse videatur, quod non assequi posse te sperem, non facile te in mediocritate quasi desperato successu, non in satietate, quasi confecto cursu patior consistere: sed in alium te velim efferri, quo te volo. Itaque quod à me his paucis diebus audiuisti pluries. id & mehercule iam repeto, atque inculco, vti vnum præ omnibus aliis eligas, quem maxime studeas exprimere in consuetudine & dicendi bene & scribendi. Eum quidem vnum esse ac maximum omnium M. Tullium dico: Qui omnes in oratione virtutes, omnes dicendi neruos, omnem vim, copiam, venustatem ita persecutus est; vt non homo quispiam Arpinatium ciuis, sed quasi Deorum immortalium consilio, Iouisq; Opt. Max. gremio lapsus in terram, ciuibus, imperio, Reique publicæ Romanæ diuinam induxerit linguam. Cuius quidem maiestatem atque virtutem non Capitolium dico solum incredibili admiratione complexum est, sed & exteræ nationes, gentes, ciuitates, ipsiq; adeo Græci homines in huius vnum conspectum

adeb-

Eloquentia tribus modis paratur.

Præsagium Pedionei de Lotichio.

Vnus ad imitandum eloquentiæ studioso præponendus M. Cicero.

GIT, ET AD CERTAM RATIONEM REVOCAVIT: VIRO PIETATE, STVDIO PVRÆ, CASTÆQVE RELIGIONIS, SAPIENTIA, VIRTVTE, HVMANITATE, BENIGNITATE ERGA OMNES PRÆSTANTI, FELICITER ET SANCTE IN TERRIS MORTVO XIII. CAL. MAII, C. V. AN. LXIII. M. II. D. II. H. I. ACADEM. WITTEBERG. CVI ILLE TOTIS ANN. XLII. OPERAM NAVASSET H. M. P. C.

Obitum eius plurimi doctissimi viri carminibus suis luxerunt, quæ & typis excusa sunt. Ferdinandum Imperatorem ferunt, audita morte Melanchthonis dixisse: *Huius viri consilia semper fuerunt moderata.* Atque hæc de Melanchthone, qui vt vixit *pie, iuste, sobrie*: ita mortuus est *sancte & feliciter*: & memoriam studiorum & officiorum suorum, ingensque sui desiderium ijs omnibus reliquit: apud quos bene

Ferdinandi Cæsaris de Melanchth. iudicium.

——— *Veteris stat gratia facti.*

Ex oratione funebri habita à Vito Winshemio: item vita Melanchthonis à Camerario descripta: narratione obitus eiusdem; & alijs.

Germanicū huic nomen fuit Wirz: cujus nōis, & familiæ sunt adhuc aliq prope Seles

IOANNES SAPIDVS.

Ω. 1560. *alii* 61. *die* 8. *Iunii*, *ætat.* 70. *Patria.* *Præceptores.*

POpularis hic & suppar fuit *Beati Rhenani*, natus eodem in oppido Alsatiæ, *Selestadii*, anno Christi nonagesimo, supra mille quadringentos: vsus institutione eiusdem magistri, *Hieronymi Gebwileri*, qui Rhenanum primas literas docuerat. Habuit tamen pędagogum & hypodidascalum ipsum etiam Rhenanum: qui discipulus iam tum condiscipulos inferiorum ordinum, iussu Magistri, erudiuit.

Selestadio suum Rhenannum subsecutus *Lutetiam* est: vbi cum alios publicis de cathedris docentes, in quibus principes *Faber Stapulensis*, & *Iodocus Clichtoueus*; tum priuato in musæo Rhenanum Aristotelica quædam explicantem audiuit.

Abit Lutetiam.

Linguarum itaque scientia, variarumque artium disciplinis, poetices præcipue, instructus, domum reuenit: vbi mox à ciuibus suis ludo literario gubernando præfectus est. Hanc Spartam suam inter catenatos labores & rei etiam domesticæ molestias quotidianas pro virili sua ornauit: scholamque, discipulis passim ad audiendum ipsum confluentibus, satis frequentem habuit. Et omnino vnus fuit Sapidus ex felicioribus illius seculi Ludimagistris. Eliminatis enim & explosis barbaris scriptoribus; qui iuuentutis aures olim personabant: eorum in

Ludo in patria præficitur.

Inter juvenilia Theod. Bezæ carmina extat et hoc:

Egregium Sapidus dum se putat esse poëtam,
Desipit, et Sapido nil magis insipidum.

Nota.

venerint, aut ſine lachrymis eum adſpexerint. Multi etiam hoſpites, qui audiendi illius cauſa Wittembergam venerant: mortuum tum primum viderunt: quorum vt viuentem viderent, non fuerat ei felicitas.

Opinio autem de mortuo & affectio in ſpectatoribus ex eo etiam tum apparuit: quod pennulæ, quibus in ſcribendo vſus fuerat; & chartæ, in quibus aliquid ſua manu deſcripſerat, & quæ in pauimento muſæi abiectæ iacebant, & quæcunque alia vſus & præſentiæ illius memoriam teſtari poſſent, à quibuſdam peterentur, & ſeruarentur ſtudioſe.

Funus Melanchthonis honorifice factum.

Exuuiæ viri, quo Deus ad maximas res vſus fuerat, componebantur primum in ſandapila plumbea: hæc in ligneam includebatur. Die, quo funus efferendum erat, Lipſia venerat *Ioachimus Camerarius* cum D. *Morchio*: ſed cum ad ædes Philippi vocatus eſſet, facere non potuit: verum clauſis ſandapilis ad deductionem funeris eo acceſſit. Elatum autem eſt funus d. 21. April. frequentia tum ſtudioſorum, tum ciuium, & honeſtorum hominum omnium ordinum, qui ex vicinis locis conuenerant, tanta, vt nemo eo in oppido meminerit maiorem. Dolorem etiam ſuum & vultu & lachrymis teſtabantur maximum: & quacunque funus procedens ferebatur omnibus à partibus & eiulatus muliebres audiri, & lacrymæ virorum ac iuuenum conſpici. Eleemoſynæ autem pro re & copia datæ fuere, & pueris ſcholaſticis, qui præcentiones funebres adminiſtrabant: & pauperibus, qui expetebant omnibus: atque illa quidem, vt & cætera, ex publico Vniuerſitatis ærario. Concionem funebrem habuit D. *Paulus Eberus* in templo parochiali. 1. Theſſal. 4. Ab hoc funus in templum, quod ad arcem Wittembergenſem eſt, delatum fuit: & prope corpus Lutheri, cui in vita παραστάτης fuerat fidelis, ſepultum eſt: vbi ante ſepulcrum, depoſito funere ex pulpito in vicino exſtructo, orationem habuit Latinam de mortuo, *Vitus Ortelius VVinshemius*, Med. D. & Græcarum literarum profeſſor. Ibidem monumentum ad parietem poſitum eſt, opere præclarum cum verſibus epitaphijs & effigie ipſius. Epitaphium Philippi Melanchthonis initio conſcriptum, laminæ enim areæ ſpacium quædam non admiſit.

Epitaphium Melanchthonis.

PHILIPPO MELANCHTHONI SACRARVM LITERARVM SOLERTISS. ET FIDELISS. EXPLICATORI, VERITATIS CÆLESTIS PATRONO ET PROPVGNATORI INPRIMIS STRENVO, OPT. DISCIPLINARVM ET ARTIVM CVM INSTAVRATORI, TVM CONSERVATORI: QVI OMNEM DOCTRINAM QVASI VAGAM, AC DISSIPATAM COLLEGIT,

runt teſtimonia pietatis ipſius, neque hic referri omnes poſſunt. Paulo autem antequam exhalaret animam, cum à domino Paſtore recitarentur verba, quæ ſunt in Euangelio Ioannis: *Dedit eis poteſtatem, vt filii Dei fiant, qui credunt in nomine eius*; ſublatis oculis & manibus dixit: *Hoc dictum animo meo ſemper obuerſatur*. Cum à genero interrogaretur, an vellet aliquid? reſpondit: *aliud nihil, niſi cœlum: ideo non ſitis mihi moleſti amplius interpellationibus talibus*. Denique aſſidue donec ſpirare potuit, iterauit hanc precationem: *Ah Deus miſerere mei per Chriſtum filium tuum*; & illam Pſalmi: *Inte, Domine, ſperaui, non confundar in omni æternitate*. Et ſenſibus integerrimis fuit, vſq; ad vltimum vitæ articulum. Nam hæc fuit eius poſtrema * vox, qua teſtatus eſt ſe audire & intelligere ea, quæ à præſentibus ex ſacra Scriptura recitabantur. Reſolutus itaque paulatim pene ſine ſenſu mortis, tandem ſpirare deſijt, & quaſi obſopitus iacuit, neque vlla in facie apparuit deformatio, aut lineamentorum mutatio, ſicut in morte fieri ſolet.

* Ita reſpondit interrogatus.

Mors Philippi placida.

Tali fine vitam in terris ſuam clauſit Philippus Melanchthon, cum vixiſſet *annos 63.* & *dies* totidem: extinctus eo horæ momento ſub veſperam, quo in lucem editum conſtat. Annus emortualis indicatur literis numeralibus huius diſtichi:

PVbLICa res, VIrtVtIs honos, eCCLesIa VIDaX,
LVget In InterItV, Magne PhILIppe, tVo.

Luctus ex obitu Mel.

De eius morte cum per oppidum increbuiſſet: magnus ſtudioſorum numerus ad ædes confluxit; cum iam ante frequentes ibi conſtitiſſent, & vt antea ſollicitudinem, ſic illo tempore dolorem ſuum officio tali oſtendebant. Morientem autem nemo qui aderat, ſiccis oculis videre potuit: ne ij quidem, qui animis maxime virilibus mortis tempore conſolari atque confirmare alios ſciunt: quod omne robur animi, amoris erga carriſſimum præceptorem affectio ſuperaret. Sub veſperam ſtatim ab Academia ad Principem Electorem miſſæ ſunt literæ, quibus de luctuoſiſſimo caſu mortis Philippi perſcribebatur: quæ ante meridiem diei ab hoc tertiæ redditæ fuere. Compoſitum autem corpus illa nocte in muſæo aſſeruatum fuit. Mane diei 20. April. mortui etiam facies, vt antea viuentis, ab artifice eſt depicta. Cumq; in affectione erga magiſtrum & præceptorem ſuum ſingulis pene momentis venirent; qui peterent, ſibi videndi illius mortui copiam fieri: quem viuum dilexerant, & admirati fuerant: neque negandum hoc multis de cauſis videretur: tota illa die, & vſque ad meridiem poſtridianæ, quæ fuit 21. April. quaſi funus more veteri propoſitum publice eſſet, admiſſi fuere ad aſpiciendum omnes, qui expetebant. Neque fuere multi in oppido aut ſtudioſi, aut ciues, qui non illius diei, & dimidij ſequentis tempore ad eum videndum vene-

tigaſſet, vt nihil poſſet addere tum amplius; ſed in poſterum diem differret reliqua deficientia, quo ipſo tamen in extrema virium defectione ſcribere nihil potuit. In pagella paulo etiam ante conſignauerat cauſas, cur minus à morte abhorrendum ſit, hoc modo:

Cauſa, cur minus à morte abhorrendum.

A ſiniſtris.	*A dextris.*
Diſcedes à peccatis.	*Venies in lucem.*
Liberaberis ab aerumnis, & à rabie Theologorum.	*Videbis Deum:*
	Intuiberis filium Dei:
	Diſces illa mira arcana, quæ in hac vita intelligere non potuiſti:
	Cur ſic ſimus conditi,
	Qualis ſit copulatio duarum naturarum in Chriſto.

Extremus actus Melanchth.

Vltimus autem actus teſtis fuit certiſſimus de tota eius ſuperiore vita, animo, & conſilijs omnibus; atque oſtendit, quod nihil vnquam ſpectauerit aut quæſiuerit aliud, quam gloriam Chriſti, & Eccleſiæ ſalutem. Tempus enim & hora mortis non fert hypocriſin. Multoties annis poſterioribus, & præcipue proximis menſibus ante mortem, cum gemitu & lacrymis deplorauit eccleſiarum Euangelicarum diſtractionem, ac ardentibus votis, & precibus à Deo petiuit, vt ipſe inter docentes concordiam ſanciret, & illa mala ſanaret. Hæc vna cura illi ſemper in ore & corde erat. Præſagijt ipſe ſibi inſtare diem migrationis, alijsque paulo ante mortem dixit: *Neſcio quid mihi feret coniunctio Martis & Saturni, quæ erit decima quinta die huius menſis.* Cui aq; febre correptus eſſet, & *Vitus VVinshemius* corpuſculum iam ante pene ad extremum attenuatum conſideraret, atque cum gemitu diceret: *Quomodo feret hoc corpus febrem paulo longiorem*, ſubridens reſpondit ei: *Cupio diſſolui, & eſſe cum Chriſto.* Dixit & pridie quam moreretur ad generum *Caſparum Peucerum* D. *Non morbo moueor, neque vlla eſt ſollicitudo, quæ animum meum angat aut perturbet: Vna cura eſt, vna ſolicitudo, vt Eccleſiæ ſint in Chriſto Ieſu concordes.* Hinc ſatis adparet, quæ fuerint eius perpetuæ cogitationes, & quid ſemper animo propoſitum habuerit. Dixit & eodem die: *Si me Deus iam euocauerit ex hac vita, liberabor ab inimicis plenis odio ſophiſtico, & mendaciis hoc monſtroſo anno natus.* Filium ad precum & concordiæ ſtudium hortabatur, & *tum*, dicebat, *Deus tibi benedicet*: Sæpe ante mortem iterauit hanc precationem Redemptoris, quæ eſt in Ioanne: *Sint vnum in nobis, ſicut & nos vnum ſumus.* Sæpe & hoc dictum Pauli Apoſtoli, quod eſt in priore ad Corinth. *Chriſtus factus eſt nobis ſapientia à Deo, iuſtitia, ſanctificatio & redemptio.* Edidit alias multas ante mortem ſanctiſſimas voces, quæ fuerunt

Præſagit mortem.

In morbo quæ eius vnica cura.

Nota.

reſpondebat ijs, qui literis compellarant. Literarum veſperi allatarum lectionem plerunq; in poſterum diem differebat, ne ſomnus turbaretur. Atque in ſenecta interdum poſt meridiem ſupra ſcamnum alicubi recumbens conſpectus eſt. Hac ratione fecit, vt morbos haberet nullos infeſtos præter *calculorum & veſicæ*, quæ Græcis λιθιασις, & λιθιασις νεφριτικη. Non multis ante mortem annis etiam oculorum *epiphoris* atque lippitudine conflictatus eſt. Humoris etiam ad lumbos vapores & flatus, qui grauis interdum ægritudinis quandoq; cauſam dant, tam corpori, quam animo, παθη υποχονδριακον vocant, tentabant eum nonnunquam. Hos dolores vſu herbæ *chamæleontis* mitigauit: cuius efficaciam prædicauit. Animo ad mortem ſemper fuit æquiſſimo inde vſque à iuuentute: proximo autem biennio etiam cupidus moriendi: quæ cauſa fuerit, facile exiſtimari poteſt. Tædebat eum iam petulantiæ Sycophantarum & malitiæ hominum illius ætatis. Eo die, quo publice poſtremum prælegit: quibuſdam petentibus teſtimonium initiationis ſuæ cæpit ſcribere hos verſiculos, quos tamen non abſoluit, morbo impeditus:

Morbi eidem familiares.

Aeterno genitore nate Chriſte,
Orator patris, ex ſinu verendi
Vocem Euangelii ferens ſuauem,
Qua credentibus exhibis potenter
Vitam iuſtitiamq; ſempiternam,
Et qui ſanguine nos tuo redemtos
Exaudis, reputas, faciſq; iuſtos,
Oſtenduq; pijs tuum parentem:
Noſtras, Chriſte Deus, doceto mentes,
Ac in pectora gratiæ arrabonem
Noſtra effundito Spiritum, mouentem
Caſta incendia, & inuocationem:
Fac pars agminis, vt tui per omne
Aeuum ſimus, alacriterq; ſemper
Aeterni patris, & tuas ſonemus
Laudes, &c. Amen.

Verſus à Philippo paulo ante mortem inchoati.

Paucis etiam ante mortem diebus hæc ſcripſit: *Anno 1560. die Aprilis decimo octauo, ſcripſi hoc teſtamentum in meo morbo breuiter de iis reliquiis facultatum, quas mihi Deus dedit. Confeſſionem meſidei, & gratiarum actionem ad Deum, & Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum ſcripſeram antea bis, ſed chartæ ſunt intercepta. Volo tamen confeſſionem meam eſſe reſponſiones de Bauaricis articulis contra pontificios, Anabaptiſtas, Flacianos, & ſimiles, &c.* Poſt hæc ſequuntur ea, quæ de rebus ſuis fieri voluit, & ad hæredes ipſius tantum pertinent, etſi eorum deſcriptionem non potuit abſoluere, quod ſcribendo iam tres pagellas confeciſſet, atque ita ſe defa-

Initium poſtremi teſtamenti Melanchthonis.

Moribus omnino fuit placidiſſimis; & ſi quando vehementius perturbabatur: ſtatim ad ſe redibat. A dubijs & Sophiſtica natura abhorrebat, vt ambiguas figuras, etiam vſitatas, ferret iniquius. Cum inter epulas vinum appoſitum ipſi valde probaretur, & ex conuiuis quendam guſtare, & dicere, quid videretur, iuſſiſſet: reſpondente illo: *non eſſe malum*; fere commotus dixit: *bonum vinum ſic laudari non debet*. A medicinis etiã magnopere abhorruit, vnde factum, vt balnea prorſus tandem vitarit: quæ aliquando cum amicis ingredi conſueuerat.

Oſor Sophiſtices & ambiguitatis.

Veſtitus Melanch.

Veſtitus vnum retinebat modum. *Tunicam* enim ſemper geſtabat tam domi, quam prodiens foras: vt tectum vndiq; corpus eſſet. Interiore veſte linea duplicata vtebatur; & ſuper eã lanea altera. Domi caput pileo lineo tegebat.

In publico veſte ad pedes cum manicis demiſſa vtebatur: neq; paſſus eſt perſuaderi ſibi, vt externis vllis ſericis aut ſimilibus vteretur. Pelles tamen non reſpuit, Aquilonares illas, quod eſſent ad calefaciendum efficaciores.

Statura corporis Melan.

Statura fuit breuiore, non tamen breuitate notabili; cum à cõmuni virilium corporum modo nõ procul abeſſet. Membrorum cõpoſitio plane elegans: frons explicata & ardua, inſignis vena quadam ampliore in illa eminente: capillus rarior: collũ procerum: iugula inſigniter concaua: oculi pulcri, & acies horum mirabiliter clara: pectus ſatis amplum: venter & ilia adſtrictiora. Omnium partium corporis integra atque vera ſua figura, & congruens erat ſoliditas. Senſus omnes acres in corpore, nulla carnium mole grauato: & eiuſmodi, vt facile illud quidem propter ſubtilitatem afficeretur. Vox ei fuit principio balba: quam tamen ætas ingraueſcens paulatim ita emendauit: vt nihil audiretur, quod alios offenderet. Ita & iuuenis incedens alterum aliquando humerum detorquere ſolebat. Et reperti ſunt quidam, qui tum illa, tum manuum, vt ſolebat, inter loquendum motiones, & ſuperciliorum ſublationes imitari vellent: ſicut olim Ariſtotelis aliqui & Platonis inepti fuere imitatores.

Valetudo Melanch.

Viribus corporis imbecillibus fuit, & valetudine tenui, inde vſque à pueritia, ſed temperantia, ſobrietate, ac optimo viuendi ordine, ita corpus alioqui debile roborauit; vt maximis etiam laboribus ſufficeret. Animaduerſum eſt tamen, poſt cõiugis interitum in dies ſingulos magis attenuatum ac debilitatum fuiſſe. Inſomnia ei ſemper fuit moleſta: acciditq; ſæpe, vt totam noctem nihil dormiret. Sed hoc malum depulit diæta conſtanti ac vinis plenioribus: & alijs generibus potus, quibus ſomnus conciliari ſolet. Ad ſomnũ ſe dabat ſtatim poſt cœnã: & ſurgebat poſt mediam noctem. Omnes ſcriptiones & commentationes matutinas operas ab co perficiebantur. A prandio reſpon-

Beneficentia verò, atq; etiam, vt in illa tenuitate rei familiaris erga omnes munificentia pene maior fuit, quam ipsius res ferre posset. Nemo ab illo beneficium aut eleemosynã frustra petebat; neq; vlli quantumuis importuno petitori præclusa erat ipsius benignitas. Rem familiarem tenuem & attritam reliquit; sed locupletissimum patrimonium liberis est bona fama parentum. Ipse Philippus accessionis ad fortunas, qua fieret ditior, consilium cœpit nunquam: quin etiam oblata emolumenta aliquoties respuit, & de quibus alij etiã digladiari non dubitarent; ea cum essent in potestate sua plane abiecit. Erat in familia eius, quidam *Ioannes* natus ad Neccarum. Hic curabat domi ipsius omnia, emendo, condendo, promendo, Mane legebat sacra Biblia familiæ, & erudiebat paruos liberos. Erat homo pius, castus, fidelis: eiusq; ministerio Philippus *quatuor & triginta annis* vsus est. Obijt apud eundem An. 1553. d. 3. Apr. cui etiã Philippus epitaphiũ scripsit. Donabantur ei multa aurea & argentea numismata antiqua; hæc fere auferebat, qui primus, vbi ille acceperat, aduenerat: & Camerario nonnulla cum daret, solebat dicere: *nisi tu sumseris, relinques aliis.* Cumq; aliquando plusculos mummos congessisset, & animaduerteret quendam ijs valde delectari: iubet, vt quos vellet, eligeret. At ille, *ego vero omnes inquit cupio* Offensus Philippus nonnihil impudenti postulatione, tamen concessit: & se cupiditatẽ inuerecundi spectatoris satiasse dixit. Sæpe numero pecunia exhausta pocula sua ipse clanculum detulit ad aliquẽ mercatorẽ, nihil curans iustum ne precium an minus eo persolueretur.

Liberalitas Melanchth.

Res familiaru eiusdem.

Alienus ab auaritia Melanchth.

Ioannes Melanch. œconomus.

Domi non erat asper ac durus; quique conniueret nonnunquam ad familiarium nimiam etiam læticiam: cum quidem ab ipso nihil fieret aut diceretur perperam ac praue: sed præsentia sua cauebat, ne leuitas iuuenilium cupiditatum in turpitudinem aliquam prorumperet. *Potus* ei necessarius erat gratus & bonus: *esca* qualibet sine fastidio vescebatur. Sed cibos precioſos & opipare conditos prorsus odierat. *Pisciculos minutos* probabat in cibo maxime & olera atque pulticula omnis generis expetebat: carnes non item. Tubingæ adolescens in contubernio, vbi perpetua consuetudine *hordei iusculo* cibum communiter capientibus tum apponebantur, sæpe cum iusculo alterius suas carnes commutauit, vt ipse iusculum duplex, alter carnes duplices haberet. A piscibus non abhorrebat, vescebaturque libenter ouis: Sed hæc recentia, illos feruentes afferri censebat oportere. Domi cella sua omnibus patebat: quin etiam libros, scriptaque sua omnia, & literas quarum quotidie multæ afferebantur, relinquebat omniũ oculis expositas, vnde plurimũ subtractũ esse constat. Iocis delectabatur, sed liberalib. & tẽpestiuis, vt inter epulas & in peregrinationib.

Ad quædam domi conniuet.

Victus Melanchthonis.

Tubingæ olim in contubernio vt vixerit.

Comitas Melanch.

Multi ingrati erga Melanch.

Nunc ea vicissim est nostra ingratitudo, libenter quidem his donis Dei fruimur: Sed postea his obsaturati, rabiosis dentibus in tantorum beneficiorum autorem ferimur, & quod de ingratissimis hospitibus à Plauto dicitur: *Vituperamus, & comedimus tamen.* Et multi nisi etiamnum hodie *Philippi vitula arassent*: nunquam in tradendis disciplinis, earumve præceptionibus disponendis laude dignum aliquid præstitissent. Nimirum inuentis addere facilius est, quam inuenire.

Mores & vita interior Melanch.

Nunc ad mores & vitam interiorem veniamus: in quibus nihil asperum fuit, sed summa lenitas & mansuetudo. Nam bilem, qua corpus in iuuentute affici poterat, meditatione & patientia mansuefecerat. Sæpe enim hoc Sophocleum in ore habebat.

Soph. in Oed. Col.

στέργειν γὰρ αἱ πάθαι με, χ' ὦ χρόνος ξυνὼν
μακρὸς διδάσκει, καὶ τὸ γενναῖον τρίτον. h. e.
Boni vt consulam, ærumnæ, me & ætas
Longa docuerunt, & præterea generosa animi patientia.

Φιλοστοργία Philippi.

In familiari conuictu & colloquio omnibus suauitas illius, vt notissima, ita iucũdissima fuit: In suos φιλοστοργίαι dubites, an in vllo homine maiorem videris; tanto & tam vero amore coniugem, liberos, nepotes & neptes, ac infantes complectebatur. Accidit aliquando, vt Gallus salutandi causa adueniret, & Philippũ in hypocausto offenderet altera manu cunas motitantem, altera librum tenentem. Id cum hospitem mirari animaduertisset; Philippus patrisfamilias officium, & infantiũ coram Deo gratiam, tanta pietate exposuit peregrino: vt doctior ille abiret. Ab ambitione quam longissime abfuit: honorem & opes non curauit, nec quæsiuit: quod misera rudera eius rei familiaris satis sunt testata. Delectabatur hoc dicto Achillis, quod est apud Philostratum: ἐμὸν ἔστω τὸ πλεῖον τῶν ἔργων. Χρήματι δὲ πλεονεκτείτω ὁ βουλόμενος id est, *mea sit laborum pars maior; pecunia autem abundet, qui volet.* Scimus, quam amplæ conditiones illi sæpe oblatæ fuerint, non vt à vera Ecclesia deficeret (quod quidam propria malitia, sicut Iscariotes ille, & multo leuiore compendio moti fecerunt) sed vt tantum in quibusdam doctrinæ partibus mitius ageret. Sic enim dicebant: concederet quædam, quæ non magni momenti esse viderentur, nec sineret ob ista leuia concordiam Ecclesiæ dissolui. Ad quæ respondit ille, scire se etiam olim *Arianos ab Homousianis* eodem modo postulasse, ne *propter duo verba* Ecclesiam lacerari sinerent: illos tamen non concessisse: se quoque nihil illis largiri aut concedere posse. Hæc dogmata oportere pura conseruari, & refutationem tam tetrorum errorum necessariam esse.

Αὐτάρκεια eiusdem.

Bene-

Sunt autem ex his quædam ἐξηγητικά, quibus præcipui libri sacri luculenta interpretatione explicantur; *vt commentarii in Danielem, Iohannem Euangelistam, Epistolas Pauli,* & alios libros sacros, quibus non scio quid exactius aut magis perspicuũ esse possit. Pugnat & cum hostibus veritatis acerrime, & illis quidẽ iugulum premit, etsi minus fortasse tumultuatur, quam aliqui vellent. Postremo, vt alia omittam, summam doctrinæ Ecclesiarum Orthodoxarum commodissimo & eruditissimo compendio complexus est in duplici ἐξομολογήσει Augustana, & illa, quæ superioris, repetitio est, edita an. 1551. His accedit plena & exactissima explicatio dogmatum singulorum comprehensa libro, cui titulus est, *Loci communes.* Quem librum cũ vidisset Lutherus, ausus fuit dicere; *non dubitare se, vel vnum hunc librum Philippi omnibus sententiariis, & Scholasticis scriptis anteferre*: alibi etiã *canone dignum* iudicat, & alibi, *eum,* inquit *qui Philippum præceptorem suum non agnoscat; stupidum & stolidũ esse asinum ac beluam*: *qui opinione & fiducia ingenii sui feratur & regatur. Nam quicquid & quãtum in artibus & vera philosophia sciamus: hoc Philippum præstare titulo quidem humili Magistri insignitum: sed longe omnibus doctoribus doctiorem.* Atque vt rumpant se inuidi, qui postea viro tanto obtrectare cœperunt, proferre, neq; ex veterum nec recentiorum scriptis: neq; etiam suo ex theatro quidquã possunt, cum Locorum scripto quod sit conferendum. In *Philosophica* edidit compendia & systemata methodica *Dialectices, Rhetorices, doctrinæ moralis, Physices, & doctrinæ de anima.* Dicendi normam ipse solus monstrauit: & exercitationes ante hac inusitatas, ipse excitauit; materijs, de quibus publice declamaretur, vtilibus scriptis. Nam & ipse suo exemplo præibat alijs: nec cessabat vrgere assiduitate doctrinæ publicæ: & crebro veniebat ad illas horas, quibus alij docebant, atque *pone discipulos assidens* docentes audiebat. *Mathematica* inprimis sine quibus sciebat doctrinã esse nullam, promouebat: & *librũ Plinii secundum,* vbi prima fundamenta scientiæ illius traduntur, enarrari voluit; adeoq; ipse enarrauit, alijs explicationem dictando Iam contra cogitetur, quantum in omnibus disciplinis caliginis & tenebrarum fuerit, antequam ipse his lucẽ præbuit. Consumebatur *tota vita* in sola Dialectica Aristotelis discenda neq; ad eam vita quantumuis longa sufficiebat, de cæteris vt iam taceam. Hæc autẽ laboriosissima & fidelissima apicula peruolauit per vniuersos doctrinarum campos, atq; inde ex variis scriptorum flosculis lectissimum & dulcissimum succum nobis in fauos congessit, iuxta veteris Poëtæ sententiam:

ἐξηγητικά.

πολεμικά.

διδακτικὰ *Theologica.*

Loci communes Melanchthonis.

Iudicium Lutheri de illis.

Nota & conf Luth. Colleq fol. 195. a. 1593.

Philosophica

Matheseos studiosus Melanchth.

Plinii lib. 2.

Floriferis vt apes in saltibus omnia libant,
Omnia nos itidem depascimur aurea dicta,
Aurea perpetua semper dignissima vita. *Lucret l. 3.*

nihil idololatriæ illi ritus ac ceremoniæ haberent adiunctum. Et seruitutem aliquam, quæ sine impietate sit, sustinendam.

Flacciuscontra. Contra *Flaccium* vociferabatur potius vastitatem faciendam in templis, & Principes metu seditionum terrendos: quam saltē *linea vestis* admittatur. Hinc exstiterunt varia dissidia, & scripta admodum inuidiosa: de quibus ne lubet quidem plura.

Vltimum, cui Melanch. interfuit, colloquium. Vltimum colloquium, ad quod Philippus venit, fuit *Wormatiæ* institutum An. 1557. quod cum aduersarii * abrumperent, partibus Euangelicarum Ecclesiarum callide per condemnationem *Cinglianorum, Osiandri & Illyrici* distractis & digressis Philippus cum suis domum est reuersus mense Decembri. Atque hactenus breuiter de Theologicis Philippi laboribus.

* *In consiliis Theologicis Mel.*

Labores scholastici Melanchthonis. Ex tot cōgressibus domū & ad scholasticos eosq; sibi quod sæpe dicebat, dulcissimos labores reuersus: tam docendo, quā commentando nulli operæ, labori nulli pepercit. Et quanquā hîc etiam multipliciter interturbabatur, tamen tantum erat in eo omnibus inseruiendi studiū vt nihil molestiæ patientia non vinceret. Huic *versus* vel *epistolam*, alteri *orationem*, tertio *prælectionem* aut *orationem & concionem* scribebat vel emendabat. Nā

Tota schola in vno recūbit Melanch. *quicquid tunc ab aliis Wittembergæ librorum conficiebatur, in omni genere doctrinæ: eorum nihil sine hoc, quasi Thesei,* vt dicitur, *vel non plane ipso, Magistro & autore elaborabatur.* Publice proponēda ab hoc vno scribebantur omnia His tantis, tamque multis rebus, cum distineretur, non tamen ille doctrinæ studium, nō serias meditationes & scriptiones: non explicationem grauissimorum dogmatum omittebat. Luthero assiduus adiutor

Adiuuat bibliorum versionem Mel. fuit, cum in alijs laboribus, tum & in sacrorum Bibliorum translatione, quæ magno aliquot annorum labore instructa & perfecta est. Fuitque inter eos, dum vixit Lutherus, coniunctio plus quam fraterna. Ipse enim Lutherum reuerebatur, & ab ipso vicissim serio atque ardenter diligebatur. Fuerunt quidem inter eos, vt fit inter homines doctos veritatem inquirentes, aliquando inter disputandum disceptationes quædā, seria dissensio nunquam fuit.

In Academia quos autores explic. Mel. Explicuit autem in Academia illa Philippus per annos *duos & quadraginta* authores tum Græcos, tum Latinos, sacros & profanos; in omnibus Philosophiæ partibus. Artium liberalium *præcepta*, quæ antea spinose & confuse iuuentuti inculcabātur, ipse methodo vera & oratione perspicua ita *digessit* & tradidit: vt ei multum, imò infinitum posteritas omnis debeat.

Artium systemata debentur Melanchth. Quæcunq; vero tum in Philosophicis, tum Theologicis elucubrauit: ea omnia in tomos certos disposita, & typis excusa Bibliotheeæ publicæ ac priuatæ exhibent.

Scripta Melanchthonis. Edidit enim scripta plurima vtilissima & valde necessaria; quæ hic singula recensere longum foret, factum id ab alijs.

Sunt

qui in itinere in aditu Bauariæ lapsus grauiter læserat brachium: quantos vix decem alios robustissimo corpore perferre posse credas; vt omnes mirarentur, quomodo tam debile corpusculum tanto oneri sufficere posset. Et quid in eo conuentu effectũ sit; norunt & agnoscent boni ac pij In hoc colloquio natum est *axioma* Philippi, *Eccio obiectũ: Nihil habet rationem sacramenti extra vsum à Christo institutum: Christus adest hominis causa non propter panem* Lutherus cum ad eum hæc fundamenta Melanchthon è Comitijs perscripsisset: tanto exilijt gaudio; vt qui spectarunt præsentem, asseuerarint: nullo vnquam tempore se lætiorem eum vidisse, sæpe exultantẽ, & iterantem has voces: *Macte virtute & pietate, mi Philippe, tibi debetur gratia; qui Pontificius potuisti sacramentum adimere, quod ego nunquam tentare vel aggredi fui ausus.*

Axioma Eccio obiectum.

Anno Christi 1543. per æstatem *Bonnæ* fuit cum *Bucero* Philippus apud *Hermannum* Archiepiscopum Colonienſem: instituentem reformationem Ecclesiarum Sed Clerus illam mutationem non admisit. Ediderunt tunc aduersarii scriptum cõtra Bucerum, dignius scurris, quam Clero: ad quod Philippus grauiter & erudite & pie respondit. Extat id inter alia eius opera. Anno 1545. cum Illustrissimus Princeps *Georgius Anhaldinus* præpositus Magdeburgensis Ecclesiæ in Episcopatu Mersburgensi ministerio ac gubernationi præficeretur: Melanchthon * *testimonium ordinationis* composuit nomine omnium in vicinis ecclesijs Superintendentium.

Hermannus Archiepiscopus Coloniensis reformationem instituit.

Scriptum Melanch. ad clerum Colonienſem.

Georgius Princeps Anhaldinus.

** Extat in consiliis Theologicis Philippi.*

Cepit paulo post Lutheri mortem glisscere bellum *Flacianũ*: & de libro Augustano, qui *Interim* nominabatur variæ fuerunt motæ cõtrouersiæ. Vno anno Illustri. Elector Saxoniæ *Mauritius* octo conuentus coegit: quibus Philippus omnibus, excepto primo, quod secedere iussus fuisset ob metũ Cæsaris, interfuit Scripta etiã omnia, quæ in illis conuentibus fuere exhibita, Philippus cõposuit: & errores crassissimos eius libri scripto detexit: præsertim autẽ articulum *de iustificatione hominis peccatoris coram Deo*: qui in illo libro fraudulenter deprauatus erat, adseruit atq; confirmauit. Omnia super hoc libro consultata & scripta publice typis edita sunt: nec necesse est hic repeti. Id saltẽ constat: plurimũ mali Sophistica illa conciliatione dogmatũ in Ecclesia datũ fuisse. In Sueuia & ad Rhenũ pulsi fuerunt pastores plures *quadringentis*, qui approbare libru nõ poterãt, & alijs alibi in Ecclesijs miserabilis facta est solitudo. Libri illius refutationẽ scripserũt Ministri Ecclesiæ per Saxoniã inferiorẽ, inter quos præcipui fuerunt *Ioannes Eoinus*, & doctores *Magdeburgici*, inprimis *Matthias Flaccius Illyricus* Albona vrbe natus: quo grauiter se Wittebergicis & Philip. præcipue oppositurũ. Suaserat Philip. *de adiaphoris* ne scrupulose cõtenderent, modo

Vno anno octo conuentus in negocio religionis.

Liber Augustanus multa mala dedit. A quibus refutatum Interim.

Melanchth. quid fuaserit.

preces iam audiui, quas Deus non est surdis auribus auditurus. Neque eas adhuc neglexit optimus Pater Domini nostri IESV CHRISTI, nec porro, vt speramus, negliget. Exceptus hic sermo est, vt felix & faustum omen, & iam animis magis confirmati, statuunt id, quod pios & constantes verbi diuini Doctores decebat, & illud ipsorum consilium, beneficio Dei salutare fuit Ecclesijs, & adflictionem, quæ imminebat, DEVS clementer lenijt.

Conuentus Smalcaldiæ.

Anno Christi 1540. mense Martio conuentus fuit Euangelicorum *Smalcaldiæ*, cui etiam Philippus interfuit. Hoc in conuentu Philippus nomine Principũ Electoris Saxoniæ & Landgrauij Hassiæ, & reliquorum cum his coniunctorũ, responsum scripsit in negocio religionis, per legatos Imperatori Carolo 5. referendum. Editum est eodem in conuentu scriptum contra *Schwenckfeldium Francum* & alios errones; qui populum à cœtu Ecclesiarum abducebant: & spargebant semina quædam Donatistarum, Scepticorum & aliorũ fanaticorum. Decretũ fuerat, eodem anno, vt *Haganoæ* ad Rhenum conuenirent Theologi; deq; controuersis capitibus religionis placide inter se cõferrent. Ad quem conuentum profecturus Philippus iussu Electoris Saxonici, cum egrederetur comitantibus Magistris & discipulis per pontem Albis, extra portam vrbis Wittembergensis, hunc versum recitauit:

Scriptum contra Schwenckfeldium & similes.

Alius conuentus Haganoæ.

Melanch. ad illum proficiscentis præfagium.

Viximus in Synodis, & iam moriemur in illis.

Melanchthõ periculosè ægrotat.

Nec caruit omine In itinere enim *Wimariæ* in morbum incidit periculosissimum: quo intra paucos dies ita consumtus fuit, vt de eius vita omnes desperarent. Accurrit igitur iussu Electoris Lutherus; qui cum quanta poterat celeritate dies & noctes iter faciens, ad eum venisset; & præter vocem, eamque exilem, nullum vitæ amplius indicium videret: cũ gemitu & lacrymis exclamat: *Heu quam pretiosum, & Ecclesiæ vtile organũ diuinum, quam misere nobis est affectum, & pene interiit!* Cumque ipsum tantum salutasset; statim in genua procumbens orare cepit. Et vero ea precatione, & seria, & ardenti, quasi è media morte Philippus reuocatus credebatur.

Lutherus ad eum accurrit

Georgius Sturciades medicus.

Nec defuit tum Philippo etiam studium & fides medici Erphordia euocati, *Georgii Sturciadæ*; quem diligebat ille & magnifaciebat: Postquam conualuit profectus est ad colloquiũ *Wormatiense*, quod in sequentem annum fuit extractum. Cum ei allatum esset decretum Electoris de hac profectione; versiculum Lucani ad se accommodauit paululum mutatis verbis:

Quo me fata trahent, pietas secura sequetur.

Conuentus Ratisponensis.

In conuentu deinde *Ratisponensi*, qui habitus est anno à nato ex virgine Christo 1541. tantos labores pertulit Philippus, qui

greſſibus; & nunquam tamen animo ſuccubuit. Longum foret omnia commemorare.

De vno adhuc congreſſu, qui inter Euangelicos fuit narrabimus ea, quæ ipſe viuus alijs dulciſſimo ſermone fuit ſolitus referre. Erat iuſſu Principum *Torgæ*, in domo Parochi, inſtituta inter doctores Euangelicarum Eccleſiarum primarios deliberatio difficillima. Aduerſarij enim tunc pene iugulo Euangelicorum, ferrum admouebant, & ſuperior poteſtas, pacem, quã toties noſtri ſupplices petiuerant, in libra aurificis; vt quidam præſtans & magnus vir dixit, admetiebatur; noſtriq; Principes & qui docebant non leui de cauſa cõmouebantur. Quapropter D. Martinus & alij quidam docentes, Torgã conuocabantur, vbi tunc aula erat, vt in medium conſulerent, quid fieri vel non fieri poſſet Exiſtimẽt iam illi Heroes, qui nunc in tuto feroces ſunt, qui tunc agon conſtitutus fuerit. Nã vt de minis taceã, conatus certe & molitiones aduerſariorũ eiuſmodi erant, eaq; pericula Euangelicis impendebant: quæ nemo ſanus facile cõtemnere poſſet. Contra quæ etſi Principes animo viderentur magno atq; infracto eſſe; tamen quia ad multos periculum pertinebat, qui nõ pariter omnes animoſi erant, & magna vaſtitas imminere videbatur, paucis docentibus, qui aderant, valde difficilis conſultatio propoſita erat. Sedet igitur pauper & paucorum Senatus, à ſolo Deo auxiliũ orans, ſperans & expectans: Tandem poſt preces & ſatis longum colloquiũ, Philippus defatigatus, & mœſtus ſurgit. Erat enim paulum euocatus, nuncio quodam interpellante; quo dimiſſo, in reditu ingreditur conclaue, in quo vna erant miſeræ mulierculæ Parochi & Diaconorum duorum coniuges ac paruuli liberi, quorum alij iam mammam ſugebant, alij à matribus preces recitantes audiebãtur Adſtat & audit Philippus cum admiratione & magna delectatione, ſicut ſolebat, puerorum balbutientes preces, memor dicti: *Ex ore infantium & lactentium perfeciſti laudem.* Et quod præcipue ipſum mouebat, videt ex Diaconorum vxoribus vnam lactantem filiolum, & ſimul paſtinacam in prandiũ marito incidentem, atque audientem alterum paruulum recitantem vſitatas preces, & inuocantem Deum. Exclamat, ô *tres ſanctos & Deo gratos labores!* Ab hoc ſpectaculo confirmatus animo, ac iam lætus atque alacris in Senatum redit hilari vultu. Excipit eum Lutherus: *Quid tibi, Philippe, accidit*, inquit, *quod ita hilaris ad nos redis, qui paulo ante triſtior hinc exibas?* reſpondet ille; *ne ſimus animo puſillo, Domini: Iam enim vidi eos, qui pro nobis propugnaturi ſunt, qui nos defendent, quique contra vim omnem inuicti erunt & manebunt.* Quærit Lutherus *quinam ſunt hi tam fortes duces, ac milites? Parochorum noſtrorum & Diaconorum vxores*, inquit Philippus, *& paruuli liberi, quorum*

Conuentus Torgenſis.

Tres ſancti labores vnius matris.

Nota.

preces

Colloquium Marpurgense.

Theologorum Saxonicorum & Heluetiorum erat à *Philippo* Landgrauio coactus, adiunctis & Hassiacarum Ecclesiarum ministris. In eo de capitibus doctrinæ Christianæ omnibus conuenit, excepta controuersia de cœna.

Conuentus Augustanus 1530. & confessio Euangelicorum.

In conuentu Augustano anno millesimo quingentesimo trigesimo Protestantiũ cõfessio à Melanchthone scripta est; quæ vt tunc in Regum & Principũ consessu inuicta mansit: Ita Deo & Domino nostro IESV CHRISTO defensore manebit in æternum, etiam contra portas inferorum, quemadmodum tunc magno animo D. *Pontanus* coram Imperatore & Principibus dixit. Hæc confessio cum à nostris exhibita esset Imperatori atque totius imperij ordinibus; fremuerunt Pontificij, & inprimis *Campegius*; atque in aula Imperatoris aliqui non infimi; qui Imperatorem vel tot regna in discrimen conijcere paratum esse dicerent potius, quam ista ferret. Postridie cum totum συνέδριον congregatum esset, accersitur Philippus, qui animo infracto ad eos ingreditur. Vidit ibi se circumseptum illo gyro dentium Satanæ: & vt Ionas Propheta, solus intra costas beluæ marinæ quassatur. Instat *Campegius*, & horrenda fulmina iratissimi ac sæuissimi Iouis sui vibrat, cæteri tot regnorum potentiam & vires, contra istum heu miserum & exiguum imbecillium Christi ouicularum gregem, minaciter intentant. Poterat ibi etiam vir fortis & constans commoueri. *Interrogatus* igitur Philippus, *num cedere vellet*; respondet, *Cedere non possumus nec veritatem deserere. Oramus autem propter Deum & Christum: vt aduersarii nobis ignoscant, & si possint, nobiscum dispensent, id est, concedant nobis ea quæ bona conscientia relinquere non possumus.* Contra quam vocem auditam reclamat *Campegius*; *Non possum, non possum, clare non errante.* Ad quod tonitru Philippus, etsi stabat velut in medio luporum, vrsorum & leonũ: qui ipsum impune vel in minutas particulas discerpere potuissent; tamen ingentem animum angusto in corpore versans, fortissime respondit: *Deo*: inquit, *& causam, & nos committimus; si Deus pro nobis, quis contra nos? Denique quicquid erit superanda omnis fortuna ferendo est.* Addidit & hoc: *Habemus iam in nostris regionibus tot miserorum Parochorum, & ministrorum Ecclesiarum coniuges & liberos, qui vel quadraginta millium numerum superant, tot animas deserere non possumus. Faciemus igitur, quod poterimus, à Filio Dei, cuius hæc causa est, auxilium petemus; nostro in loco & statione quæcunque labores & difficultates perferemus; etiam pugnabimus, si necesse erit, & moriemur, si Deus ita voluerit, potius, quam vt tot animæ à nobis prodantur.*

Campegii minæ aduersus Melanch.

Melanchth. oratio coram Campegio.

Hi sermones, & eo in loco dicti, num pusillum aut languẽtem animum indicare videntur, quem illi maleuoli falso tribuunt? Sustinuit similia certamina aliquoties in talibus con-

gressi-

hil, quam vt multis egentibus, scholasticis, & alijs benefaceret. Fuit enim domus eius commune afflictorum & egentium perfugium: manus eius fuit inexhaustum pauperum promptuarium. Sed ad Philippum narratio reuocanda est.

Edidit Philippus eodem * anno primum sua Dialectica, in quibus *tertiam figuram Syllogismorum*, neque recipit neque reijcit: quam deinde iterata editione An. 1528. admisit. Postea anno 1526. secundum iter *Noribergam* suscepit, vocatus à Senatu illius vrbis ad deliberationem de ludo literarum apud se instituendo. Fuerant ibi constituti collegæ *Eobanus Hessus*, *Michael Rotingus*, *Ioachimus Camerarius*, quibus mox adiunctus *Ioannes Schönerus* Mathematicus. Inauguralem orationem habuit Melanchthon, quæ inter alias eius orationes reperitur.

** 1520. Dialectica Melanchth. prima. Melancht. Noribergam venit. Ludus ibidē apertus.*

Fuit etiam de *Sigismundo Gelenio* laboratum; sed Basileæ apud Frobenianos remansit. Secutus est conuentus Spirensis anno 1529. quo cum Illustriss. Principe Saxoniæ *Ioanne* Melanchthon venit: in quo fundamenta confessionis Augustanæ, vt vocant, iacta sunt. Fuit Philippus tunc, & ob matris ex hac vita discessum, & ob religionis negocium variarum curarum mole tantum non oppressus. Monitus ab amico * vt curas illas deponeret: *si*, inquit ipse, *nihil curarem: nunquam Deum inuocarem. Curis ad preces impellor, & precibus curas depello.*

Conuentus Spirensis anno 1529.

**Camerario.*

Venit ad eundem conuentum *Simon* Grynæus Heidelbergæ optimarum disciplinarum doctor publicus, vir vere doctus ac pius. Is cum *Fabrum Constantiensem* Spiræ audiuisset pro concione vehementer in Euangelicos inuehentem: ea finita accedit hominem: monet libere ne veritatis hostis esse pergat. Faber iubet à prandio ad se reuerti Grynæum παῤῥησιαστὴν: vt accuratius cum eo disputaret de tanto negocio. Interea autem nescio quid insidiarum ei Faber machinatur. Venit autem in ædes, vbi Melanchthon collocatus erat, quidem habitu specieque venerandâ senex: quærit ex Philippo vbi Grynæus esset? *Modo*, inquit Philippus, *ille abiit*. *Vellem adesset* inquit alter, *ac sciret, quid sibi periculi immineat*: & cum dicto discedit. Reuertitur paulo post Grynæus: quem & Philippus ocyus redire iubet Heidelbergam: & cum alijs ad Rhenum vicinum, vbi traijciendum erat deducit. Vix illis digressis statim adfuere, quibus in mandatis erat, datum, proculdubio instinctu Fabri illius, Grynæum vt comprehenderent. Sed iam è manibus eorum elapsus, in portu, quod aiunt, nauigabat.

De Simone Zwingliano Grynæo historia. Fabulosa. confer Etaulii locos Communes pag. 18.

contra apud Etaulium. pag. 19. lineâ. 2.

Venit eodē anno Melanchthon *Marpurgum*; vbi conuentus Theo-

è manibus extorsisse. Quale hoc est: *homini Christiano non licere litigare in iudicio, aut Magistratus Politici cognitione vel subsidio uti: Ius Mosaicum in forum esse reuocandum, neq; vllis legibus vtendum Christianis.* Non ista Lutheri culpa mouebantur; sed fiebat id, quod in talibus mutationibus & medicationibus accidere solet. Bona enim sæpe cum malis eradicantur, & sana cum morbosis eijciuntur. Nota sunt eius ætatis certamina, quæ sustinuit, & sæpe de eis querelas suas, apud amicos deposuit.

Philippi constantia.

Sed vt formicæ certum & vnum iter terunt; ita ille vnum cursum vrgebat semper, simplicem veritatem, eamque illibatam vt tueretur. Illum cursum tenuit, eamque metam secutus est, donec vixit, nec ab ea vllis se contumelijs aut iniurijs dimoueri passus est. Et quæ interea ignita tela Satanæ, quas insidias falsorum fratrum, quam tetram & abominabilem eius seculi Sophisticam, quæ mendacia, quas contumelias tanta cum patientia, ac pene sine sensu sustinuit, quasi ad omnia hæc iam pridem occalluisset. Amici vero cum impatientia sua moti, & illius vicem dolentes, interdum ei hortatores, & instigatores essent, vt respondendo & mendacia refellendo Zoilis illis aliquando tandem ora obstrueret: respondit, *doctrinam suam, & scripta nota esse: nihil aliâ responsione aut refutatione opus esse.* Interea suum iter vrgebat, & cum Pontificijs, Ecclesiarum Euangelicarum hostibus, sua in statione acerrime depugnabat.

Patientia eiusdem.

Melanch. ducit vxorem.

Anno 1520. ætatis suæ 24. vxorem duxit *Catharinam, Hieronymi Crappii,* consulis Wittembergensis & filiam, & secuti patrem, sororem. Nuptias celebrauit die *Catharinæ,* id est d. 25. Nouembr. quo auditoribus hoc disticho significauit se non esse prælecturum:

Generi Melanchth.

A studiis hodie facit ocia grata Philippus:
Nec vobis Pauli dogmata sacra leget.

Obitus vxoris eiusdem.

Vixit cum ea annos 37. coniunctissime, paterque ex ea factus est *quatuor* liberorum, inter quos filij duo; totidem filiæ: quarum altera *Georgio Sabino* fuit elocata, altera *Casparo Peucero.* Euocata ipsa est ex vitæ huius mortalis miserijs anno 1557. d. 11. Octobr. marito peregre ad Colloquium Wormatiense profecto. Cuius obitus cum Philippo per *Joachim. Camerarium* Heidelbergam ideo vt iret exoratum, in horto principis indicatus esset: non dedit significationem vllam vehementioris perturbationis: sed vxori quasi valedicens, hoc saltem addidit: *Ego eam brui sequar.* Ex vixit postea quantum superfuit ætatis, viduus. Ipsa * fœmina fuit vere pia: quæ in vita sua magis cupide aut maiore cum voluptate fecit nihil,

** Videatur Epistola Melanchth. qua respondit Professoribus in luctu se consolantibus tom. 2. script. Witteberg. propositorũ.*

Coniunxit igitur Deus hæc duo organa sua, atque hos duos viros tantos, mirabili quodam temperamento: vt cum *Lutherus*, Erasmo Roterodamo & alijs quibusdam, *medicus* morborum Ecclesiæ *immitior* videretur, *Philippus* verò eundē cursum vrgens, nec ab eo deflectens, *lenior ac mitior* haberetur, tali [illegible] medicationis Deo, sicut videtur, libuit vti in hac extrema Ecclesiæ senescentis ægritudine, quæ iam, vt ille de senescente Repub. sua dixit, *neque morbos suos facile, nec remedia ferre potest.*

Lutheri & Melanchth. coniunctio salubris.

Cum igitur animis & sententijs iam essent coniunctissimi Lutherus & Philippus: euenit vt *Eccius* Theologus per præcipuas Academias Germaniæ pene omnes circumuagaretur, & vbique themata sua, quibus sedem pontificiam, & eorum temporum horrendos errores tuebatur, disputando spargeret ac defenderet, ἐπινίκια deinde sua & triumphos Thrasonico more decantaret. Is tandem, & Lipsiam venit anno 1519. cum quo Lutherus vt congrederetur Lipsiam vocatus fuit, qui secum adduxit & Achaten suum Philippum, cum propter eam, quæ inter ipsos erat, coniunctionem, tum & propter linguarum cognitionem, ex quibus tanquam ex ipsis fontibus de testimonijs scripturæ & antiquitatis, certa dijudicatio fieri posset. Et nauauit tunc Philippus in illa disputatione eam operam Luthero, atque ita interpellauit atque refutauit Eccium, vt ille, sicut erat impatiens, tandem in hæc verba prorumperet: *Tace tu Philippe, ac tua studia cura: ne me perturba.* Præsagijt tunc Eccio credo animus, qualem illum aduersarium aliquando esset habiturus.

Eccius Theolog.

Disputatio Lipsica inter Eccium & Lutherum.

Rediere ab illo congressu nostri, ac inter eos amor & sancta concordia in dies singulos magis magisque coaluit. Fuit tunc id tempus, quo se furor aduersariorum nostrorum vsque adeo effundebat: vt ne quidem furtis suis, & imposturis placide cōtenti esse, ac quiescere possent: sed ea insuper pro summa pietate, sanctimonia, & iusticia adorari postularent. Accidit ergo, vt Lutherus pene inuitus ad contradicendum manifestis illorum blasphemijs, compelleretur. Adfuit illi fidus vbique & assiduus παραστάτης Philippus. Atque ita ambo, vt fit, post consertum prælium in medium æstum certaminis pertrahuntur. Hoc tempore multa moliti sunt aduersarij, nostros vt euerterent, id quod scripta & acta eorum testantur. Adiungunt & nostris aliqui se, qui παράλογα quædam mouent, sicut sit rebus motis & perturbatis. Hoc loco in quas difficultates, & quæ certamina communis Præceptor inciderit, commemorari posset: sed alio sunt ista reseruanda. Etsi hoc quidem certum est, ipsum multas sane horridas sententias, ne quid tristius dicamus, tunc aliquibus cum multa lenitate & mansuetudine

Portentosa dogmata à Philippo leniter refutata.

è mani-

cipis autoritatem palam aduersari minus auderent: tamen clã vel contemerent, vel obtrectarent. Deessent præterea exempla Græca & officinarum Typographicarum ministerium, nõ leue ad excitanda studia adminiculum.

Inopia librorum Græcorum tempore Melanch.

Nam, vt retulerunt discipuli, cum *Philippicas Demosthenis* optimus Præceptor publice enarraret, anno 1524. auditores illius fuisse numero tantum *quatuor*, propter exemplorum inopiam, describere coactos, & *vnicum tantum* fuisse *exemplum* Præceptoris, vnde describerent. Tamen ex his difficultatibus omnibus eluctatus est incredibili patientia: cum etiam vigilijs eo tempore affligeretur, & valetudine minus commoda vteretur.

Friderici Elect. Saxon. ad Melanch. epistola.

Viderunt amici epistolam à Principe Electore *Friderico* tunc ad eum scriptam, qua ipsum hortatur, vt valetudini parcat, nec nimio se labore conficiat, & è cella sua commodum potum illi offert. Citabat in ea epistola optimus Princeps dictum Pauli Apostoli: *Honorem habendum esse corpori.* Et, *si cætera dicta Pauli vera esse credis*, inquit, *& hoc verum esse, atq; illi obediendum crede.*

Philippus in Luthero quid veneratus.

Cum autem ante ipsum Wittembergam venisset *D. Martinus Lutherus*, qui sacram ibi Theologiam docebat, & crebro disputabat: facile contraxit eos, ita vt fit, mutua virtutis & ingeniorum admiratio. Philippus in Luthero animi magnitudinem pene plus, quam humanam, ingenii acumen, in iudicando inimitabilem στοχασμὸν in explicandis controuersijs doctrinæ dexteritatem summam, & alia dona diuina, supra communem hominum captum (vt erat talium donorum Dei non segnis æstimator) considerans, cœpit eum, vt virum singulare & heroicum, per quẽ Deus res maximas efficere in animo haberet, admirari, colere, & magnificere. Sicque ipsum non tantum coluit viuentem, sed & post mortem, donec ipse vixit.

Lutherus in Philippo dona agnoscit.

Lutherus vicissim eadem dona DEI in Philippo, tanquam suam in speculo imaginem contemplans, & quantam lucem linguarum atque artium tum dicendi, tum cæterarum cognitio doctrinæ sacræ afferret, expendens, præterea & ingenij suauitatem, atque illas leniores & mansuetiores virtutes in Philippo considerans, vt & ipse non rudis talium donorum DEI æstimator, magno veroque amore ipsum complecti cœpit: Cum super hæc omnia hoc etiam in eo in esse animaduerteret, quod Philippus dissoluta in suum ordinem contrahere: confusa recte distribuere: incertis locum & quasi ius suum restituere: ambiguis proprietatem, obscuris definiendo & explicando lucem præbere posset: Et breuiter, quod ipse singulare & rarum quoddam organum esset, per quod Deus aliquid mirandum esset effecturus.

Con-

ſcuris lucem reddidit: ſuperuacanea præcidit: effecitque vt is liber, qui antea erat farrago verius, quam integrum hiſtoriæ corpus, poſtea à multis & adpetereretur & magna cum vtilitate legeretur. *Nauclerus abipſo emendatus.*

Hoc *ſexennio* crebro & multum fuit cum *Capnione*. Feruebat tunc certamen, quod Capnioni erat, cum hominibus improbiſſimis & importuniſſimis, nempe cum monachis & monachorum propugnatoribus, ſophiſtis, cuius certaminis cauſæ & varij euentus referuntur à Philippo in oratione quæ extat, continens * hiſtoriam vitæ Capnionis. Cum his Catharmatis vir optimus conflictabatur, & quidem crudeliter ac duriter ab illis exercebatur: qui in ea conflictatione multa ſcripſit, quæ partim Romam, partim ad Imperatorem miſſa ſunt, ex his plæraque Philippus ipſe ſua manu deſcripſit. Cumque Capnio ſubinde ex Stuckgardia Tubingam veniret: ſolebat apud Philippum diuertere in illo ſcholaſtico diuerſoriolo, & vna cum eo in collegio cibum capiebat. *Ioannem Stöfflerum*, Mathematicum in Tubingenſi ſchola ſedulò audiuit: quem & inprimis laudare ſolebat. Audiuit tunc & Poetam *Henricum Bebelium*: & iam tunc ea erat ipſius autoritas, vt omnium oculi in eum coniecti eſſent. * *Vide ſupra in Vita Capnionis.* *Audit Stöfflerum & Bebelium Melanch.*

Anno 1514. in ſchola Tubingenſi declaratur Philoſophiæ & artium magiſter, die 15. Ianuarij, Pauli conuerſioni ſacro. Ipſe inter *vndecim* competitores *primum* locum tenuit: ætatis anno 18. poſtea *quadriennium* ibi vixit, & doctor bonarum literarum & ſimul diſcipulus grauiorum ſtudiorum. *Magiſter Philoſophiæ Tubingæ declaratur.*

Princeps autem Saxoniæ Elector *Fridericus*, cuius ſapientia celebratur, cũ ante annos non multos magno ſtudio Wittembergæ Academiam condidiſſet, & vndecunque viros doctos, quibus eam inſtruere & exornare poſſet, conquireret, hac in re vſus eſt conſilio Capnionis in conuentu Imperij Auguſtano, Anno à Chriſto nato 1518. Cõmendat Capnio Principi Friderico Philippũ tunc iuuenem adhuc: qui ipſum ſtatim aſſumtum eo miſit, vt Græcam Linguam ibi doceret. Factũ id anno 1518. ætat Philippi 22. Venit Wittebergã d. 25. Auguſti. *Similerum* ferunt eo diſcedente dixiſſe: *deplorandũ eſſe totæ ciuitati eius abitũ: & omnes illos, qui Tubingæ viuerent, non eo vſq; progreſſos eſſe in ſtudiis, vt quantus eſſet hic vir, qui iam diſcederet, intelligerent.* Quæ tenebræ tunc fuerint; non eſt iam dicendum: ſed intra paucos annos Philippus eam lucem non tantum linguarum, ſed & cæterarum optimarum diſciplinarum Wittembergæ ita extulit, vt huius vnius viri ingenio & opera ea ſchola facile cæteras in Germania Academias celebritate ſuperaret. *Wittembergam euocatus venit Melanch. Simileri omẽ aut querela. Inſtauratio literarum difficilis accidit Melanchthoni.*

Et quã id initio difficile fuerit, facile exiſtimari poteſt; cum omnia fœda barbarie ceu denſa caligine obruta iacerent: multi autem in illo barbarico cæno ſepulti; ita, vt fit, etſi propter Prin-

Interceſſit illi Heidelbergæ ſingularis familiaritas cum *Petro Stumio* Argentoratenſi fratre Iacobi, cui tunc priuatus Præceptor erat *Wimphelingius*, vir vt optimus, & integerrimus, ita eruditiſſimus. *Triennium* Heidelbergæ vixit, partim ante, partim poſt mortem patris: audiuit ibi docentem *Guntherum* Rhetorem, & cum *Sarbillo* quodã poëta cuius venam ſæpe laudabat, vixit familiariter. *Scripſit* iam tunc adoleſcentulus Profeſſoribus in ea ſchola *orationes*: quæ publice recitatæ ſunt. Et linguarum ſtudia, ac præcipue ſcribendi exercitium ſoluta oratione & verſu excitauit.

Iacob. Wimphelingius. Heidelbergæ quos Melanch. audierit. Studia Melanchth.

Agitabantur eo tempore in ſcholis quæſtiones, quæ habebantur vel Gordio nodo difficiliores explicatu, *de propoſitionibus modalibus*, item *de Vniuerſalibus, realibus*, Multum hæ rixarum inter diſputantes pariebant. De his enim interſe iugiter digladiabantur. Hos nodos ipſe diſſoluit: & certamina hæc cum magna omnium admiratione ſuſtulit. Conſcripſit tunc *rudimenta Græcæ linguæ*, quæ poſtea in publicum edita ſunt.

Quæſtiones tunc in ſchola Heidelbergenſi agitatæ.

Primum ſcholaſticum gradum, cui à Laurea nomen eſt, aſſumſit Rectore * D. Leonhardo Diethero de Erbach, Decano M. Laurentio Kleinkſa. Kirchbergenſi: cum annos iam natus eſſet *quatuordecim*, nempe anno nato ex virgine Chriſto 1511 die 10. Iunij. Habuit *ſextum* locum inter *vnum & viginti* candidatos.

Melanchth. ſit baccalaureus Heidelbergæ.

Inde cum propter cœli grauitatem quotannis ſub autumnũ cum febre conflictaretur: mater periculum metuens, Tubingam ipſum transfert: ibi rectius valuit, & totum *ſexennium* vixit. Priuatim ac publice cum magna laude & admiratione docuit: & ſcripta quædam, ceu primos fœtus, ex quibus ſatis apparuit, qui prouentus in poſterum expectandi forent, in lucẽ edidit. Audiuit ibi & *Iureconſultos*: ex quibus illo tempore celebres fuerunt *Lamparterus Ebingerus*, & alij; *Lamparterum* præcipue laudabat. Audiuit item *Theologos*, de quorum ineptis & inutilibus diſputationibus in rebus grauiſſimis dicere, & multa ridicula ipſorum deliramenta commemorare ſolebat.

Tubingam matre ægra migrat. Ibi docet & diſcit.

De monacho quodam concionatore eius loci narrare ſolebat, quod pro concione, *omiſſa Euangeliorum doctrina, Ethica Ariſtotelis* explicaſſet, non paruo audientium ſtudio: qui cupidius Ariſtotelica cognouiſſent, quam fabulas aniles, quibus implere tẽpla illius barbaricæ ſuperſtitionis temporibus vſitatum fuit, Chriſti mentione prorſus neglecta. Et hæc recitans ſæpe deplorabat cœcitatem & infelicitatem illius ſeculi.

Concionator Tubingenſis explicat Ethica Ariſtotelis in tẽplo. Idem factum Heidelbergæ.

Præfuit Tubingæ & typographicæ officinæ *Anshelmi* aliquamdiu. Excudebatur tunc illud grande hiſtoricum volumẽ *Naucleri*: in quo multa, quæ corrupta erant, ipſe emendauit: mutila multa compleuit: confuſanea in ordinem redegit: obſcuris

Præfit typographicis Melanchth.

ſtico Præceptori formandum tradit. Is erat *Ioannes Vngarus*, qui poſtea ſub ingraueſcentem ætatem verbi diuini cõcionator factus eſt in oppido Marchionatus Badenſis, cui eſt nomen à porta * Hercyniæ. *Io. Vngarius præceptor domeſticus Melanchthon.*

Vixit vſque ad annum à nato Chriſto ex Maria Virgine 1553. quo anno mortuus eſt. Conſeruauit huius viri memoriam Philippus donec vixit, ſingulari cum pietate & veneratione.

Fuit eo tempore celebris ſchola in oppido Portæ Hercyniæ, quam gubernauit *Georgius Simlerus*, Wimpienſis, cuius integritas, virtus, & in docenda iuuentute aſſiduitas ac fides, tum præ cæteris per eam Germaniæ oram prædicabatur. In eam ſcholam Philippus miſſus, apud ſororem Doctoris *Ioannis Capnionis* cognatam ſuam vixit Collegam habuit Simlerus quendam *Iohannem Hildebrandum*, qui præter publicorum in ſchola ſtudiorum operas, priuata quædam cum quibuſdam habuit exercitia in lingua vtraque Latina & Græca. Hoc magiſtro & Præceptore primum Philippus elementa Græcæ linguæ deguſtauit. Vtrunq; vt alterum patrem coluit, & Simlerum poſtea Tubingæ publice docentem audiuit. *Georgius Simlerus ſchola Phorcen. moderator. Adeum mittitur Melanchthon. Ioan. Hildebrandus.*

Cum autem reuerſus ex Gallia *Capnio* crebro in patriam exſpaciaretur, inuiſendæ ſororis cauſa, apud quam Philippus alebatur; conſiderare naturam pueri atque ingenium & profectus explorare incipit: quæ omnia cum non probaret tantum, ſed admiraretur; quem dilexerat ante propter cognationis vinculum, eum propter ingenij præſtantiam etiam vt magnifaceret mouetur, donatumque libello *Græcæ Grammatices, Lexico*, vt vocant, *Græco & Bibliorum codice*, ad gnauiter, ac ſtrenue pergendum incitat, additis exhortationibus & impoſito in caput eius *pileolo punico*, quo inſigni ipſi cùm Doctoris titulus decerneretur, ornatus fuerat, talem futurum præſagiens, qualis euaſit *Bibliorum codicem*, & circumtulit ſecum perpetuo, & legit diligentiſſime, & hanc legendi textus Biblici conſuetudinem, quod ſibi adoleſcenti profuiſſe plurimum expertus eſſet, cum retinuit ipſe ad extremum vſque, tum vniuerſis diſcipulis ſuis ſæpe commendauit. *Capnionis in Philippum animus. Donat libris. Mittitur Heidelbergã Melanchth. inſcriptus 1509. d. 13. Octobris.*

Biennium verſatus in ea ſchola, mittitur in patriam patris, nempe in publicam ſcholam Heidelbergenſem, vbi adoleſcens propter rari & mirandi ingenij præſtantiam, morumque ſuauitatem ac venuſtatem omnibus bonis & honeſtis hominibus valde carus fuit. Et conſeruauit locus ille memoriam huius alumni ſui Philippi cum perpetua beneuolentia vſque in hunc diem. *Ludouicus Comes à Leonſtein* ibi liberos ſuos illi erudiendos commendauit; & vixit in domo Doctoris *Pallantis* Theologi, cuius integritatẽ, virtutem & ſapientiam ſæpe prædicauit. *Pallas Spangel de noua ciuitate. Ω. 1512. d. 17. Iulii.*

Ω. 1560. d. 19. April. æt. 63. completo.

PHILIPPVS MELANCHTHON.

Bretta patria Philippi.

NAtus est Philippus Melanchthon anno 1497. die 16. Februarij, hora septima vespertina in oppido *Bretta*; quod pertinet ad ditionem principum Palatinorum Rheni, in domo & familia honesta.

** Id Græce μελάγχθων, Latinis nigra terra.*

Pater ipsius *Georgius* * Schwartzerdt / natus Haidelbergæ, fuit magister armorum apud principes Palatinos, *Philippum* & *Rupertum*; & propter eximiam prudentiam, artem, fidem, ac virtutem carus *Maximiliano* I. Imperatori, & multis principibus atque comitibus.

Pater eiusdē natus fuit Patre Nicolao, qui Haidelbergæ sub arce domicilium habuit.

Fuit vir pius, & pene vsque ad superstitionem religiosus. Singulis noctibus hora duodecima consueuit è lecto surgere ad vsitatarum precum recitationem. Liberos & familiam magno studio & cura regebat: & hoc vnice operam dabat: vt tota domus pie & honeste viueret. Denique ciuis erat Principibus, Reipublicæ ac patriæ vtilis.

Pater Philippi pius.

Mater Philippi.

Mater *Barbara*, *Ioanni Reutteri* oppidi Brettani præfecti filia, matrona fuit honestissima, singulari sapientia & morum grauitate prædita.

Ex talibus parentibus natus, & ab his tam sancte educatus fuit Philippus: vt non sit mirum in tantum eum virum postea euasisse. Vere enim dictum est à veteri Poeta:

Εὐσεβέων παίδεσσι τὰ λώια, δυσσεβέων δ' οὔ.

Res fuit illis non tenuis, sed quæ prope mediocritatem superaret; eam sustentabat & augebat præcipue benedictio diuina, ipsorum sobria & honesta frugalitas, & in agricultura industria ac vigilantia. Vixit superstes Philippo *Georgius* frater in domo paterna, vir honestissimus ac præcipuæ autoritatis in Palatinatu. Patrem Philippus amisit anno à Christo nato 1508. die 29. mensis Septembr. ipse natus iam annos 12. Mater vidua mansit annis totis duodecim: Postea cum Philippum duxisse vxorem audijsset, nupsit iterum ciui Brettano honesto. Obijt ipsa 1529. die 6. Iunij Auum maternum, in quo fuit excellens, & vere senilis prudentia, grauitas & integritas coniuncta cum autoritate summa, amisit ante patrem diebus vndecim nempe 1508. 18. Septembr. Huic patre occupato negotijs Principum, præcipue educatio & institutio Philippi curæ fuit. Quare cum in eo admodum puero euidentiora, quam pro ætate, raræ atq; excellentis indolis indicia inesse animaduerteret; vt primum per ætatem literas discere potuit, eum in schola Patriæ publica erudiri curauit.

Frater eius Georgius 1560. superstes.

Pater Philippi moritur.

Itidem mater.

Auus maternus.

Apud eum Philippus educatus.

Inde postea abductum propter contagij cuiusdam metum, quo scholæ gubernatorem infectum esse compererat, domestico

eius non Bruſchij, ſed Peiſſeri appellati ſunt: proauus vero vocatus fuit Bruſtius, propter corporis pinguedinem; inde id nomen adhæſit familiæ, etſi corrupte. A puero literarum deditus fuit ſtudijs, ac inprimis poeſi, in qua adeo fuit felix; vt ex tempore plurimos, eosque non peſſimos verſus funderet. Itaque lauream & Comitis Palatini dignitatem eſt conſecutus, atque illius tempeſtatis poetis optimis par habitus.

Nomen Bruſchii à Ger. Bruſt.

In poeſi excellit.

Anno quadrageſimo octauo ſupra mille quingentos menſe Auguſto, peregrinatione ſuſcepta, in Alpibus fuit: vbi vidit Rhenum bicornem, & comedit muris Alpini (Murmelthier) animalculi pinguiſſimi, carnes ad Khætium arcem D. Ioannis de Marmoribus. Inde venit ad monaſterium Caczienſe, vbi humaniſſime exceptus, cum Abbatiſſa, nobili & optima matrona, cœnauit, & vti Cruſius ex M. Scr. Bruſchij citat, ſaltauit. Deſcriptis illius Cœnobij antiquitatibus, diſceſſuro ἡ χρηστὴ δέσποινα dono dedit coronatum aureum, ſudarium, cornua ibicis, & alia plurima.

Peregrinatur.

Baſileæ in arce Oporiniana (ſic enim domum Oporini ob ſitum excelſum vocabant) tenui re familiari viuens, à vicinis abbatibus ſtipe corrogata, nouis veſtibus ornatus in publicum aliquando prodijt. Ibi plebecula ſplendorem veſtitus more ſuo admirata, exurgendo caputque aperiendo honorem homini exhibuit. Tunc ille honorem non ſibi, ſed veſtibus deferri animaduertens, domum reuertitur, & veſtimenta partim concidit, partim deturpat: tanquam improba mancipia ſui domini gloriam præripientia accuſans. Simile de Hermanno Buſchio ſuperius retulimus: niſi forte in nomine erratum.

NB

pag. 80.

Scripſit varia quæ in Bibliothecis recenſentur, quibusque vim poſteritati ingenij ſui declarauit: inter quæ ſunt egregia ipſius poemata. Cumque hiſtoriarum inprimis lectione plurimum delectaretur: Germaniam ſuis lucubrationibus illuſtrauit; atque varios *nouos horum ordines & an iquitus fundatos monaſteria* celebrauit; & anno quinquageſimo primo Ingolſtadij edidit. Idem etiam in Germaniæ Epiſcopatibus aggreſſus, varias ſuſcepit eo nomine peregrinationes; ſed opus inceptum abſoluere ei datum non eſt. Sclopo enim traiectus interijt, Vir doctiſſimus, & antiquitatis ſtudioſiſſimus, in ſylua Schlingenbachenſi inter Rotenburgum Tubari, & Weinshemum, inſidias nobilibus quibuſdam, in quos ſcriptum editurus erat, ſtruentibus. Factum id anno Domini quinquageſimo nono ſupra mille quingentos.

Scripta.

Perit ex inſidiis.

Pantal. lib. 3. Proſopograph. Cruſius in annalibus. Zwinger. in theatro.

Sed quoque Graiorum Latias de diuite gaza,
Auxit opes labor & sedula cura Gini.
Exuuias tenet hic tumulus, mens læta Sagatur,
Qua sacra Elysium concitat aura nemus.
Et Sati Hutteno, Cordo, coniunctus & Hesso,
Quisquis & è nostris nobile nomen habet:
Voce canit docta laudes & carmina Christo,
Adspectu fruitur colloquioque DEI.

Ioach. Camerarius in vita Melanchthonis: Pantaleon lib. 3. Prosopogr. Item syluæ carminum Micylli, alij.

GEORGIVS MACROPEDIVS.

Ω. 1558. mense Iulio.

GEORGIVS MACROPEDIVS Ducis filuius, raræ felicitatis poeta, plurima cum sacra tum profana argumenta Comico stylo exornauit: exactæ insuper diligentiæ Grammaticus, vtriusque linguæ rudimenta, & Dialectica, non memoria modo, sed & literarum monumentis complexus est.

Eruditio & scripta.

Scholæ Vltraiectinæ præficitur.

Scholæ itaque Vltraiectinæ, id temporis per Belgium celeberrimæ, Gymnasiarcha datus, hoc consecutus est: vt nemo erudiendæ iuuentuti magis idoneus, nemo plures bonæ frugis discipulos suo è ludo emisisse videretur. Demum molestiarum per ætatem impatiens, Siluanducis, patrium in Brabantia oppidum, repetijt: vbi podagra corpus aggrauante, pestilentiq; febre accedente, anno millesimo quingentesimo quinquagesimo octauo mense Iulio extinguitur. Conditus est in æde sacra suorum sodalium, hoc elogio ab amico Cornelio Valerio, Louanij eloquentiæ doctore, addito:

Obitus Macrop.

Elogium.

Cœlo potitus post labores plurimos
Georgius Macropedius,
Scholastici moderator optimus gregis,
Toto orbe nobilis senex;
Corpus reliquit hoc podagricum loco,
Longo labore exercitum.
Humanitas, studium iuuandi maximum,
Benignitas amabilis,
Candor animi, virtus, & eruditio,
Hunc reddidere cælitem.

Miraus in elogijs Belgicis.

CASPAR BRVSCHIVS.

Ω. 1559.

Patria.

IN lucem editus est hic *Bruschius* anno decimo octauo, supra mille quingentos, die decimonono Augusti, *Egra* Nariscorum, non Gandaui Flandriæ, vt Pantaleon autumat. Maiores

eius

illustrando,& noua componendo. Anno quinquagesimoseptimo cum illustrissimus Elector Otho Henricus de Academiæ constitutione, euocato Melanchthone, deliberaret: adiuncto Micyllo, & alijs, doctrina & prudentia præditis viris, administratio tota illa ordinata, & ratione conueniente ac laudabili est constituta. Nec diu post discessum Melanchthonis superuixit. Febri enim correptus diem suum obijt, anno quinquagesimo octauo, die duodetrigesimo Ianuarij, ætatis suæ quinquagesimo quinto, succedente in professione Græca *Guilielmo Xylandro*, viro doctissimo. *Obitus.*

Scripta eius testantur, singulari eum ingenij venustate, solida eruditione & prudentia in iudicando egregia præditum fuisse. Scripsit autem *elegias, & epigrammata* varia: quæ filius ipsius Iulius collegit, & in libros quinque syluarum distributa edidit, addita fabula scenica Apellis Ægyptij, seu de calumnia. Iuuenis varijs fortunæ casibus agitatus scripserat carmine longe plura: quæ ipse, instabilitatem rerum humanarum metuens, ciuitate, in qua tum viuebat, hostibus dedita, omnia concremauit. Edidit *annotationes in omnes Ouidii libros*, excepta Metamorphosi: idem in *Lucano* præstitit. Est & eius *de re metrica opus* consummatum: de quo Melanchthonis hoc fuit iudicium: *de re metrica exstant eruditissimi, & consummatissimi libri tres Iacobi Micylli, quo nemo Latine scripsit prosodiam eruditius aut diligentius. Luciani* opera aliquot Latinitate donauit, adiectis etiam scholijs: quæ cum omnibus Luciani scriptis, per varios interpretes traductis, impressa sunt. Collegit *Arithmetica logistica* libros duos ex diuersis eius artis scriptoribus,& exemplis plurimis ijsdemque vtilissimis præcepta illustrauit. Idem vertit totum *Cornelium Tacitum* Germanice admodum & perspicue & prudenter. De numerosa sobole superstites reliquit filios duos; quorum alter Iulius I C. fuit, & cancellarius Ludouici Electoris Palatini; alter ciuis & sartor Haidelbergensis: vt & hic videamus non esse hereditariam parentum virtutem, varieq; Deum sua dona distribuere. Ipse quidem linguæ vtriusque fuit peritissimus, inque disciplinis humanioribus omnibus apprime versatus, orator & poeta elegans: charus & viris principibus, ac sui seculi clarissimis quibusque: qui & obitum eius acerbe tulerunt; maximumque damnum bonas literas & eruditam doctrinam eius viri morte feciſſe, iudicarunt. In cœtu discipulorum eius eminuerunt tum alij, tum *Ioannes Fichardus* I C. & *P. Lotichius* Secundus poeta, qui obitum illius elegia ad * Melanchthonem πανηγυρικῶς scripta defleuit. Adamus Siberus his versibus epitaphijs tumulum eius ornauit: *Doctrina eius.* *Scripta.* *Liberi.* *Discipuli.* * *Est libri 4. eleg. 2.* *Epitaphium.*

Scripta per ora volant non tantum docta Micylli,
Aemula carminibus, culte Tibulle, tuis:

* *Cum antea cognomen ei* Molzer *esset.*

Micylli nomen vnde.

Micyllus appellari ceptus* est, de quadam actione scenica dialogi Lucianici, qui ὄνειρος ἢ ἀλεκτρυών, hoc est, *somnium seu gallus*, inscribitur. In eo enim personæ vnius hoc nominis est, quam cum ipse eximia dexteritate repræsentasset; nomen ipsum adeptus est; neque id postea ei mutare visum. Meminit huius rei ipse alicubi* his carminibus:

* *lib. 1. sylvarum.*

Fortuito quondam Micylli nomina casu
Repperi, & in mores transiit ille meos.

Schola oppidana Francofurti præficitur.

Absoluta peregrinatione Academica, per Mysos, Francos, & Noricos profectus, cum fama de eius virtute & doctrina percrebuisset, à Senatu Francofurdiano ad Mœnum, scholæ oppidanæ est præfectus. Ibi celebri fama iuuentutem & moribus optimis, & literis Latinis, Græcisque informauit; Spartamque suam pro virili ornauit. Inde ipse, anno Christi vicesimo septimo, ita ad Eobanum Hessum, Ioachimum Camerarium & Michaelem Rottingum, Norimbergæ tum in ocio literato agentes:

——— vbi flaui domus pandit sua cornua Mœnus,
Et vada Francorum flumine nota petit;
Sedulus hic vestri subeo vestigia gressus:
Ac doceo paruam paruus & ipse scholam.

Haidelbergam vocatur.

Redit Francofurtum. Iterumque Haidelbergam.

Postea anno trigesimo secundo super mille quingentos Haidelbergam ad docendam Græcam linguam, loco Simonis Grynæi, Basileam euocati, est inuitatus. Sed paulo post à Francofurdiensibus retractus, pristinam functionem solita diligentia obijt: donec sub bellum Smalcaldicum, cum varijs Germania concuteretur motibus, atq; Haidelbergæ Euangelij doctrina reciperetur, eodem ad Græcanicæ linguæ professionem accersitus redijt. Has mutationes ipse his carminibus indicat:

lib. 1. sylvar.

Bis vita certos repti sedemque laremque
Ponere vitifero margine Mœne tuo:
Bis redii infelix mutatis cursibus aui,
Huc vbi liberior Nicer in arua ruit.

Arrisit ei tum hominum, tum loci istius genius; quemadmodum hisce carminibus profitetur:

Non schola, non homines, studiorum turba meorum,
Non locus ingenio dissidet iste meo.
Adde etiam mores vrbis vitamque togatam;
Et populum nulla rusticitate grauem.

* *Annis viginti.*

* *Vltra decennium, sed interrupte.*

Operam itaque suam non solum Reipublicæ* *Francofurdianæ*; sed illustrissimis quoque principibus Electoribus* Palatinis, *Ludouico, Friderico II.* & *Othoni Henrico*, in celebri ac vetusta Haidelbergensi Academia præstitit; cum publice literas Græcas, & priuatim etiam Latinas docendo; tum scripta veterum illustran-

Synesii, & de Christianis *Athanasii*, *Chrysostomi*, *Basilii*, aliorumque lucubrationes Latina ciuitate donauit. Sed & è suo ipse penu plurima deprompsit, in his *Miscellaneorum* in varios auctores *libros*; *Panegyricas* & *literarias orationes* totidem; quique præ cæteris scriptis palmam obtinent, *dialogismis Heroinarum septem*. Nam in hoc genere regnasse illum, præter Italos acuti iudicij homines, testatur Cornelius Musius poeta egregius. Scripsit & in cantica canticorum ac Salomonis sapientiam scholia & commentarium: Notas item ad Ambrosij, vt vulgo creditur, aduersus Symmachum relationem. Psalmos quoque Dauidis plurimos non infeliciter versibus reddidit; quos cum Iacobi Latomi Psalmis Plantinus edidit, & auctiores heredes adseruant.

Vltimum diem clausit Louanij cum vitæ annos cum seculo numeraret, tumulo datus in æde primaria D. Petro sacra: vbi epitaphium eius legitur eiusmodi: *Obitus.*

PETRO NANNIO ALCMARIANO PRESBYTERO, ET CANONICO ATREBACENSI, VIRO DOCTISSIMO, HVMANIORES LITERAS IN COLLEGIO BVSLIDIANO, ANNOS OCTODECIM PROFESSO. *Epitaphium.*

SIGISMVNDVS FRIDERICVS FVGGARVS BARO IN KIRCHBERG, ET VIANA B. M. ET AMICO PATERNO MEM. ET VIRTVTIS ERGO IVSSV PARENT. POS.

VIXIT ANNOS LVII. OBIIT cIↃ. IↃ. LVII. XII. CAL. AVGVSTI. *Aubert. Mirius in elogiis Belgicis.*

IACOBVS MICYLLVS.

HIc *Argentinæ*, nobili Germaniæ, & libera imperij vrbe, hodieque celebri Musarum domicilio, in lucem est editus die sexto Aprilis, dimidia hora post quintam matutinam, anno tertio supra mille quingentos à Messia in carne exhibito. In patrio ludo puer literas primum imbibit: exinde admodum adolescens, decimum quintum ætatis annum vix egressus *N. 1558. die 28 Ianuar. ætat. 55. Argentina, patria Micylli.*

——— *externas patria procul actus in oras.* *Studia patritia & adolescentiæ.*

Germaniæ Academias celebriores, ingenij excolendi causa, accessit, *Haidelbergensem* dico, *Erphordiensem*, *Vvitembergensem*, & alias. Et Erphordiæ quidem fere quinquennium transegit; ibique commilitonem inter plures principem habuit *Ioachimum Camerarium*, qui cum postea per omnem vitam, scholasticam illam amicitiam constanter coluit & conseruauit.

duos. Extant & *orationes* eius *duæ*, vna ad Carolum V. Cæsarem, altera ad Germaniæ principes ac ordines imperij, in quibus de Papatu & de causa religionis tractatur. Quæ præterea verterit aut scripserit, vide in bibliotheca Gesneri.

Cæterum quid nonnulli historiæ Sleidani tribuerint, quantumve fidei habuerint: ex hoc *Carolouitii* sermone coniecturam facere est: quem refert *Matthæus Dresserus* in oratione* de ordine, veritate, & vsu in historiarum lectione spectando. Sic igitur ille: *ex animo meo nunquam effluat vox Christophori Carolouitii, eius, qui sapiens, qui eruditus a plerusque habebatur & cognominabatur. Is quoties mentio Sleidani commentariorum inciderat; fere cum gemitu quodam multa aliter commemorabat: quam scriptor ille exposuit: affirmabatque se non solum interfuisse plerisque conuentibus imperii, & priuatis communibusque consultationibus, actionibus & decretis; sed nonnullis etiam præfuisse: vt fidem mereri ipsius oratio omni iure videretur. Sic igitur de Sleidano dicebat, tanquam epiphonemate quodam narrationem claudens: Sleidani historia adiecit mihi fidem omnium superiorum historiarum.* De quo lectori æquo liberum esto iudicium. In apologia ipse Sleidanus se purgat: vbi & causas, quibus ad scribendam historiam impulsus accesserit, & quo modo in ea progressus sit, verbose exponit:

* *Habita in Acad. Lipsensi d. 17. Ianuarii, anno 1582.*

Carolouitii iudicium de Sleidani historia.

Est iustum, meritas auctori dicere grates:
Recta quod historia secla futura docet.
Erudit historiis seros quicunque nepotes:
Dignus, vt aterna laude vehatur, homo est.

Pantal. l. 3. Prosopograph. Thuanus lib. 17. histor. Sleidan. in commmentar.

PETRVS NANNIVS.

Ω. 1557. die 21. Iulii, ætatis 57. Nan. Goclenio succedit.

Lemaria hic Batauiæ oppido, haud procul à litore Oceani oriundus; vir comis & blandi ingenij, Conrardo Goclenio in professione Latinarum literarum, communibus omnium votis, succenturiatus est.

Carus viris præstantib.

Carus inprimis ob singularem eruditionem excellentibus in Belgio doctrina viris, summaque dignitate præditis; in his *Nicolao Everardo* præsidi, doctissimisque eius liberis, & Atrebatium antistiti *Antonio Perenotto*, post Cardinali, alijsque. Fama deinde, vt fit, in dies magis magisque notus, ab Italis, & præsertim à *Iacobo Fliſco* Genuensi, episcopo Sauonensi, magnis stipendijs in Italiam inuitatur.

In Italiam inuitatur.

Scripta.

Cumque lingua vtraque doctissimus, atque in autoribus cum sacris, tum profanis egregie versatus esset: multas vtriusque generis Scriptorum veterum, puta *Demosthenis, Plutarchi, Synesii,*

tarios, de rebus gestis *Ludouici*, eius nominis vndecimi, Gallia-
rum regis, & *Caroli* Burgundiæ ducis, lingua Gallica singu-
lari lepore, & fidei ac veritatis opinione conscriptos, in La-
tinum sermonem transtulit. *Iacobo* deinde *Sturmio* Reipublicæ
Argentinensis prætore nobilissimo & amplissimo, non modo
hortante, verum etiam materiam suppeditante, *opus* illud,
quod supra tetigimus, *de statu religionis & Reipublicæ Germano-
rum, Carolo quinto Cæsare*, scribere est aggressus: tandemque
publico Protestantium, quos vocant, ordinum stipendio ac-
cedente libris viginti sex absoluit, ad annum vsque quinqua-
gesimum quintum narratione perducta. Qui commentarij in
publicum emissi varijs fuerunt obnoxij iudicijs; & à varijs par-
tim * continuati, partim in Germanicam, Gallicam & Itali-
cam traducti linguam.

*Commenta-
rii Commi-
nei à Sleida-
no translati.*

*Commenta-
rii Sleidani
de statu re-
ligionis &
Reipublicæ
Germ. Carol.
V. Imp.*

* *Ab H. Pan-
taleone, à Mi
chaele Beu-
thero, &
aliis.*

Dedit autem Sleidanus non tantum scribendo eruditæ do-
ctrinæ; sed etiam politicis negotijs obeundis, prudentiæ ciui-
lis specimina præclara. Nam cum bellum Galliæ Regis cum
Anglo * arderet: & res tam mari quam terra totis viribus vtrin-
que gereretur: ipse cum *Ludouico Bambacho* Protestantium
nomine ad Angliæ regem legatus missus fuit: vt ad pacis eum
studia flecteret. Iterum cum Tridenti Concilium indictum
esset: ipse Reipublicæ Argentoratensis legatus eidem * inter-
fuit: & nihil suo loco intermisit; quo tandem actio cum The-
logis Protestantium institueretur. Sed Mauritianis præter ex-
spectationem bellum Cæsari mouentibus, ipse Concilio solu-
to re infecta domum redijt. Paulo post cum *Henricus* Galliæ
rex cum exercitu per Lotharingiæ fines Tabernas vsque, qua-
tuor ab Argentorato oppidum, progressus esset: & ab Argen-
tinensibus, vti rebus necessarijs militi suo subuenirent, postu-
lasset: Sleidanus cum *Petro Sturmio* & *Friderico Gotteffemo* legati
Sarburgum * missi fuerunt, qui certum frumenti & vini mo-
dum deferrent: atque per omnia vrbis nomine cum eo transi-
gerent. Quod erat oblatum, rex quidem non repudiauit: sed
panem sibi dari voluit: legati contrà, frumentum: de quo cum
non conueniret; infecta re discessum fuit.

*Politica ne-
gotia Slei-
dani.*

* *An. 1545.
Legatio ad
regem An-
glie.*

*Ad Concil.
item Trid.*

* *Anno 1551.
Ad regem
Galliarum.*

* *Sleid. com-
ment. lib. 24.*

Scriptis itaque & factis cum magnam sibi apud omnes pas-
sim comparasset gloriam atque existimationem; scribendi &
vitæ finem fecit, luc epidemica correptus, Argentinæ, Octo-
bris die vltimo, anno CHRISTI quinquagesimo sexto, ætatis
quinquagesimo. Præter illa, quæ supra recensuimus, edidit
scriptum breue & elegans *de quatuor monarchiis*: quod etiam
suos inuenit oppugnatores. *Froissardi*, nobilissimi scriptoris
Gallici, *historiarum opus omne* breuiter collegit, & Latino ser-
mone reddidit. Transtulit etiam ex Gallico in Latinam lin-
guam *Claudii Seselii de republica Gallorum & rerum gestarum* libros

*Obitus Slei-
dani.*

Scripta eius.

Post eam cladem, quam grauissime tulit, cum agmine scholastico secessit in * exilium, in quo dum occupatur colligendis sumtibus ad ædificia partim renouanda, partim sarcienda; sed de assiduis operis scholasticis nihil tamen remittit, fractus ante ætate & laboribus, & recentibus doloribus & curis magis languefactus, opprimitur subita apoplexia inter docendum, cum enarrare cœpisset Psalmum vigesimum tertium, *Dominus pastor meus est*: 6. Calendarum Maij, anno quinquagesimo sexto supra sesquimillesimum, postquam annum attigisset sexagesimum septimum. Sepultus est Lignicij in æde D. Ioannis. Hoc exitu vitam cælibem & innocentem in terris clausit Trocedorffius, anima cum Psalmi precatione emissa, & Deo conditori reddita inter sanctissima opera vocationis. Statura fuit infra mediocritatem, facie rubicunda, gestu corporis graui ad terrorem vsque, temperamento haud dubie calido & sicco, sed cerebro frigidiore. Congruit autem in eum verissime encomium, quo ornasse Epicharmum scribitur antiquitas: πολλὰ γὰρ ποντὰν ζωὰν τοῖς παισὶν εἶπε χρήσιμα, μεγάλα Χαρὶς αὐτῷ. *Ex tomo 5. declamationum Philippi.*

** Lignicium oppidum ad tertium lapidem Goldberga distãs.*

Obitus Trocedorffii.

IOANNES SLEIDANVS.

O. 1556. die vlt. Octobr. ætat. 50.

Vide in fin. hujus libri Msctum.

IN tanto eruditorum hominum in Germania prouentu, qui elapso seculo omni doctrinarum genere excelluerunt, pauci reperti sunt; qui historiam sui temporis ad posteros sint transmittere conati, si Sleidanum vnum excipias. Hic enim, vt quis fuerit religionis & Reipubl. Carolo V. Augusto Cæsare status, sciremus, editis commentarijs effecit. Protulit eum, non sine nominis sui famæquæ augmento, *Sleida*, Vbiorum oppidum, natali etiam *Ioannis Sturmii* nobilitatum. Natus anno orbis redemti sexto, supra sesquimillesimum, rudimentis in patria primis perceptis, Lutetiam Parisiorum abijt: ibique inchoatam studiorum telam, Minerua non inuita, pertexuit.

Sleida patria Sleidani, sic inde dicti.

Lutetiæ literis dat operam.

Ad sanctarum deinde legum studia conuerso animo: tantum in ijs profecit, vt testimonium suæ in eo doctrinæ genere eruditionis Academicum, Licentiam vocant, solenniter consecutus sit: & ad Famæ templum per Virtutis ædem, mature aditu eruditione non proletaria facto, penetrarit. In Bellaiorum familia diu versatus, res magnas sub *Ioanne Bellaio* Cardinali gessit ac didicit. Postea turbantibus in Gallia rebus ob diuortium in religione factum, ipse sanguinolentis iudicijs se subduxit: & *Argentinam*, portum quasi ac sedem imbellium Musarum & profugorũ, anno quadragesimo secundo petijt. In ocio ibi literario agens, primum *Ludouici Comminæi* commentarios,

Et iurisprudentiæ.

E Galliis Argentinam venit.

accusatoris ipse quandoque agebat; nonnunquam eas demandabat vni ex scholasticis, præsertim si quid commissum erat contra leges aut bonos mores. Reus iussus respondere, (prius enim fari non licebat) si vel culpam diluisset iusta excusatione, vel agnita culpa deprecatione vsus, diligentiam suam oratione probasset confessui; absoluebatur, sententias rogante consule. Si ignauiæ index esset negligens oratio, quam quemque suo Marte componere oportebat, condemnabatur vel in leui culpa

Executio iudicii.

Magna seueritate & grauitate deinceps ipse dictas sententias repetebat, exaggerabat, & exequebatur. Instituerat autem iudicia hoc potissimum consilio: vt adolescentes à teneris considerare dignitatem ordinis politici, & magistratus ac iudicia, tanquam Dei opus, reuereri consuescerent. Nam vt pietatem erga Deum voce doctrinæ & precum exercitijs; sic reuerentiam erga ordinem policicum spectaculis iudiciorum publicorum tenellis animis inseri oportere atque infigi censebat. Nec minus ei curæ erat fingere mores vniuscuiusque: quam excolere pectus doctrina.

Commemorandæ hic sunt & Panegyres, quas more Græciæ veteris peculiari quadam festiuitate celebrabat. In his enim recitabantur à scholasticis orationes Latinæ certatim, & coronabantur cum præconio publico, qui vicissent; vt olim in certaminibus Olympicis. Hæc spectacula animos non prorsus aut veternosos, aut à cupiditate gloriæ alienos, vehementer accendebant & incitabant. Nec prætereunda prorsus sunt corporis exercitia: quæ etsi non tam vrgebat, quam permittebat: tamen spectator esse plerunque cum aut palæstra exerceretur, aut cursu certaretur: atque agilitatem vniuscuiusque obseruare, & collaudare alacres atque excitatos: vituperare ignauos aut distortos solebat. Ad hunc modum scholam ille suam gubernauit annos plurimos. Sed in extremo actu infelix fuit, labefactata disciplina, diaboli insidijs & impulsu, & crescente petulantia & malitia ingeniorum, fato quodam effœtæ huius ac deliræ senectæ mundi; in qua ruunt, ceu impetu quodam præcipitata, bene constituta omnia; & collabuntur atque intereunt honestæ artes atque disciplinæ; quicquid contra moliamur atque conemur. Accesserunt ad domesticas calamitates mala publica. Nam cum dissipatam sæuissima peste scholam vix, velut fractas è naufragio tabulas, recollegisset & instauasset: subito incendio totum conflagrauit oppidum, in quo ædificia scholæ simul perierunt; sed nulli scholasticorum quicquam accidit. Hoc beneficium custodiæ sanctorum Angelorum tribuebat: à quibus improuidum & curiosum agmen ereptum ex circumfuso incendio ac miris modis seruatum esset.

Panegyres scholastica.

Exercitia corporis.

Actus eius extremus infelicior, & cur.

1. *Laxatio disciplina.*

2. *Mala publica.*

Post

cipiebant, exequebantur. Cumque gererent munus commendatum autoritate publica; cæteri eos non minus, quam ipsum præceptorem reuerebantur. Hunc sublata mensa abeuntem cuncti sequebantur è vestigio, nec commorari diutius cuiquam, nec ante datum signum licebat reuerti. Volebat autem succinctos accumbere singulos; vt astrictus ac velut vinctus venter minus impleretur atque oneraretur cibi sarcina, ingenij & valetudinis causa. *Quæstores* operarum publicarum erant ἐργοδιῶκται. Singulis autem tribubus sui præerant quæstores, qui vni supremo suberant ac parebant. Illi hebdomadatim creabantur, & sese magistratu solenniter publica oratione abdicabant. Huius munus menstruum erat. Ad hunc cæteri referebant, si qui ex tribulibus vel à lectionibus, vel à sacris publicis, vel a vespertinis disputationum exercitijs abfuissent. Nam ad quæstores pertinebat, cogere tribules ad obeundas assidue ac sedulo publicas preces & lectiones: absentes vero notare atque indicare. Themata item quæstionum vel argumentorum proponere, de quibus à cœna per horæ dimidiæ spacium inter se tribules conferebant, vno interrogante. Si quos ex œconomis, aut quæstoribus vel negligentes esse in commisso munere, vel suis conniuere, aut cum ijs colludere deprehendebat; in tales, vt præuaricatores grauissime animaduertebat.

Quæstorum officium.

Rebus sic constitutis, qui contra leges, mores instituta scholæ deliquerat, aut contra officium fecerat, indicabatur præceptori. De huius sententia ad pœnam corporis aut mulctam condemnabatur, vel à magistratu scholastico vocabatur in iudicium ad dicendam causam. De magistratu sic res se habet. Creabat *consulem* mensibus singulis è cœtu scholastico; cui adiungebat *Senatores* duodecim: *Censores* binos: Illi consuli causas cognoscenti assidebant, quorum si quis aliquid admittebat indignum ordine illo, senatu mouebatur. *Censores* magistri erant morum ac disciplinæ in vijs ac congressibus publicis; vt in incessu, gestu, sermone, & tota corporis actione præstaretur à scholasticis modestia, ordinem decens. Quibus vero iudicium publicum subeundum erat; his dies dicebatur octiduo ante: vt præmeditati accederent. Non enim aut scenicum, aut theatricum spectaculum exhibebatur; sed res agebatur seria, cum ea, quæ publicis iudicijs conuenit, solennitate ac seueritate. Senatus solo ac circumscripto loco intra determinatum circum considebat, quem transscendere nemini licebat. Circumstabat agmen reliquum intentum in rem præsentem cum verecundia & modestia rei tantæ conueniente. In medio agmine consistebat *Dictator* perpetuus. *Reus* à reliquo cœtu separatus, spectante & audiente tota corona, accusabatur. Partes accusa-

Magistratus scholasticus in schola Trocedorffii. Censores. Iudicium scholasticum.

cauſa introductæ, de quibus hiſtoria gubernationis monebit. Fuit enim gubernatio tantæ multitudinis ideo etiam facilior illi, quod & in pauca eam contraxerat, & aptiſſimo ordine gradus officiorum, quibus vtebatur, diſtinxerat. Id vero ſingularis erat prudentiæ. Nam felicitatem taceo, quæ prorſus erat diuina. *Gubernatio & diſciplina.*

Vniuerſo cœtui præerat ipſe tanquam αὐτοκράτωρ: ſed tot Ephoris vtebatur; vt in tanto agmine nulli manenti in ſtatione & intra metas, vllo vel loco vel tempore ſui deeſſent cuſtodes atque cenſores. Quos ergo domeſticæ diſciplinæ ἐπιμελητὰς & cuſtodes conſtituerat, eos *œconomos*, quos morum cenſores & quaſi harmoſtas inter ὁμογραμμάτους deſignarat, hos *Ephoros* & *Inſpectores*, quibus id negotij dederat, vt in conuentibus publicis, qui lectionum, ſacrorum, aut diſputationum cauſa fiebant, obſeruarent, tribules ſuos, hos *quæſtores* nominabat.

Oeconomorum munus erat, curare & præſtare, vt domeſtica quiſque officia recte faceret. Hi cum mane ſurgendum eſſet, tintinnabuli pulſu excitabant cæteros, paulo poſt oſtiatim circumeuntes, nondum progreſſos excutiebant: cæteros impellebant, vt rite induti ablutique properarent communes ad preces, quas præcipua cura ac ſeueritate flagitabat & vrgebat. Ijdem & ad lectiones conuocabant agmen ſcholaſticum dato ſigno, & à prandio, vbi præterijſſet tempus, quod laxationibus animi honeſtis conceſſum erat, conclauia perluſtrabant ſingula: num purgata illa eſſent, vt decebat; num lecti ſtrati eſſent, veſtimenta exterſa, ſupellex munda & compoſita; num ad locum & ad operas quiſq; ſuas redijſſet. Prouidebant etiam ac præſtabant: ne qui tumultuarentur, aut compotarent, aut fabulationibus intempeſtiuis, vel muſicæ exercitijs alieno tempore turbarent ſtudia vicinorum. Somni tempore appetente, poſtquam preces recitatæ eſſent, ſcholæ foribus concluſis atq; obſeratis, eodem ſigno ad lectum quenquam ſuum reuocabant. Cumque de ſingulis inquiſiuiſſent: oſtiatim ſilentium imperabant. Nec citius ipſi ſe quieti dabant, quam conſtituiſſe omnia vbique animaduertiſſent. Horum cum plures eſſent, in pluribus ac diuerſis contubernijs; cæteri ad vnum, qui præcipuus erat, referebant, de ſuæ fidei commiſſis, quid fieret. Hic renunciabat præceptori, qui nonnunquam œconomis aderat, nonnunquam multo poſt aut in vniuerſos ipſe inquirebat, aut de ijs ſciſcitabatur ſolis, quos de nocturnis cuagationibus ac diſcurſationibus ſuſpectos habebat. *Oeconomorum munus.*

Ephoris ſubiecti erant Diſcophori. Hi menſæ miniſtrabant, idque ordine ſinguli hebdomatim faciebant. *Ephori* magiſtri erant illius partis diſciplinæ ſcholaſticæ, quæ exigit munditiē, elegantiam & modeſtiam in menſa, ac leges, quæ de his præcipie- *Diſcophori. Ephororum officium.*

Descriptio illius schola.

Cœtum vniuersum, qui numerosus erat, sed ingenijs dissimilis, distinxerat, veteri Attico & Romano more, in classes sex; classes in tribus certas. Classibus singulis pro captu ingeniorum, sua destinarat studia, quæ assiduo repetebat & vrgebat, citra defatigationem eadem per eadem declarando. Superiores classes ipse docebat, primis aliquot annis solus, sequentibus, cum ætas & operæ creuissent, auxilio collegarum, quos adsciuerat. Inferiores erudiebat per discipulos, natu grandiores, quos exercere ingenia ac profectus suos hac occasione volebat, in ijs, quæ ætati puerili conueniunt. Prouectiores exercebat in fundamentis doctrinæ sacræ. Hæc enim præcipua cura ac diligentia inculcabat in vsu linguæ vtriusque Latinæ & Græcæ, & ijs artibus, quæ formandæ orationis & regendæ ratiocinationis causa traduntur. Quare & *Dialecticen* nunquam intermittebat: & *Virgilii* poemata, ac *Ciceronis familiares epistolas* in manibus scholasticorum perpetuo esse volebat; & præter has ex interuallis, *Ciceronis officia, & orationes* eiusdem, nonnunquam & *Liuianas* enarrabat; vt ad Rhetorica etiam exercitia paulatim traduceretur iuuentus. Ad Græca elementa *Isocratis* scripta addebat, & Paulinas epistolas. Et quanquam singulis diebus horam vnam repetitioni publicæ tribueret: tamen vt acueret attentionem & diligentiam in auditoribus, semper prælectionibus miscebat examina, quæstionibus motis aut argumentis; quæ fere ex Ethica, aut sacra doctrina sumebat; aut propositis sententijs, vel aliquo loco communi; quo fiebat, vt simul & dialecticarum præceptionum vsum conspicerent adolescentes; & res ipsas nosse atque intelligere consuescerent. Argumentorum & quæstionum explicationes vel ipse instituebat, vel exigebat ab aliquo ex auditoribus: quos, cum requireret, declarationes vberiores & ex fontibus petitas, præmonebat ante publicæ prælectionis tempus. Ita etiam in singulas septimanas bina styli exercitia instituerat, *alterum* in oratione soluta, *alterum* in carmine. His *tertium* argumentandi addiderat, cui aderat & præerat, Thematibus in disputationem propositis. Materiam scriptis suppeditabat alias sacram, alias Philosophicam: sed ociosam & ieiunam nunquam. Scripta quidem publice exigebat à singulis, atque inspiciebat, vt diligẽtiam exploraret suorum, sed raro perlegebat, quod tempus non suppeteret. Quæ vero formandi styli causa monenda erant; ea seorsim, accersitis ad se singulis, vbi commodum erat, exponebat priuatim accurate, & de ijsdem sæpe publice monebat.

Quos autores docuerit.

Modus docendi.

Exercitia styli.

Sed præter hanc scribendi disputandique, & præter quotidianam Latine loquendi consuetudinem, occasiones ijsdem exercitijs præbebant plures aliæ constitutiones, disciplinæ

causa

fuiſſet & acriter reſtitiſſet pene ſolus Trocedorffius aliquandiu; & tandem in ſecretioribus colloquijs principem pertinaciter diu reluctantem, euidentia teſtimoniorum ſacrorum, nonnihil flexiſſet; obtinuit, vt ab eo contra fanaticos accerſerentur, tanquam ad Academiam, quam conditurus eſſet, viri docti ex Wittembergenſi Academia: inter quos fuerunt *Bernhardus Zgler*, quem excelluiſſe peritia linguæ Hebrææ annales teſtantur, *Cordatus*, & nonnulli alij, circiter annum à nato Chriſto viceſimum ſeptimum. Hi cum non autores ſolum fanatici dogmatis, ſed & patronos horum experirentur opiniones ſemel conceptas mordicus retinere, & emendationem futuram eſſe difficilem: etſi pertulerunt aliquandiu aduerſantium oppugnationes, nonnullos etiam ex his ſummouerunt, aliquos in ſententiam traduxerunt ſaniorem: tandem tamen ceſſerunt acerbitati & importunitati cæterorum, quos intelligebant tolli difficulter poſſe. Solus Trocedorffius in ſtatione perſtitit, & ictus telaque ſuſtinuit eorum eo vſque; donec, deuicto & expugnato principis animo, perfecit: vt pernicioſum dogma radicitus extirparetur autoribus dimiſſis.

Ei reſiſtit Trocedorff.

Colloquium cũ Schwenckfeldianis.

Præcipuam in hoc negotio aiebat fuiſſe authoritatem Lutheri, quanquam multos princeps conſuluiſſet, præſertim poſtquam impetraſſet: vt Stenckfeldius Wittembergam ad colloquium cum Luthero mitteretur.

Redijt & ipſe in Academiam Wittembergenſem anno proximo ante conuentum Auguſtanum; & hoc peracto, Goldbergenſibus, autore & impulſore *Helmerico*, quem ſupra nominaui, ſollicite ac pene ſuppliciter eum ad inſtaurationem ſcholæ ſuæ inuitantibus, obſecutus propter amicum veterem, recepit ſe ex Academia Goldbergam anno triceſimo primo, & ſcholæ gubernationem denuo, ſed proſperiore, quam antea, fato ac ſucceſſu adijt. Quod enim fama nominis ipſius Sileſiã compleuiſſet totam multo ante: cito magna ſcholaſticorum multitudo ex omnibus locis eo confluxit. Celebrantur à grauitate ac ſeueritate diſciplinæ ſcholæ veteres Rhodia & Maſſilienſis: ſed ſi nata ex Eccleſia, & ad æternitatem ſpectantia ſcholarum ornamenta, ſi diſciplinæ neruos pluris facimus, quam euanidam ſapientiam Ethnicorum; longe hanc illis antecelluiſſe fatebimur. Erat enim prorſus ſimilis optime conſtitutæ politiæ, & legibus, doctrina, atque alijs honeſtis exercitijs præclariſſime ſancitæ ad hunc finem; vt adoleſcentia à teneris imbuta ſanctis de Deo ſententijs, flecteretur ad timorem & inuocationem Dei; vt diſceret elementa literarum atque artium neceſſariarum Eccleſiæ & communi hominum ſocietati; vt arctiori diſciplina, velut cicurata, manſueſceret ad communia honeſta officia publica ac priuata.

Redit VVittembergam Trocedorff.

Inde Goldbergam. Fama Trocedorffii.

Schola Rhodia & Maſſilienſis.

Ratio ſcholæ Trocedorfianæ.

Cœtum

quæ cogerentur sæpe adolescentes dediscere labore aliquanto difficiliore, quam addidicissent. Nec φιλαυτίαν probabat illorum, qui in scholas suas non admittebant quicquam; nisi quod ipsi vel genuissent, vel suo iudicio hinc inde decerptum corrasissent.

Docet priuatim.

Posterioribus annis in Academia priuatim docendo sese sustentauit commode & liberaliter, idque tum factu non fuit difficile.

Tanto enim flagrauit discendi studio illa ætas; vt cum magna esset raritas recte eruditorum, si qui reperirentur, qui melioris doctrinæ instaurationem ac propagationem adiuuarēt, ij multa mercede conducerentur & cumularentur præmijs. Enarrauit autem præter Ciceronis scripta, quibus multum operæ & curæ impendit, Paulinas epistolas Græcas, non tam linguæ quam doctrinæ causa: cuius fundamenta his Magistris & instauratoribus, quos Deus excitarat, cupiebat integre cognoscere. Neque ab illo tempore deinceps vnquam studium doctrinæ sacræ de manibus deposuit. Nam abductus ex Academia, autoritate & consilio viri optimi & integerrimi *Georgii Helmerici* cuius excellens fuit doctrina & prudentia ad restitutionem scholæ Goldbergensis, quæ collapsa erat post discessum *Hieronymi VVildebergii*, viri clarissimi, qui postea in Borussia mortuus est, annis plenus. Centesimum enim attigisse putatur. Eo ergo abductus, cum non subito schola augeretur, rebus mutatione doctrinæ ac rituum turbatis & fluctuantibus, & collega a pulueribus scholasticis ad Rempublicam accessisset; ipse omne tempus tribuit disputationi, commentationi, collationi sententiarum cum amicis de suscepta religionis emendatione. Inciderat tum forte certamen Doctori *Iohanni Hesso* Theologo in vrbe Vratislauia cum monachis ac sacerdotibus eius loci, quorum princeps erat quidam Doctor Sporus; id ad disputationem deuenerat. Hessus congressurus cum aduersarijs, ne solus rem tantam audere videretur fiducia quadam vel ingenij vel doctrinæ; præ multis alijs Trocedorffium sibi adiunxit, tanquam paratiorem cæteris ad conflictum, & à subsidijs necessarijs instructiorem. Cumque libros Biblicos amicis distribuisset, qui ad citata attenderent, iudicio Trocedorffij tantum tribuit; vt ab eo solo textus, qui proferrentur in fontibus Græcis & Hebraicis, inspici ac considerari voluerit. Eodem tempore innouatæ religionis occasione Stenckfeldius & nonnulli alij sparserant in vrbe Lignicensi semina fanatici ac pestilentis delirij; quod deinceps, actis paulatim radicibus, non Silesiam solum; sed multas alias Germaniæ ac præcipue nonnullas Sueuiæ partes infecit. Tum vero & principis in illa vrbe animum occuparat. Huic delirio cum primus sese opposuisset

Goldbergam vocatur.

Hieron. VVildebergius.

Hessi certamen cum monachis.

Is disputaturus Trocedorffium sibi adiungit.

Schwenckfeldii delirium.

diose amplius biennio; & exemplo ac velut manuductione illorum scriptores in vtraque lingua probatissimos legere, & imitari cum sermonis tum historiarum causa cœpit. Ibidem eo tempore primum suscepit Philosophiæ gradum Inde vocatus Gorlicium ad docendum in schola, etsi initio erat loco inferiore: paulatim tamen propter liberalis ac politæ eruditionis opinionem ita creuit: vt non pigeret Rectorem scholæ & collegas illo magistro vti, in discendis elementis Græcæ linguæ, & Latinis scriptoribus cognoscendis Quare tunc, & collegas, & scholasticos pariter docuit. Collegis libros *Ciceronis de officiis* enarrauit; & *Plutarchi* libellum *de puerorum educatione*. Adiuuit & multos alios bonos viros, in scholarum per Silesiam emendatione & constitutione, opera atque consilio suo, qui capti pulchritudine ac dulcedine reflorescentium literarum, fastidiebant barbaricas sordes, in quibus consenuerant, & hunc iuuenem certatim colebant atque inuitabant ad sese. Sed haud ita multo post, cum *Lutherus* editis propositionibus oppugnaret indulgentias, quas venales circumtulit Tecelius: excitus viri fama, Witebergam illius visendi causa profectus est. Incidit tunc forte fortuna in Iudæum quendam, Christianis sacris baptismo initiatum, *Hadrianum* nomine, patria Hispanum. Huic cum non abundaret pecunia, operam suam addixit ad ministeria domestica, quo posset sine sumptu suo audire tradentem elementa linguæ sacræ, in qua celeriter tantum profecit; vt mox cum multorum admiratione intelligeret & recitaret Psalmos sine interprete sua lingua; & eosdem explicaret alijs. Commoratus in Academia ad annum quintum vsque, auditorem assiduum & sedulum præbuit Luthero & Philippo. Sed delectatus ingenio ac studijs Philippi, & eiusdem in docendo perspicuitate, facilitate, & rerum copia, ad hunc imitandum totum sese composuit.

Gorlicium vocatur.

Ibi docet collegas cum discipulis.

VVittembergam proficiscitur.

Ibi discit linguam Hebraicam.

Philippum imitatur.

Tanta cura autem & tam religiose vestigia eius consectabatur; vt non sententias tantum ab illo traditas: sed & verba retinere studeret, atque vsurpare in docendo ad extremam senectam vsque: δίκην νηπίου παιδὸς φυλάττων τὴν περιβολὴν, ἣν ἡ πρώτη αὐτῷ συνήθεια, ὥσπερ τίτθη περιέθηκε, quæ verba sæpe in ore habebat; imo piaculum se commissurum putabat, si à præscripta norma vel latum vnguem discederet. Neque obscure præ se ferebat, eum se fructum capere ex suis laboribus præcipuum, si quos in officina sua excoluisset, probaret Philippo; & ἀκριατὰς huic idoneos præstaret. Nam in ea erat sententia, scholas priuatas debere & vestigia sequi publicarum; & ingenia tenera præparare atque assuefacere ad elementa publicæ doctrinæ in Academijs, præsertim si certa & ætati puerili accommodata doctrinæ forma extaret, nõ ad sua inuenta,

Scholarum triuialium officium.

seu pertæsus vitæ Scholasticæ, seu reuocatus à patre, cui res familiaris magis, quam filij indoles, curæ erat. Sed aduersabatur vtrique mater, quæ vsitata illorũ temporum persuasione tum demum se fore beatam putabat, si vel sacerdotem vel monachum, genuisset. Cum ergo optimam de filio spem, ex monachorum iudicio, concepisset: abduci eum à literis nolebat; & ne maritum offenderet, si filium in vrbem remissum, ab operis rusticis prorsum arceret, cum rei familiaris detrimento; à pastore & custode pagi impetrat: v hic lectionem & pronũciationem pueri succisiuis horis exerceat; ille literas eum formare ac pingere doceat. Ad hunc vsum tum interiorem betulæ corticem, chartas, anserum calamos, fulginem infumibuli atramentum suppeditasse sæpe ipse commemorauit.

Mater studiis addicit.

His exercitijs postquam biennium consumsit apud parentes; quod iam aucto cum ætate iudicio, literarum vtilitatem consideraret atque intelligeret melius, matre etiam assidue instigante; repudiauit vitam rusticam, & vrbe repetita totum sese studijs dedidit. Mater abeuntem prosecuta & dimissum à se multis lacrymis obtestata fuerat, ne vitam scholasticam desereret. Has * voces sæpe affirmabat, se tunc ominis loco accepisse, & de secuturæ vitæ cursu, qui scholasticus futurus esset, interpretatum esse. Quare si quando deinceps ad functiones alias splendidiores vocabatur, vt ecclesiasticas, recusabat eas; quod se voto matris scholis dedicatum esse meminisset: ab his sibi per mandata eiusdem, salua pietate, discedere non licere. Reuersus itaque ad studia, tanta cum intentione animi, & assiduitate in illa incubuit, vt paucorum annorum spatio ætate superiores omnes, longo interuallo anteuerterit, & spem de sese summam concitarit. Præceptorem habuit quendam *Alexandrum Cuspinianum*, qui postea puriorem Euangelij doctrinam amplexus, fuit vnus inter præcipuos, qui Ecclesias Silesiæ à sordibus pontificiis repurgarunt. Parentes amisit annos natus viginti tres, id est, anno à nato Christo saluatore tertio decimo; quo diuendita hæreditate vniuersa, Lipsiam se contulit; vbi quod propter iudicij maturitatem ac rectitudinem posset per se constituere, quæ sibi studia maxime conuenirent, & odisset barbariem sermonis monastici, qui tunc in scholis dominabatur: sed absq; cognitione linguæ Græcæ, perfici nil posse in eruditione doctrinæ cerneret, vt coniungeret ergo linguã vtramq; delegit præ cæteris, Magistros, *Petrum Mosellanum*, & *Riccardum Crocum Anglum*, quorum alter Mosellanus, in Latina lingua puriore, alter Riccardus in Græca excellere iudicabatur; & quidem Riccardus Græcæ linguæ studium in illas terras recens adduxerat. Vtrumque & audiuit diligenter & colui-

* *Redit ad Scholam.*

Voces hæ fuerunt
Lieber Sohn bleib bey der Schule.

Alexander Cuspinianus præceptor Trocedorffii.

Lipsiam petit Trocedorff.

Præceptores in linguarũ studio, P. Mosellanus.

Riccard. Crocus.

dios

EPITAPHIVM A BASIL. Herold. scrip.

OLYMPIÆ FVLVIÆ MORATÆ
FORMA QVONDAM MVLIERI
INGENIO HOMINE MAIORI,
ANIMO, QVO SOLO CHRISTVM
CAPERET, SPERNERET MVNDVM
TOTVM BASIL. IOAN. HEROLD.

CIVI COELESTI. P.

Vixit annos XXIX.
Vicit M. D. LV. mense Octobri.

Triumphat aeternum.

Ex opusculis & Epistolis Olympiæ collecta.

VALENTINVS FRIDLANDVS TROCEDORFFIVS.

O. 1556. die 26. April. etat. 67.

NAscitur *Valentinus Fridlandus Trocedorffius* anno millesimo, quadringentesimo, nonagesimo, patre agricola, viro honesto, *Bernhardo Fridlando*, in pago, a quo cognomentum traxit: cum aliud sit nomen familiæ paternæ. Distat pagus ille vno milliari a Gotlicio, superioris Lusatiæ oppido. *Natalis patria, nomen.*

Pater, cum natura esset religiosus, superstitionibus eius ætatis apprime deditus, frequens Monachis illius loci adesse, quæque illi mendicando collegissent, adseruare domi suæ, & cum in vrbem ventitaret, secum aduehere erat solitus. Quæ occasio fuit, vt accedentem ad Monachos patrem crebro filius comitaretur, in quo illi seu specie considerata, seu obseruatis argumentis atque indiciis alijs: quod & curiosius inquisiuissent multa, & librorum tractatione delectari visus esset: his ergo notis, vbi in eo deprehendissent indolem discendi auidam & doctrinarum capacem, hortati fuerunt parentes, vt filium Scholæ adhiberent, & erudiri literis curarent *Qua occasione scholæ adhibitus.*

Secuti consilium parentes, Rectori scholæ in vrbe eum commendant. Sed cum vix literas nosse, & iungere didicisset, reiecta schola, redijt domum ad operas rusticas, *Auocatur à schola.*

Olympiæ pius obitus.

deceſſit. Quomodo autem vitam finierit, maritus ad *Cælium Secundum Curionem* perſcribit, quẽ audiamus. *Deceſſit* (inquit) *illa quidem magna cum auiditate, atque vt ita dicam, quaſi alacritate quadam moriendi: cum perſuaſum haberet: ſe ex diuturnis cruciatibus, ex miſerrimaq; hac vita ad perpetuam felicitatem hinc euocari. Iam ferme moriens, cum è ſomno paulo ante exporrecta eſſet, viſa eſt mihi neſcio qua dulcedine lata clanculum ſubridere. Acceſſi propius,*

Olympiæ in agone ſomnium.

& quidnam tam ſuauiter rideret, interrogaui. Videbam, inquit illa modo inquiete locum quendam pulcerrima clariſſimaque luce refertum: cumque plura præ imbecillitate proloqui non poſſet: Age inquam ego, bono eſto animo mea vxor: in illa pulcerrima luce tu habitabis. Subridens iterum annuit capite: & paulo poſt: tota, inquit, ſum læta: nec plura deinceps locuta eſt; niſi cum iam oculorum acies hebeſceret: vos quidem, inquit, vix amplius agnoſco: omnia autem cætera mihi videntur plena eſſe pulcerrimis floribus. Et hæc quidem fuit poſtrema illius oratio. Non multo enim poſt quaſi dulci quodam ſomno oppreſſa, efflauit animam: cum iam per dies aliquot, magna adſeueratione ſæpius affirmaſſet: ſe nihil aliud cupere: quã diſſolui & eſſe cum Chriſto: cuius in ſe maxima beneficia, quoties per vim morbi licebat, nunquam ceſſabat prædicare: quod eam verbi ſui cognitione illuſtraſſet: quod animum eius ab omnibus mundi huius voluptatibus alienaſſet: quod deſiderium illud vitæ æternæ in ipſa accendiſſet: nec ſe dubitabat in omni ſermone appellare filiam Dei.

Deſiderium moriendi in Olympia.

Nihil autem potuit minus fere, quam ſi quis conſolandi eius gratia diceret fore, vt ex morbo conualeſceret. Dicebat enim Deum breue quoddam vitæ curriculum circumſcripſiſſe ſibi: ſed valde laboriosum & plenum ærumnis. Itaque non cupere ſe iam à calce ad carceres reuerti. Interrogata fuit eodem tempore à quodam viro bono: an eſſet in animo eius ſcrupulus aliquis, qui eam male haberet? At

» *illa, totis, inquit, ante hac ſeptem annis nunquam ceſſauit diabolus*
» *omnibus modis conari: vt me de fide vera detruderet; nunc vero ac*
» *ſi omnia ſua tela amiſiſſet, nuſquam appareret. Nec ego in animo meo quicquam aliud ſentio: quam ſummam tranquillitatem & pacem Chriſti. Sed longum eſſet, ſi vellem enumerare quæcunque illa magna cum admiratione noſtra, qui illam audiuimus, ſanctè, pie, conſtanter, fortiſſimoque animo dixit. Mortua eſt VII. Calendas Nouembris, hora quarta pomeridiana, cum nondum eſſet annos XXIX. Vixit illa quidem mecum non totum quinquennium; cæterum neque animum magis ſincerum & candidum, neque mores probiores ſanctioreſq; vidi vnquam.*

Ætas Olympiæ.

Hæc maritus: qui & paulo poſt vxorem chariſſimam eſt ſubſecutus. Sepulta Heidelbergæ ad D. Petri cum marito & Æmilio fratre.

Epita-

eum abduci ab oculis videret, lacrymis & gemitibus ἀλαλητοις Deum comprecata fuit: qui & ſtatim illum liberum ad vxorem remiſit. Cæterum digreſſi iam vrbe, quo ſe conferre poſſent, ignorabant: tandem *Hammelburgum* verſus iter habere cœperunt: quo ipſa Olympia vix perreptauit. Abeſt enim oppidulum tria milliaria Germanica à Suinfordio. Ciues illius oppidi inuiti exules iſtos receperunt: cum eſſet eis interdictum, ne quenquam Suinfortenſium hoſpitio acciperent. Olympia, quæ inter pauperculas videbatur omnium mendicarum regina, nudis pedibus, capillis paſſis, veſte conſciſſa, & ab alia muliere mutuo data, in oppidum illud introijt: & ex defatigatione in febrim incidit: quam deinceps in tota peregrinatione habuit. Nam cum Hammelburgenſes ſibi metuerent; non integrum fuit exulibus illis diu ibi commorari: ſed intra *quatriduum* illinc, Olympiæ quamuis ægrotæ cũ marito diſcedendum fuit.

Olympia Hammelburgum cum marito profugit.

Inde ægrota expellitur.

Ibi vero denuo, dum per quoddam oppidulum Epiſcopi iter facere coguntur, capitur maritus ab Epiſcopi præfecto: qui ſibi à domino ſuo mandatum eſſe aiebat, vt interficeret omnes qui Suinfordio illuc profugi veniſſent. Igitur captiui inter ſpem metumque ibi detinebantur: donec literis ſcriptis ad Epiſcopum dimiſſi fuerunt. Aliarum rerum terrenarum omnium iacturam facile tulit Olympia; cariſſimi coniugis ferre nullo modo poterat. Sed DEVS eius gemitus audiuit; neque ſolum tunc, verum etiam poſtea. Eo namque duce ad nobiliſſimum *Comitem Rineccenſem* primum; deinde ad illuſtres comites *Erbacenſes* deuenerunt, qui propter Chriſtianam religionem ſæpè fortunarum, & capitis periculum neglexerunt. Ab his prolixe accepti; veſtibus etiam & alijs rebus neceſſarijs donati fuerunt. Alterius comitis vxor, clariſſimi inter Germanos ducis filia, qui *Palatini* appellantur, tanta charitate pietateque miſere affectam Olympiam accepit: vt ipſamet decumbenti ſuis manibus miniſtrarit: quin & *pallam egregiam* donarit, plus quam mille ſeſtertiũm numũm æſtimatam. Alius eiuſdem nobilitatis vir, antea ipſis ne nomine quidem notus, dum in via eſſent, argenti numerum non contemnendum ſubſidio miſit. Horum benignitate in illis difficultatibus ſubleuati, *Heidelbergam* venerunt *Andreas Gründlerus* medicus & *Olympia* vxor: vbi maritus ab illuſtriſſimo principe *Palatino*, Imperij Septemuiro ad medicinam publice docendam accitus eſt. Factum id anno 1554.

Maritus Olympiæ iterũ capitur.

Dimittitur.

Comites Rinecc. & Erbacenſ. exules recipiunt & iuuant.

Olympia cũ marito Heidelbergam venit.

Heidelbergæ diu firma non fuit. Inuaſit enim eam febris vehemens & aſſidua: dolores per totum corpus, qui ſomno eam priuarunt: vnde corpus omnino & vires fuerunt amiſſæ: catarrho, qui dies & noctes ſuffocare eã conabatur, breui poſt

Morbus Olympiæ.

versata fuit. Sed Deus ita eos texit ciuesq; vt nullus à tormentis, quæ dies noctesque maximo cum impetu iactata fuerunt, interfectus fuerit: contagione tamen militum, quibus vrbs referta, morbus grauis pene omnes ciues inuasit, vt etiam mentis dolore fere dimidia pars ciuium mortua sit. Affectus fuit etiam tali morbo Olympiæ amantissimus maritus: & ita grauiter ac periculose ægrotauit: vt illius spes vitæ nulla ostenderetur.

Maritus Olympiæ grauiter ægrotat.

Verum Deus, qui solet ad inferos deducere, maximis & continuis Ecclesiæ precibus ac ipsius vxoris, illum reduxit. In omnibus vero malis istis scribit ipsa se vnico solatio vsos fuisse *Verbo DEI* quo se sustentarint: & propter quod nunquam ad ollas Ægypticas respexerit: sed mortem oppetere ibi maluerit, quam alibi omnibus mundi voluptatibus frui. Scribit eadem ad *Annam Estensem* principem *Guisianam* hæc, pietatem veram spirantia: *Vt primum DEI singulari bonitate ab illa idololatria Italiæ discessi, meq; cum marito medico in Germaniam contuli; incredibile est, quam Deus mutauerit animum meum: vtpote quæ prius longissime à diuinis literis abhorruerim, iam illis solis me oblectem: & omne meum studium, operam, curam, mentem denique omnem in eo locem: vt quantum fieri possit, hæc omnia contemnam, diuitias, honores, voluptates, quæ quondam adeo mirari solebam.*

Olympiæ eiusq; mariti summum solatium Verbū DEI.

Olympiæ ad Annam Estensem epist.

Sed redeundum est, vnde deflexímus. Tandem cum post mensem obsidionis *decimum quartum*, belli illius felicem exitum expectarent abitu Marchionis: qui suum exercitum nocte alio abducturus erat, in maximam inciderunt miseriam.

Nam vix dum vrbe egressus erat ille cum suo exercitu, cum postridie Episcoporum & Noribergensium milites in vrbem inuaserunt, ac eam compilatam incenderunt.

Suinfurtum incenditur.

Deus vero ipsam cum marito è mediis flammis eripuit. Nã cum in tanta trepidatione & Panico pauore maritus & ipsa Olympia iam iam in templum, tanquam in asylum, recipere se cogitarent: miles quidam ipsis ignotus, accurrit: monetque illico extra vrbem profugiant: alioqui futurum, vt ijsdem cineribus cum incensa vrbe sepeliantur. Et quidem si in templo fuissent; vel fumus eos, vt alios qui eò confugerant, exstinxisset.

Olympia cũ marito in ea direptione seruatur.

Parent igitur monenti, quisquis ille fuit: exeunt spoliati & nudati omnibus: ita vt ne obolum quidem licuerit efferre: imo in medio foro vestimenta ipsis detracta fuerunt: neque Olympiæ quicquam, præter subuculam, qua corpus tegeret, relictum fuit.

Olympia cũ marito oppido expellitur.

Cum ex vrbe essent egressi, capitur ab hostibus maritus Olympiæ; neque eum vel minimo redimere poterat: & cum

Maritus Olympiæ capitur.

eum

hanc Olympiam haberet ingenio ſummo præditam; omnibus literis, quibus ad humanitatem homines informari ſolent, domi erudiuit: quæ breui tantum profecit, vt admirationi Italis hominibus eſſet. Itaque cum *Anna Herculis Eſtenſis*, Ferrarienſium principis filia ijſdem literis à Ioanne Sinapio, viro ſummo, inſtitueretur: vt haberet, qui cum honeſta æmulatione certaret, viſum matri eſt, vt Olympia in aulam, in qua aliquot annos cum laude poſtea fuit, aduocaretur. Ibi Itali audiuerunt eam ita *Latine* declamantem, *Græce* loquentem, Ciceronis paradoxa explicantem, ad quæſtiones reſpondentem: vt cum veterum puellarum quauis, quæ quidem ingenij laude excelluerit, conferri poſſe videretur. Dum ita pergit, incidit in lethalem morbum *Faluius* pater, cui vt miniſtraret relicta aula domum ſe contulit. Mortuo patre, quod eſſet natu maxima & matrem admodum valetudinariam haberet, rem familiarem adminiſtrare cœpit, & fratres ſororesque honeſte educare.

Olympia in aula ducis Ferrarienſis filiæ condiſcipula.

Olympiæ eruditio.

Olymp. in parentes pietas.

Erat eo tempore Ferrariæ *Andreas Gründlerus* Germanus iuuenis Græcæ & Latinæ linguæ bene doctus, qui medicos audiebat: à quibus etiam lauream medicam conſecutus eſt. Is Olympiæ eruditionem ſingularem, moresque caſtiſſimos admiratus, eam (quæ viciſſim nihil in homine præter ingenij dotes admiraretur) vxorem delegit, ſibique pulcro connubio copulauit.

Andreas Gründlerus Olympiam vxorẽ ducit.

Ab hoc, quia abijs deſerta, à quibus minime debebat, & poſt patris obitum, in odium incurrerat aulæ, in Germaniam ducta, *Suinfurti*, in patria mariti, aliquandiu commorata, libros Theologicos, quibus carendum ipſi in Italia fuiſſet, diligenter & aſſidue legit: totamque ſe ad ſtudia diuina retulit. Sorores tres nubiles Ferrariæ apud matrem reliquit: fratrem autem *Æmilium*, annos octo natum, ſecum in Germaniam & patriam mariti abduxit: quem literis Græcis & Latinis, quantum in ipſa fuit, erudiuit.

A marito in Germaniam ducta lectis Theologicis veritatem agnoſcit.

Hic frater cum *Wirceburgi* aliquando apud Sinapium eſſet cum ſorore, de feneſtra excelſo loco in terram ſuper horrida ſaxa decidit: & cum extinctum eum omnes, aut certe epilepſia correptum iri putarent: nihilo plus accidit illi mali, quam ſi humi cecidiſſet: vt experiundo ſcirent; *Deum Angelis mandaſſe, vt tollant manibus filios ſuos: ne, cum cadunt, offendant ad lapidem.* Cumque patria eius mariti ab exercitu ducũ Epiſcoporum *Wirceburgici & Bambergici* & à copijs ducis Electoris *Mauritii* duciſq; *Brunſuicenſis & Noribergenſiũ* præterea, * obſideretur propter Marchionis *Brandeburgenſi* exercitũ, quẽ ille in ea vrbe collocarat, in ſummo ipſorũ ſalus diſcrimine

Frater Olympiæ in periculoſo lapſu ſeruatur.

Suinfurtum obſidetur.

* *An.* 1557.

Epitaphiũ.

CHRISTO SACRVM.

Qui locus insigni vidit cum laude docentem
Xystum Betulium: nunc tegit ossa viri.
Ingenium, mores, doctrinam, scripta per orbem
Cognita testantur: Spiritus astra tenet.
Ille quidem luctum patriæ doctiq; bonique
Liquit: at haud similem liquit in orbe sui.

VIXIT ANNOS LIV. MENSES III. DIES XXVI. GYMNASIO AVGVSTANO PRÆFVIT ANNOS XVI. OBIIT AVTEM XIII. CALEND. IVLII. ANNO M. D. LIV. IOANNES BAPTISTA ET PAVLVS HEINTZELII, FRATRES GERMANI, PRÆCEPTORI BENE MERITO F. C.

Mores Betuleii.

Celebrauit etiam mortuum *Guilielmus Xylander* nænia, quæ exstat, vbi inter alia sic de ipso:

Non illum tumido qui quam se extollere fastu,
Aut alios vulgi vidit contemnere more,
Quanquam, quo reliquus sese præferret, habebat:
Humanus sed enim, comis, neq; cognitus vlli
Difficilis, neq; qui magnos sibi vellet honores
Deferri, placida vitam ratione regebat,
Atq; domum, & thalami cum coniuge pignora chara.
Interea studiis sese oblectabat honestis,
Atq; exhaustorum mulcebat fruge laborum.
Otia; non pigrõ sunt qualia inertia vulgo
Plena voluptatum, solaq; libidine ducta:
Ingenuo sed quæ pensantur sedula fructu.

Guilielmus Xylander in præfat. versionis Antigoni, Pantaleon l. 3. prosopograph. Crus. annal. l. II. part. 3.

---

* *Propter exemplum singulare, & maritũ, qui Germanus, huc additum O. 1555. d. 26. Octobr. ætat. 29.*

OLYMPIA FVLVIA MORATA. *

Pater Olympiæ.

NAta est *Olympia* anno Christi *1526. Ferrariæ*, vrbe Italiæ celeberrima. Patrem habuit *Fuluium Moratum Mantuanum*, virum doctrina & probitate præstantem. Is in clarissimis Italiæ ciuitatibus publico docendi munere functus est, & *Alfonsi* Ferrariensium Ducis filios, *Herculis* fratres duos,

Educatio.

literis ac bonis artibus instituit ac perpoliuit. Cum autem hanc

Deinde à magiſtratu Baſilienſi vrbis minoris lûdo literario eſt præfectus: pauloque pòſt in numerum etiam illius academiæ Profeſſorum cooptatus. Qua in vtraque functione ita ſe geſſit: vt & in eruditione & induſtria eius laborumque aſſiduitate deſideratum fuerit nihil. Cum autem natura ad poëſin ferretur; ſcripſit ſub idem tempus *Comœdias de Suſanna, de Iuditha, Ioſepho*; easque publice exhibuit. Iſtiuſmodi docendi genere cum inclareſceret: ab Auguſtana Republ. reuocatur, ac ſtipendio liberali ad docendi munus in ſchola patriâ adhibetur.

Ludo præficitur Baſileæ.
Profeſſoribus adiungitur.
Scribit & exhibet Comœdias.
Auguſtam vocatur ac ſchola præficitur.

Ei ipſe Gymnaſio præfuit non ſine laude & diſcentium fructu per annos * ſedecim: & rem literariam voce & ſcriptis editis non mediocriter iuuit. Ex eius ſchola enim prodierunt complures pereruditi viri, tum & *Wolfgangus Muſculus, & Guilielmus Xylander*: quod ipſe nænia in obitum ſui præceptoris teſtatur:

* *Collega eius fuit Andreas Ditherus.*
W. Muſculus & Xylander diſcipuli Betuleij.

Tu me ſuſceptum primus puerilibus annis
Informas pietate, decoris moribus ornas:
Prima doces q; elementa rudem, tu prima futuris
Fundamenta locas ſtudiis, tu primus honeſtis
Artibus imbutum, Latium linguâq; Pelaſgâ
Pulcrum idioma doces; tu primus deinde ſacratas
Bellerophontæi deducis fontis ad vndas:
Tu Macenates, qui noſtra incepta fouerent,
Conciliaſ, tutumque iter ad ſublimia monſtras.

Scripſit, præter *comœdias & dramata, ſymphoniam in Nouũ Teſtamentum Græum: annotationes & collationes in carmina Sibyllina*, & in *Lactantium*. Item *commentarios* eruditos, *in libros Ciceronis de officiis, de amicitia, & ſenectute, in Paradoxa, & de natura deorum*, & alia.

Scripta Betuleii.

In docendi munere cum feliciter & diu vixiſſet, & iam ad ſenium vergenti res cum morbis variis eſſet: Senatus Auguſtanus eum, vt Xylander in nænia,

Senex rude donatur.

——— rude donauit, veterani militis inſtar,
Sat bene promeritum de ſe teſtatus.

Fatis conceſſit in patria, vir piiſſimus, & in vtraque lingua doctiſſimus, anno milleſimo quingenteſimo quinquageſimo quarto, die decimo nono Iunij ætatis *quinquageſimo quarto*, menſe tertio, die viceſimo ſexto: à *Ioanne Baptiſta, & Paulo Hainzeliis* Auguſtanis fratribus, vicem bene merito de ſe præceptori rependentibus, honorifice ibidem ſepultus cum tali epitaphio:

Obitus eius.
I. Baptiſta & Paulus Hainzelii, grati diſcipuli.

Veni ſancte Spiritus
Et emitte cœlitus
Lucis tuæ radium.
Conſolator optime,
Dulcis hoſpes animæ,
Dulce refrigerium:
Sine tuo Numine,
Nihil eſt in homine,
Nihil eſt innoxium,
Da ſalutis exitum,
Da perenne gaudium.

Conuerſus deinde ad adſtantes: *Vos*, inquit, *omnes Deo commendo*; & ſublatis manibus; ait: *Ieſu Chriſte, fili Dei æterni, in tuas manus trado meum Spiritum.*

Erumpente autem omnibus membris largo ſudore, vi morbi ſe grauiſſime angi dixit: mox totum corpus frigus occupabat. Ipſe autem ſe ſupinum in lectulo reclinans, pedes contrahit: complicatiſque manibus: *Deus* (ait) *clementiſſime, noli, noli me diutius in hac vita hærere: matura finem. Tu adiutor es in opportunitate.* Cumque his verbis placide expirat, Calendis Ian. inchoantibus annum quinquageſimum tertium.

Moritur Riuius.

Conditum corpus eſt extra mœnia & portam Lomacenſem, in cæmeterio D. Wolfgangi. Fratrem habuit Petrum ciuem Colonienſem, honeſtum mercatorem. Reliquit filios duos Ioannem & Hieronymum, artium bonarum & philoſophiæ magiſtros, viros eruditos: filias tres, omnes honeſte elocatas Succeſſorem habuit Georgium Fabricium Chemnicenſem: cuius & hæc eſt de Riuio narratio.

XYSTVS BETVLEIVS.

O. 1554. die 19. Iunii ætat. 54.

Auguſta Druſi patria Betuleii.

Xyſtus Betuleius vulgo Birk Auguſtæ Druſi, quam malè confundunt cum Auguſta Vindelicorum, editus eſt anno milleſimo quingenteſimo, tunc

——— cum ſine honore iacerent
Optima, barbarieque horrerent omnia priſca.

Abit Baſileam. Ibi magiſter philoſ. renunciatur.

Pueritiam in patria tranſegit, & vt tempora ſinebant, bonis literis addiſcendis impendit. Iactis ſtudiorum fundamentis mediocribus; *Baſileam* venit: vbi in omnibus ingenuis artibus ita eſt verſatus, vt promerente id erudita doctrina vitæque integritate, teſtimonio eruditionis publico, quod Philoſophiæ magiſterium appellant, fuerit ornatus.

Deinde

ſolo contemptu repelluntur. Rogatus aliquando, cur ſua ſcripta vel principibus vel aulicis potiſſimum inſcriberet: reſpondebat. *Primum* obſeruantiæ cauſa id merito fieri: *præterea* rectè fieri, quod ipſi talis doctrinæ atque admonitionis in grauiſſimo & difficillimo vitæ munere & in tam varijs actionibus vehementer indigerent. Habuit plures libros in manibus, quotum titulos ipſe conſignauit: *De diſciplina Eccleſiaſtica & ciuili, De abuſu libertatis Chriſtianæ, De veterum erroribus in citandis ſacræ ſcripturæ locis*: ſed præuentus morte eos non abſoluit. Iam tandem ad caſtrophen peruenimus.

Cur principibus libros ſuos inſcribere ſolitus Riuius.

Libri ab ipſo inchoati.

Anno Chriſti milleſimo, quingenteſimo ſecundo vulgatus fuit per terras illas morbus popularis & peſtilens: quo Riuius primo amiſit *Paulum* filium, indolis bonæ adoleſcentem: tum etiam neptē, ex natu maiore filia: item famulas duas: poſtremo etiam optimam & fidiſſimam matronam, vxorem ſuam. Quantū ei ægritudinis & luctus attulerit orbitas cariſſimi filij, dulciſſimæ neptis, optatiſſimæ coniugis, de ſe quiſq; facile iudicauerit. Prædium poſſidebat amænum ad ripam Albis, ad vnum ab vrbe Miſena lapidem ſitum: in id ſe cōtulit cum Hieronymo filio, & familia ſuperſtite. Die autem Decemb. 28. qui *Ioannis Reuchlini* Phorcenſis natalis eſt, Riuius in morbum incidit, cum horrore & concuſſione totius corporis: eum ſtatim ſecuta virium omnium defectio, & animi crebra deliquia ſunt: cumque magno & firmo eſſe animo iuberetur: *Dominus*, ait, *meus Ieſus Chriſtus faciat de me ſecundum voluntatē ſuam.* Altero die *Alexius Prætorius* gener illum accedit, multosque cum eo de vitæ huius miſeria & breuitate, de cæleſtis lætitia & felicitate, ſermones habet: quos ſibi gratiſſimos eſſe declarauit. De morbo autē ipſo non tam querebatur, quam de ſiti, dies noctesque ſibi moleſtiſſima: ad quam reſtinguendam fruſtra medicamētis vtebatur. In brachio altero maculæ quædam nigræ poſt quatriduum apparebant, quas cū aſpexiſſet: intellexit ſibi inſtare diem ſuum. Adhortante ipſum filio, vt ſpem omnē in Deo & eius filio Chriſto poneret, pro nobis mortuo & reſuſcitato: ſine trepidatione reſpondit: *Mi fili, iampridem hanc rationē ſubduxi, neq; eam vſq; ad extremum vitæ tempus diſtuli: certuſq; ſum, me propitium habere Deum in cœlo, propter Chriſtum, qui me ſui Spiritus præſentia ne in morte quidem deſtituet.* Deinde recitauit dictum Chriſti ex Ioanne: *Ego ſum reſurrectio & vita: qui credit in me, non morietur: & ſi mortuus fuerit, viuet.* Subiecit etiam hæc verba: *Deus miſericordiæ immenſæ, miſerere mei propter meritum Chriſti Ieſu filii tui. Ab occultis meis munda me. Cor nouum crea in me Deus, & ſanctum Spiritum tuum ne aufer à me: confirma me.*

Peſtis in Miſnia Anno 1552.

Ea corripitur Riuius.

Poſt aliquod interuallum cœpit hymnum illum Eccleſiaſticum attente dicere:

Veni

mentis. 1. *de spectris, seu superstitione vetere.* 1. *De abusibus Ecclesiasticis.* 3. *De mysterio redemptionis humanæ.* 2. *De religione.* 1. *De vero amore erga Deum.* 1. *De fiducia salutis propter Christum.* 1. *De titulo crucis Christi.* 1. *De lucta Christiana.* 1. *De consolandis ægrotantibus.* 3. *De vita & moribus Christianorum.* 1. *De officio pastorali.* 1. *De præsidio angelico.* 1. *De stulticia mortalium in corrigenda vita.* 1. *De perpetuo in terris gaudio piorum.* 1. *De felicitate seculi nostri.* 1. *De sponsalibus sine approbatione parentum irritis.* 1. *Epistolarium de rebus Theologicis.* 1. *Commentariolus in Psalmum* 34.

In his libris & materiæ diuersitas, & argumentorum grauitas, & doctrinæ veritas, ostendunt eruditionem magnam, studium nominis diuini singulare testimonium optimæ conscientiæ: denique quantis donis ornatus a Deo Riuius fuerit. *Præcipuum* autem donum in eo fuit, vt diuus Paulus nominat, λόγ& τῆς σοφίας: vnum enim Christum auctorem salutis esse & sola fide in nomen eius omnes homines saluos fieri, in singulis suis libris testatus est, & ipse in morte sua credidit. *Alterum* fuit λόγ& τῆς γνώσεως: quia etiam officium hominis Christiani recte intellexit, in suis libris perspicue & diligenter tradidit factisque & vita ostendit, ambulandum esse ἀξίως τῆς κλήσεως καὶ τοῦ εὐαγγελίου τοῦ Χριστοῦ, vt Ephesijs & Philippensibus idem Apostolus loquitur. Cum pontificijs quibusdam longi temporis coluit amicitiam eo animo, si eos quoquo modo posset a via erroris adducere; quorum etiam in disputando nominibus pepercit, vt *Io. Cochlæi* in Epistolis de re Sacramentaria: Postea autẽ, cum nihil proficere se videret eorũ amicitiæ renũciauit. Præclare erat affectus semper erga eos, qui essent morũ bonorum & disciplinæ honestæ studiosi: præsertim cum doctrinæ Euangelicæ initio non pauci ferocia quadam & temeritate, & abusu libertatis Christianæ, plurimum nocerent. Eos autem, qui disciplinæ prætextu, doctrinam de fide & merito Christi aut malicioſe obscurarent, aut perdite deprauarent: magno odio persequebatur: inter quos erant *Siluius Egranus* de quo supra: & *Georgius Wicelius*, quem Becelinum in scriptis appellat, scelerati apostatæ: quorum etiam passim in libris suis sententias manipulares, amentatis telis excussit atque comminuit. Dicebat autem corruptum & auersum Egranum voluptatibus, Wicelium ambitione: quod ille pocula & mensam abbatis Chemnicensis sectaretur, hic Fuldani pollicitationes & opulentiam spectaret. Erat ob eandẽ causam infesto erga Antinomos animo, è quorum numero primarius ille *Iacobus Schencius* multum ei negotij facessit: sed ei forti animo obstitit, & muneri alieno sese ingerenti nihil potestatis pro sua libertate eximia concessit. Arrogantes enim quidam homines

Eruditio Riuii.

Abusus doctrinæ Euangelii.

solo

commoditatem habeant, *Celius* ſecundus *Curio* exacti vir iudicij, eos libros commemorat. *Marius Nizolius* in quadam diſputatione, Riuium iracunde & impotenter exagitat, quod libro primo Dialecticæ ſcripſerit, erraſſe Ciceronem, qui *Thebanus & Troianum ſpecies eſſe hominis* putat. Philoſophorum hæc eſt ratio hominis ſpecies eſſe Herculem & Paridem, tanquam res ſubſiſtentes natura ſua: & in eo minime errant: qui vero Thebanum aut Troianum dicit eſſe hominis ſpecies, vt defendi poſſit: certe aliena & remota dicit, ſi de natura hominis ſermo eſt: at ſi forte in iudicium vocare velit Herculem aut Paridem, iam non hominis naturam inueſtigabit; quod aut ſenſu præditus ſit, aut rationem & intellectum habeat, aut morte cadat: ſed Herculem voracem eſſe argumentari poterit, quia ſit Thebanus, quorum apud veteres celebris fuit intemperantia: Paridem dicere, eſſe infelicem: nam fortuna Troianorum aduerſa, etiam prouerbio locum dedit. Igitur ſi Marius diſtinctiones Dialecticorum, quas irridet, intelligeret: Ludouicum Viuem, qui idem ſentit cum Riuio, nõ nominaſſet hominem inſcientem & ſtultum, Riuium vero ineptum & delirum, qui falſa non ſcripſerunt: & Ciceronem defendere potuiſſet vt oratorem, qui ſpeciem foro aptam ponere maluit, quam ex Academia mutuari, qua ſibi opus non erat.

Nizolius Riuium reprehendit.

Thebanus & Troianus an ſpecies hominis.

Iulius Cæſar Scaliger, vir vt nobilitate antiqua, ita etiam humanitate excellens, cùm nullam videret proportionem Cretici ad Iambum, item Anapæſti ad Trochæum: contentus fuit errorem indicaſſe Eraſmi, qui in priore ſententia fuerit: Riuij qui in altera: à conuicio autem vir modeſtus abſtinuit. Sed iratus Marius, me à propoſito abduxit longius. Riuius inter labores Scholaſticos & operas cotidianas, de quibus nihil remittebat, diligentiſſime legebat veteres Theologos, & eorum doctrinam cum renouata atque recente conferebat cum acumine & iudicio: & quia nullum ſtudium ſalutarius, aut ſibi iucundius inueniebat, quidquid ocij & quietis erat nactus, id omne ad ſcribendum contulit. Fecerat idem multos ante annos in regno ſuperſtitionis *Rodolphus Agricola*; qui linguam Ebræam ſenex didicit, vt ex fontibus Theologiam diſceret: & verum ſuæ ſenectutis, quam in celeberrimis Italiæ & Germaniæ vrbibus & Academijs exegerat, ſolatium quæreret: quid conſecutus ſit, nouit is qui corda inſpicit & renes explorat, Deus, vt in cucullo ſepeliretur, ipſi perſuaſerunt nudipedes Heidelbergenſes. Opera Riuii diuerſis temporibus emiſſa, in vnum volumen collecta, edidit correctiora, vir doctus, & de ſtudijs optime meritus, *Ioannes Oporinus*: eorum Catalogum ſubiunximus.

Studium Theologiæ Riuii.

Rodolphus Agricola ætate grandior ad Theolog. animum applicat.

Scripta Riuii Theologica.

1. *De inſtaurata doctrina Eccleſiaſtica* 2. *De conſcientia bona mentis.*

taberna publica moritur. Egranus plebi inuisus, non insciente Senatu migrat in valles Ioachimicas. Succesſerunt his qui syncere docerent, *Nicolaus Hausmannus* Fribergius, & *Paulus Lindena* Chemnicensis: à quorum doctrina non dissentiebant mores placidissimi, & homine Christiano digni. In ijs turbis & in ea nouitate, non se expedire statim potuit Riuius, à primis annis in pontificatu institutus, & ætate nondum corroboratus, nec dum versatus aut in veterum aut in recentium scriptorum accurata lectione, quam post id tempus adhibuit, & se docilem atq; assiduum sacri verbi Dei, & vocis Iesu Christi præbuit auditorem atque discipulum. In erudiendis quoque tam suis, quam alijs post id tempus (vt ipse ad Principem Hessiæ vere scribit) non magis profanos auctores adhibuit, quam sacros: nec magis vt doctiores, quam vt pietatis amantiores discipulos efficeret, elaborauit. Agebat magna contentione Riuius, quidquid agebat: vnde interdum vehementius laudando amicos quos probabat, aut supra modum extollendo res quibus delectabatur, nimius & importunus videbatur. Verum qui omnium virtutum perfectionem, omniumque actionum rectitudinem in homine requirunt, iniqui & morosi sunt: nec sibi leges scribunt, sed alijs. Quocirca lugeamus communem infirmitatem generis atque ortus nostri: & nos ipsi agnoscamus: & de alijs modeste, vt debemus: honorifice, vt par est, sentiamus.

Fuit Riuius verecundus, sobrius, castus, amans veritatis: maius in eo studium laudis, quam pecuniæ, beneficus erga studiosos, amicis gratus, diligens paterfamilias, custos disciplinæ acerrimus, optimus ludimagister, laboribus indefessus, hostis superstitionis, mendaciorum, hypocrisis: atque se hāc laudem relicturum dicebat, quod quantum in se fuerit, vitijs & peccatis in suo munere semper omni conatu, omni vigilantia obstiterit.

Scripta Riuii philosophica.

Cum autem poëtas, oratores, historicos explicaret: vtilem posteritati nauauit operam, scribendis castigationibus in *Terentium & Salustium*, quæ cum ipsis auctoribus aliquoties sunt impressæ: tum edito Dialogo, in quo locos ex Cicerone plurimos, & alios simul aliis ex auctoribus aut corrigit, aut explicat. In Terentium scripsisse eum copiose ac diligenter, testatus est *Iacobus Mycillus*: quam editionem in Gallia Lugdunenses; in Italia imitati sunt Brixiani, Veronenses, Veneti. Conscripsit itidem de ijs disciplinis, quæ de sermone agunt, libros: de *Grāmaticis* videlicet, octo: de *Dialecticis*, sex: de *Rhetoricis*, quatuor: de quibus hoc loco nihil dicemus: breuitas, ordo, facilitas satis eos hactenus commendarunt lectoribus studiosis: & inter præcipua horum temporum scripta, quæ diligentiam &

com-

verbis acerbis non abstineret. Scimus in eo vehementiam fuisse & animum irritabilem: sed tum maxime: cum aut disciplinam labefactari, aut turpia defendi intelligeret. Ad eam eius siue fragilitatem, siue vitiositatem, aliquid adijciebat vitæ professio.

Irasci interdum necessarium.

Nam qui alijs docendo præsunt, in tanta ingeniorum varietate, & in hac sæculi perditissimi corruptione & licentia, etiãsi nolint, irasci nonnunquam coguntur: & quamuis animus non plane moueatur, vultus tamen alius ostendendus est bono & diligenti, alius contumaci & lasciuo & segni. *Natura* igitur *hominus mitis & placida, non raro vim infert generis vitæ, & consuetudo.* Quamobrem in nostrum quoque ordinem lusit Græcorum natio, minime quidem insipiens, sed non semper satis grauis & constans: quæ ne iocos perderet suos, maluit ingenij, quam integritatis laudem quærere. Ambitioni nonnulli tribuunt, quod se in aulam contulerit, versatus iam inde à prima pueritia intra parietes Musarum, & in vmbris Gymnasiorum: Sed & Plato Siculam, & Aristippus Macedonicam pertulit, & in aula Riuius diu non permansit. Age leuitatis sit, quod in loco vno non constiterit; atqui migrare ei vel propter rem familiarem aliquoties necesse fuit.

Qui in scholis, hoc est in seruitute viuimus, tam diu stabiles sumus, quam diu placet ijs, qui nostras operas conducunt: & hoc vitio laboramus cum alijs, vt interdum copiam inopiæ, quietem iactationibus & omnino meliora, si contigerint, deterioribus anteferamus. Inprimis autem offensos scimus quosdam homines fuisse, eius à Zuiccauia discessu: verum eo tempore doctrinam de salute animorum nondum cognouerat. Docuerant in ea vrbe florentissima non multum supra biennium, *Ioannes Syluius* Egranus, & *Thomas Müncerus* Stolbergæ in Hercinijs natus. *Egranus*, homo doctus & facundus, se Erasmianum dici, esse & haberi volebat. *Müncerus* aperte furiosus erat, sed magno multitudinis plausu audiebatur: is sibi è lanificum officinis adiunxerat *Nicolaum* quendam *Storchium*, in cuius moribus audacia certabat cum imperitia. Creauerant hi de plebe infima, *duodecim Apostolos*, duos item & *septuaginta discipulos*; tacite autẽ in domum Burchardianã arma & tela ad certos homines opprimendos, comportauerant. Wolffgangus Weissenbachius Eques, vrbi præfectus, sexaginta ex illa factione comprehendit. Müncerus profugit in Boëmiam ad Satienses: inde proficiscens Pragam, in carcerem conijcitur, & quatuor custodibus elusis euadit, & in Hercinios veniens, Alstedi munus docendi suscipit.

Ioan. Egranus.

Thomas Müncerus.

Nicolaus Storch. fanaticus.

Storchius itẽ clam sese subtrahens, cum nusquã cõmodum inueniret domicilium, in Bauaria Monaci egens & ignotus, in taber-

Ibi Riuius docet,

neue ſuam ipſis neget operam, rogant: ſalarium amplum, & commoda alia proponunt: & Crucigero auctore, in ſuam tandem adducunt ſententiam: quamuis erat eodem tempore vocatus Regiomontem in Boruſſiam Docebat tum apud Sileſios ſumma cum laude & mira frequentia *Valentinus Trocendorfius*: eos æmulaturi Luſatij Riuium vocare Budiſſinam ſtatuerant: ſed in Miſnia figere ſedem maluit.

Henricus autem Saxoniæ dux, princeps optimus, audito diſceſſu Riuii, ægre tulit, quod Mariæbergici eum non retinuiſſent ſuis beneficiis. Nam proprijs ea in vrbe vixerat ſumtibus, quos ſuppeditabant ſecuti ipſum diſcipuli externi. Cum igitur pro ingenti pietate & iudicio grauiſſimo, filium Auguſtum recte informari ab ætate tenera vellet: nihil intermiſit; quo Riuium poſſet Fribergam traducere: idque non difficile fuit principi. *Matthiam Marcum Dabercuſium*, à Tilomano præceptore

Vocatur Fribergam.

ſibi commendatum, Riuius filij loco habebat: eum ad Snebergios, remittit, & collegam addit è ſuis *Hieronymum Stadium*: vt præſentia quidem Riuij abeſſet, ſed ratio inſtitutionis & diſciplinæ eadem maneret, atque hoc modo leniuit illis ſui deſiderium. Riuij collegæ erant, *Adamus Siberus*, *Iobus Madeburgus*, *Fabricius*: & erat celebre nomen vrbis Fribergi, quod ibi antea docuerant viri clariſſimi, *Ioannes Ragius Æſticampianus*, *Petrus Moſellanus* Treuir, *Richardus Sbrulius* Foroliuienſis, *Iacobus Sobius* Colonienſis.

Collegæ ibi Riuii.

Henricus autem dux Saxoniæ, fratre Georgio abſque hæredibus defuncto, cum prouinciarum ampliſſimarum adminiſtrationem ſuſcepiſſet: Riuius aulicis negocijs, pauliſper à vetere vitæ inſtituto & curſu abripitur. Tempus autem quod in ocio literario & pulueribus ſcholaſticis continenter tranſegit in illis regionibus, anni ſunt *tres & viginti*: quod in aulicis occupationibus, tantummodo *duo*.

Ex ludimoderatore fit aulicus.

Interea inclyto duci *Henrico* pientiſſime defuncto, in dominatu ſuccedit maior natu filius, dux *Mauricius*: cui exemplum patris ſequenti, in gubernatione nihil fuit prius, quam conſtituere Scholas & Eccleſias. Scholas aperuit Miſenæ & Portæ, in quibus ſua munificentia aleret pueros cum magiſtris: Miſenenſi inſpectorem dedit Riuium. Iudicium Eccleſiaſticum in eadem vrbe conſtituit, eiuſdem quoque vt Quatuorvir eſſet, decreuit. Vtrunque munus cum grauitate & induſtria exequitur, donec ex hoc mortali corpore ad æternam animorum beatorum conſuetudinem eſt euocatus. Verum antequam de exitu vitæ dicam; nonnulla de moribus & ſtudijs quoque breuiter videntur exponenda.

Scholæ illuſtres in Miſnia.

Riuius ludo Miſeno præficitur.

Mores Riuli, & quid in iis reprehenſum.

In moribus Riuij hoc aliqui reprehendebant quod natura eſſet vehementior, adeo vt iraſceretur grauiter, & interdum à

verbis

Habebat autem adiunctum *Caſparem Sagerum*, nudipedem Franciſcanum: quibus accuſantibus etiam Dreſdæ cauſam pro ſe dicere neceſſe habebat. Hoc inſcitiæ exemplum protuli, vt de alijs controuerſijs iudicium fieret, quas incidere inter alia hominum monſtra viuenti neceſſe erat. In hac vrbe, quæ illius fuerit induſtria & ſedulitas, quæ tolerantia laborum, qui contemptus aduerſariorũ teſtis eſſe potuit Fabricius, & viri cũ eo eruditiſſimi, *Adamus Siberus*, *& Iobus Madeburgus*, eodem tempore eius diſciplina atque etiam multis magnisque beneficijs vſi. Fuerũt & è Iurisconſultis *Chriſtophorus Scheiba*, *Antonius Carcheſius*, *Michael Iegerus*, *Ambroſius Schurerus*, *Nicolaus Reinholdus*: è Medicis, *Georgius Pylander*, *Caſpar Neuius*, *Hieronymus Oderus*, *Ioannes Chentmanus*, *Iſaacus Schallerus*, *Matthæus Clingiſius*.

Diſcipuli Riuii in ſchola Annebergica. Mores.

Plena fuit vita eius integritate, ſobrietate continentia adeò vt non ſolum præcepta pietatis & honeſtatis traderet; verum etiã exempla in ſuis moribus & actionibus multarũ virtutũ ipſe præberet & oſtenderet. Cõparauerat ſibi ædes, in quibus altius extruendis, abbatis *Grunhanni* liberalitate vtebatur. Sed cum quaſi portum otii quæreret, iis mercede proſcriptis & venditis, *Mariaburgum* ſe contulit: quam vrbem ſedem Muſarum & ſuæ quietis domicilium ſemper nominabat: in cuius etiã laudẽ edidit libellũ. Quamuis autem vitam inertem & deſidem nunquam egit, natura & conſuetudine ab ocio alieniſſimus: tamen à curis & laboribus illis magnis, tanquam reſpirabat, quod minus multos inſtitueret. Etenim qui rem facilem iudicat puerorum educationem & gubernationem eius ætatis, quæ apud parentes intra parietes domeſticos ferè corrumpitur, & impetu quodam ſtultitiæ & contumaciæ ad omne malum procliuis fertur: profecto imperitum vitæ morũque ſe demonſtrat. Retinebat adhuc apud ſe non paucos diſcipulos, quos annos aliquot docuerat, & de quibus ipſe ſpem ſingularem conceperat. In eam vrbem cum forte veniret ſuorum negotiorum cauſa *Caſpar Crucigerus*, Theologus præſtans Riuium hortatur familiariter, vt multitudini ſeruiat potius, quam paucis quibuſdam: neque vlla re moueatur magis, quã tam pij muneris excellentia & neceſſitate. Addit ſe ſcire vrbẽ, in qua cum dignitate ſit futurus, & habiturus iuſtum laboribus præmium. Inde eum mox animi cauſa ſecum deducit *Snebergam*, vrbi præfecto & Senatui Riuium commendat: qui ſibi nihil honorificentius, ſuis liberis melius putabant poſſe contingere, quam ſi tali viro & doctore Reſpublica vti poſſet.

Mores.

Migrat Mariaburgum Riuius. Docet priuatim.

Inſtitutio adoleſcentiæ difficilis.

Caſpar Crucciger.

Snebergam Riuium ducit.

Itaque *Ioannes Weiſenbachius*, eques ornatiſſimus præfectus vrbi, nomine Electoris: *Wolfgangus Zeinerus* paſtor, Paulus Smidius, *Ambroſius Franciſcus*, verbis Senatus eum appellant,

Coruini, poemata *Hieronymi Paduani* & *Mancini Dominici*, subsellia occupauerant.

Vocabulorum discussio.

Vocabulorum discussione, vt nominabat, primus in his terris vsus est, qua verborum singulorum vim & proprietatem docuit: compositorum elegantiam & vsum monstrauit: & in scriptis, quæ proponebat, exempla & imitationem illorum elucere voluit.

Modus docendi.

Igitur quo tardius procedebat, eo diligentius præcipiebat: neque præscripto mensium aut anni per auctores festinabat; sed pro ratione ingeniorum, ætatis, progressuum immorabatur. Qua diligentia effecit; vt pueri studia amarent, quia pueriliter cum ijs agebatur: & se proficere intelligerent: quia recte atque ordine omnia fiebant. Vtebatur ea in vrbe familiarissime *Ioanne Sturno*, poeta bono, & sene non mediocris eruditionis & experientiæ, qui priuatim adolescentes aliquot nobiles instituebat: *Ioanne Nauio*, medico doctissimo & eximiæ humanitatis viro: *Christophoro Eringio*, Theologo multæ lectionis & saniore cæteris iudicio: *Antonio Beuthero* senatore graui & bene diserto. Hi duo viri postea propter Euangelij professionem solum mutare coacti sunt. Molesti ei erant præ cæteris sacrificuli; qui calumnias deferentes in aulam, eum infensum faciebant *Georgio*, duci Saxoniæ, tum eius impediebant commoda, quibus poterant rationibus: poterant autem eo tempore plurimis. Odij causæ pleræque inde nascebantur; quod eorum carperet imperitiam in canticis Ecclesiasticis, quæ illi mutabant suo arbitratu, sine intelligentia. Notum est carmen Lactantio inscriptum, sed quod, codicum veterum testimonio, *Honorii Fortunati* est, de resuscitato à mortuis Christo:

Io. Sturmius.

Ioa. Nauius medicus.

Ch. Eringius Theol.

Sacrificuli Riuio infensi.

Causa odii.

Ecce renascentis testatur gratia mundi,
Omnia cum Domino dona rediisse suo.

Inepta imitatio carminis Paschalis,

Hoc aliter cani præcipiebant pueris & flaminibus, contra omnem rationem & pietatem, videlicet in die ascensus Christi ad cœlos, hoc modo:

Ecce ascendentis testatur gratia mundi.

Item in die missionis Spiritus sancti, isto:

Ecce Spiritum mittentis testatur gratia mundi.

Quis autem non intelligit, quam stolida & fatua imitatione, quam impotente & furioso ipsorum imperio? Talia non recte fieri cum suos doceret, neque, fieri Riuius vellet: quodam die ita tumultuabatur, qui erat illorum antistes; vt conuicia faceret in templo præceptoribus, nec manus à pueris abstineret coram maxima hominum multitudine. Erat is *Ioannes Zeidlerus*, artium magister, & Tecelij, monachi indulgentiarij, olim collega, assentator impudentissimus.

Antistitis intemperia.

Ioa. Zeidleri.

Habebat

cum esset magnum ingenium, statim in virorum doctissimorum venit notitiam, *Casparis Forneri*, *Andreæ Camiciani*, & *Ioannis VVeissenstadiensis* Forte Senatus Zuiccauiensis per *Hermanum Mulpfortum*, virum consularem, conquirebat magistrum idoneum suo ludo, in quo Ebræa, Græca & Latina literæ docebantur. Excesserat nuper è viuis *Erasmus Stella*, vrbis eius consul, cuius de succino & gemmis libri editi extant. Erat enim philosophiæ & antiquitatis indagator sedulus, qui in ludo illo erigendo bonam ciuibus operam nauauerat. Ibidem docuerat *Georgius Agricola*, qui se iam contulerat in Italiam; vt philosophos & medicos audiret. Iecerant ibidem fundamenta literarum & linguarum duo lumina patriæ, *Gregorius Haloander*, & *Ianus Cornarius*: qui inter illius sæculi viros doctissimos nomen præcipuum obtinebant. Ludi autem administratio post Agricolæ discessum, commissa fuerat *Leonardo Nathero*. Munus docendi in ea vrbe celeberrima, cum ad Riuium delatum esset, Bornero consulente, id suscipit; & in eo ludo poëtas Latinos interpretatur: cuius collegæ erant viri optimi & eruditione excellentes *Ioannes Forsterus*, doctor linguæ sacræ: & *Hieronymus Noppus* interpres poetarum Græcorum. Hi duo viri postea facti Theologi summa pietatis laude floruerunt, & Riuium dilexerunt perpetuo. Erant Forsterus, Noppus, Riuius statura parui: vnde homines *pusillos corporibus*, *doctrina Gigantes*, in suo contubernio habere Natherus vulgo dicebatur; vt in suis Annalibus *Paulus Grossius*, vir diligens, annotauit. In ea vrbe anno M.D.XXXIV. Riuius vxorem duxit, *Annam Berenualdiam*, ex bona & honesta familia, Petri filiam; in eadem docuit annos septem, cum vtilitate plurimorum. Tandem *Valentini Hertelii*, & aliorum amicorum hortatu, ludum aperuit Annebergæ anno à nato CHRISTO M.D.XXXVII. Ibi quamuis tenui admodum doceret stipendio, vt quod *aureos Rhenanos sexaginta* quotannis non excederet; tamen ex frequentia auditorum, qui è finitimis vrbibus oppidisque confluebant, & quos ille priuatim magna fide instituebat, rem familiarem non modo sustentauit; verum etiam auxit aliquantulum. Sed sumtus in argenti metalla, quæ ibi vberrima sunt, ipse inutiles & cum suo dispendio fecit. Nuper admodum pulsus è palæstra literaria isthic erat nescio quis villanus Dolensis, *Alexander* Grammatista: ei successerat *Henrichmanus* & *Brassicanus*: quorum etiam libros ob prolixitatem ad captum puerilem minus accõmodatos, loco mouet & prima rudimenta simplicissime tradit: præcepta quædam, quantum fieri poterat, lingua vernacula exponit: & simul vsum in bonis auctoribus Terentio, Cicerone, Virgilio, Ouidio ostendit. Nam ante id tempus dialogi *Pauli Niauis*, idioma *Laurentii*

Eraſ. Stella.

G. Agricola.

Ludo Zuiccauienſi gubernando præficitur Riuius.

I. Forſterus.
H. Noppus.

Vxorem ducit Riuius.

Ludum aperit Annebergæ.

Stipendium eius.

Facit ſumtus in rem metallicam.

Autores quos explicarit Riuius.

rentum iussis tantum obsequium, tantaque argutia, vt imperata celeriter & dextrè exequens, statim ad musculum recurreret. Motus singulari indole Tilomanus, parentum voluntate, in suam domum, cum duobus tribusve alijs adolescentulis, Riuium recipit, suam senectutem studijs adolescentiæ oblectat, depositaque & Theologi & senis persona, interdum lusionibus quibusdã cum ipsis repuerascit. Erant rerum omnium diuisa tempora, studiorum, otij, curationis corporis, ludorum: ea obseruari volebat Tilomanus, & exercitationibus intererat, ne quid petulantet, aut improbe aut parum decore fieret: ita quoque se accommodare poterat iocis adolescentiæ, vt nec senis grauitas, nec præceptoris austeritas esset odiosa. Ad hanc animorum lætitiam, hortulum suum patere voluit, & suos domesticos ita exercuit, vt quod plerunque in literis affert molestiam, id ille verteret in iucunditatem. Musicæ exercitationes erant inter præcipuas & cotidianas. Item illa de versibus Virgilij, vt aperto libro, pagina & linea nominata, notaretur, quod cuique quasi vaticinium obtingeret. Item, vt secundum initium literarum eius, qui optimus iudicatus esset, alij vel eiusdem poetæ, vel diuersorum recitarentur. Circumferebantur tum libelli, *Aurora*, *Moreti*, *Alani*, hominum barbarorum: eorum interdum admittebat versus si essent sententiosi, quia eos antea didicerat. *Catonis* autem nomine, qui inscribitur, eum probabat: & *Iuuencum* Christianum propter historiam Euangelicam, diebus festis interpretabatur. Inter tales & similes iocos, interdum proponebat argumentum, quod aut versiculis explicarent, aut alio atque alio sermonis genere efferrent. Hymnos Ecclesiasticos canebant frequenter: quibus finitis, exquirebat eorum sententiam, vt etiam in templis cum intelligentia pronunciarentur. Poetas in scholis prælegere, tum habebatur religio: quod suspecti essent de hæresi, ex loco quodam ex decretis Pontificijs perperam scripto, & peius intellecto: & notata erat infamia lingua ipsa Græca, quod à Romana Ecclesia Græci dissentirent.

Recipitur in ædes præceptoris.

Exercitationes & lusus pueriles.

Libri barbari ætate Riuii.

Poetæ in scholis prælegere religio habita.

Græca lingua infamis.

Quam ob causam cum ab imperitis Sophistis aliquoties reprehenderetur Tilomanus, qui in ludum ista publicum induceret: ne sibi facesseretur negotium, homini Theologo à publico abstinuit, quod præter dignitatem sacerdotis, in schola (vt vocãt) triuiali versari, & à suggesto atque puluinaribus ad pulpita & sedilia puerorum descendere diceretur. Tale tum seculum fuit, & tales nunc sunt quorundam sacerdotum mores; vt palam helluari, comessari, scortari, in conuiuijs saliaribus culullos exiccare, in lustris & claustris vestalium nudatos saltare, sciſſos ambulare, dedecora non dicenda patrare, liberum & concessum putent: cantare aut psallere coram Ecclesia, do-

Mores sacerdotum quorundam.

Patria Atthendorium. Patria fuit *Atthendorium*, Saxoniæ occidentalis, quam nunc Weſtoualiam nominant, antiquum oppidum, in quo fratres patrueles, *Albio, Edilhardi* Regis Saxonum filius: & *VVitichindus*, regis Wernechini filius, ſacris baptiſini vndis abluti, & in Eccleſiam CHRISTI IESV adducti ſunt, auctoritate *Caroli Magni* Imperatoris: vt Regino Prumienſis, & Conradus Vrſpergenſis memoriæ prodiderunt. Patriæ autem appellationem ad nomen familiæ adduxit. Fuit enim *Ioannes Riuius, Venetus* quidam, cuius in Diomedem Grammaticum, aliosque ſcriptores præfationes leguntur. Riuius hic patris ſtudio & diligentia ad magiſtros literarum puer deducitur: qui quamuis illis temporibus rari, & non ſatis inſtructi eruditione eſſent: tamen Riuio in hac parte fuit melius, quam alijs multis, proſpectum. Erat in oppido eius natali, Eccleſiæ præſes, veneranda ætate & non vulgari doctrina vir, *Tilemannus Mullius*: qui ferre non potuit, vt pueri & adoleſcentuli, quorum indoles ipſi perſpecta erat, & qui magna auiditate literas arriperent, negligerentur.

Ioan. Riuius Venetus.

Educatio Riuii Atthendorienſis.

Tilmannus Mullius præceptor Riuii.

Quamobrem etſi munus Eccleſiaſticum, plenum dignitatis & ſatis laborioſum gereret: tamen humilius non detrectauit, & labores in ſe plures & grauiores ſuſcepit. Primum enim ſingulis ipſe diebus docuit: tum vt apti ad pueritiam formandam homines accerſerentur, & conſilio, & opibus ciues Atthendorienſes iuuit. Magnum hoc fuit in ſacerdote, in ſene, in Saxone, illis præſertim temporibus. Idem *Iacobus VVimphelingus* fecit Haidelbergæ; vt & in templo concionaretur, & docendi munus vltro in ſchola ſuſciperet. Ea tempeſtate ſi quis vel carmen ſcriberet, vel aliquid literarum Græcarum ſciret, is pro miraculo habebatur: de inſtitutione autem *Alexandri Hegii* Dauentrienſis, qui Rodolphum Agricolam audierat, vtrunque præſtabat Tilomannus, & vtroque ſuos auditores exercebat, in quo ſtudij curriculo Riuius, & bonitate ingenij, & cupiditate laudis ita progrediebatur feliciter; vt diligeretur à ſuo Doctore, & vt æquales ipſum propemodum obſeruarent.

Iac. VVimphelingus.

Diligentia Riuii.

Erat autem tenero & imbecilli corpore, & ſe fatigabat contentione aſſidua: quamobrem parentes ſoliciti cura angebantur, ne ſibi morbum contraheret, idque præceptori pater modeſte ſignificabat: qui vt & valetudini pueri & ſtudijs conſuleret; certis eum muneribus domi apud parentes fungi voluit, quibus occupatus pauliſper à libris abſtraheretur; iuſſit etiam ſtantem aut ambulantem legere, & à prandio aut cœna ad ſe vocatum, ad tempus quieſcere. Ardor literarum reſtingui non potuit; ſed impetum intempeſtiuum pietas retardauit. Nam *præceptorem non audire, & parentum mandata negligere; bonas apud mentes eſt ſemper habitum nefarium.* Fuit in obeundis parentum

quagesimum secundum, leniter exstinguitur, anno climacterico quadragesimo secundo: adeo verum est illud poetæ,

Optima prima fere manibus rapiuntur auaris,
Implentur numeris deteriora suis.

Fuit enim Marcellus ingenio, eruditione & vsu dicendi ac scribendi ita instructus: vt iuuare studia discentum multum posset: ea insuper benignitate ac facilitate, vt nemini suam operam in quocunque officij genere denegaret: alieniſſimus ab ambitione, & communis concordiæ studioſiſſimus. Rexit officia omnia non solum Philosophica moderatione, sed etiam diuina norma: vt appareret eum gubernari non tantum humana diligentia, sed etiam diuinitus. Et quanquam comis erat: tamen disciplinæ seuerus custos fuit: & dicta Pauli sibi & alijs sæpe recitabat: Λατρεύωμεν εὐαρέστως τῷ Θεῷ μετ' αἰδοῦς καὶ εὐλαβείας· Καὶ γὰρ ὁ Θεὸς ἡμῶν πῦρ καταναλίσκον: *Ita seruiamus Deo, vt ei placeamus cum verecundia & reuerentia. Etenim Deus noster consumens ignis est.* In congressibus delectabatur sermonibus Socraticis, & mores erant conditi mira suauitate. *Eruditio & mores.* *Hebr.* 12. ℣. 28.

Luxerunt igitur eius obitum collegæ & amici omnes: interque eos Henricus Mollerus, qui & elegia funebri ad Placotomum scripta ei parentauit, & tumulum eiusmodi epitaphio carmine ornauit: *Epitaphium.*

Tempora Marcellus discrimine plena relinquens,
In cœlo æternæ gaudia pacis habet.
At desiderio lugent ipsius amici,
Gymnasium, ciues, patria, & orba domus:
Optima pars, & terreni mens ponderis expers,
Visit cœlestis summa theatra scholæ.
Nomina virtutum nullis obitura diebus,
Et clarum memori liquit in orbe decus.
Ast hunc reliquias posuit, quibus excitus olim,
Viua sub extremo vestiat ossa die.

Ex elegia funebri Henrici Molleri, & programmatis Wittembergensibus.

IOANNES RIVIVS.

O. 1553. d. 1. Ianuar.

IOHANNES RIVIVS in hanc lucem prodijt anno à nato CHRISTO *milleſimo quingenteſimo*, Calend. Augusti: quo die annos * ante aliquot, mortem obierat *Laurentius Valla*. Patri eius nomen fuit, *Christiano*: matri, *Margaritha*. Fortunis mediocribus, sed honestis: & ob integritatem, nominis inter ciues suos præcipui. *Obiit Valla anno 1465. c. l. Augusti. Roma Parentes Riuii.*

Marcellus VVittembergam venit.

Erphordia Wittembergam sese contulit; & vti ceperat, cum linguarum studio Philosophiæ sobriæ cognitionem coniunxit: & oratoriarum exercitationum consuetudinem in scholam reuocauit, tum priuatim, tum publice frequenter de argumentis grauibus perorando. Cumque de Philosophi * sententia sit ὅλως σημεῖον τοῦ εἰδότος τὸ δυνάσθαι διδάσκειν: impartiri alijs, eam, quam adsidua diligentia sibi compararat, eruditionis copiam mature cepit. Postea publico eruditionis testimonio ornatus, celeberrimæ illius Academiæ professoribus Philosophicis fuit adscriptus, &

Studia linguarum, & exercitationes oratoriæ.

** Arist. l. 1. Metaph. c. 1.*

Lectio diuinæ est ipsi decreta poesis.

Docet priuatim.

Mox publice.

Aliquot igitur annis ea in schola multos feliciter in Latina & Græca lingua erudijt, in *Ciceronis* scriptis & *Liuii* historia, *Lucani* item, *Ouidii* & *Virgilii* carminibus explicandis occupatus: & in tota gubernatione Academiæ fidem atque adsiduitatem omnibus honestis & doctis viris probauit. Gessit enim non solum in Philosophica facultate munus Decani: sed & supremum totius Academiæ magistratum anno eo, quo gliscere cepit in Germania infelix illud bellum intestinum, vbi paulo post, sic volente Electore Saxoniæ, dimissus est cœtus scholasticus. Cum autem expleri discendo mens liberalis nunquam possit: ipse præter doctrinam sacram, quam exacte tenuit, adiunxit Philosophicis etiam aliarum artium studia: ac propter Physicen rectius intelligendam, artem Medicam didicit, propter Ethicen autem Iurisprudentiæ operam dedit.

Gerit magistratus scholasticos.

Medicinæ & L. L. studiosus.

Amici.

Carus fuit cum alijs viris bonis omnibus, tum vero Melanchthoni, & huius genero Georgio Sabino, & Ioanni Placotomo Medico, ac Physico deinde Gedanensi, Fabro, Cordo, F. alijs. Inprimis autem delectatus est eius virtute, doctrina, & morum suauitate, vir clarissimus *Gregorius Pontanus* Iureconsultus, qui & vxoris sororem ei nuptam dedit; affinemque elegit; id quod in elegia funebri *Henricus Mollerus* his innuit:

Greg. Pont.

Matrimonium Marcelli.

Cum iam ter denos ætatis duceret annos,
Consortem licito duxit amore thori;
Ista tuæ vxoris soror, ô Germane Pericles
Pontane, interpres summeq; iuris, erat.
Ex qua solennis percepit gaudia tædæ,
Pignora legitimi iure creata thori.

In hoc igitur docendi & commentandi labore dum versatur, &, quod viri boni esse Tullius ait, prodesse omnibus, quibus posset, studet, nocere autem cupit nemini: febri ardenti corripitur, eaq; die natali Domini nostri IESV CHRISTI, inchoante annum millesimum quingentesimum quinquage-

Morbus & mors.

ipsos *viginti tres* annos, fideliter obijsset: atque pijs ingeniosisque lucubrationibus, Germanice, Latine, & Hebraice conscriptis, de re literaria optime meritus esset: adeo vt *Germanorum Esdras Straboque* non immerito appellatus fuerit: tandem natura adhuc & viribus integer, anno Christi quinquagesimo secundo, ætatis suæ climacterico magno, peste correptus, ab anthrace cum luctu bonorum omnium, die vigesima tertia Maij, tum adscensionis Dominicæ solennitati sacra, absumitur: Basileæ in templo cathedrali sepultus; cum monumento eiusmodi:

Moritur peste.

Epitaphium eius.

Germanus Esdras heic Straboque conditur:
Si plura quæris, audies.
Sebastianus Münsterus Ingelhem. Theologus &
Cosmographus inter primos summus,
solennem adscensionis mem.
anno sal. M. D. L I I.
maior sexag. morte pia
illustrauit.

Henricus Pantal. lib. 3. Prosopograph. Zwingerus in theatro, alij.

IOANNES MARCELLVS.

O. 1552. ipso natali Christi, ætat. 42.

OPpidum est in ea Germaniæ ora, quam Franci veteres tenent, non procul à Mœno, quod nominant regium montem: & clarum est perpetuis monumentis *Ioannis Müller*i, inde Regiomontani denominati. Eo in oppido natus est & hic *Ioannes Marcellus*, sub annum Christi, vt ex emortuali & vitæ spacio subducimus, decimum, seculi millesimi quingentesimi. Patre, vt apparet, vsus est diligente, inprimisque studioso literarum; qui à teneris statim filium ijs rudimentis, quibus ætas puerilis imbui debet, erudiendum curauit.

Patria communis cum Ioanne Regiomontano.

E patria schola Erphordiam venit; tunc liberalissimis studijs & doctis hominibus affluentem. Ibi audiuit adolescens *Ioachimum Camerarium*, & *Eobanum Hessum*. Et Camerarius quidem eum initio propter communem patriam complexus, postea semper propter virtutem ac doctrinam valde dilexit. Vsus est Erphordiæ etiam & informatione & patrocinio *Conradi Mutiani Ruffi*, viri vt genere nobilis, ita ornatissimi virtute & literis: cuique iucundius accidere poterat nihil, quam si cognosceret, sedulo operam dare literis iuuentutem: quam ipse, quibus rebus poterat, iuuabat; & currentem incitabat.

Erphordiam missus.

Conradus Mutianus Ruffus.

Eam eius modeſtiam vbi Academiæ illius profeſſores intellexiſſent, honeſtum ipſi in publicis panegyribus locum, medium ſcilicet inter ſuperiorum facultatum Doctores, & inter artium Magiſtros tribuerunt: qui Licentiatorum, quos vocãt, eſt proprius. Poſtea & gubernationem ei Academiam, quam Rectoratum appellamus, demandarunt: eiusque opera & conſilio multis in negotijs magni momenti vſi ſunt.

Prophetas explicat.

Cum vero diuinarum literarum cognitionem haberet eximiam: Theologiam docere iuſſus, ſanctorum Prophetarum myſteria explicuit.

Verum vt priuatis lucubrationibus plus temporis impendere poſſet; vacationem ab ea lectione petijt; vtque in ſola Hebraicæ linguæ profeſſione progredi ſibi liceret, ab ijs, qui Academiæ præerant, impetrauit.

Matheſeos enim Geographiæque, & inprimis Hebrææ linguæ fuit callentiſſimus, eruditionisque ſuæ plurima & præclara poſteritati reliquit monumenta.

Scripta Münſteri Hebraica.

Vertit enim R. *Moſche Kimhi Grammaticam* ex Hebræo idiomate, atque *Heliæ Leuitæ commentarium: librum item accentuum & traditionum. Prouerbia Salomonis, Tobiam, & Euangelium ſecundum Mattheum* Hebraice primus propoſuit, & Latine reddidit. *Opus Grammaticum Hebraicum abſolutum* ex varijs Rabinis conſcripſit: *Grammaticam Chaldaicam* primus edidit: *Dictionarium Hebraicum* confecit, atque Theologiæ candidatos vigilijs ſuis ad ſanctæ linguæ ſtudium inuitauit. Tandem etiã *Hebraica* * *Biblia* de nouo tranſtulit; collatis vbique probatiſſimis eius linguæ ſcriptoribus, & adiectis, ex Rabinorum commentarijs, annotationibus haud pœnitendis. *Ioſephi* quoque *hiſtoriarum Iudaicarum* libros quinque ex Hebræo Latine redditos poſteritati reliquit.

** Prodierunt duob. tomis Baſil. anno 1533.*

Eiuſdem Mathematica.

Nec ſolum in Hebraicis elaborauit: verum & mathematicas diſciplinas libris editis plurimum illuſtrauit. Scripſit enim exactam *Horologiographiam*, in plano, concauo, conuexo, & erecto loco, varijs figuris. *Organum* item *Vranicum*, in quo theoriæ planetarum, atque eorundem quotidiani motus, ad annos centum & quod excurrit, exprimuntur. *Canones* quoque ſuper nouum inſtrumentum luminarium. *Ptolemæum* inſtauravit, & multas tabulas nouas adiecit. *Pomponium Melam*, & *Iulium Solinum* ſcholijs illuſtrauit. Collegit & laborioſiſſimum opus *Coſmographicum*: quo duce peregrinari per terrarum orbem, etiam domi manendo, licet. In eo enim totius orbis ſitus, regionum tabulæ, nobilium vrbium deſcriptiones, gentium variarum ritus, regum & principum genealogiæ, cum multis alijs ſcitu dignis, explicantur.

Coſmographicum opus Münſteri.

Iſtiuſmodi ſtudijs ac laboribus cum profeſſionem ſuam, ipſos

Iura poli, cœliq; vias, & sidera nouit;
Trinacrio, celebru non minus arte, sene.
Fata resignauit, clades instare futuras
Pandit, & heu meruit vocis habere fidem.
Nunc cœlo positus, quæ mente solebat adire,
Omnia sub pedibus lucida signa videt.
Tu passis luge Germania mœsta capillis:
Arte tibi huic similem non foret vlla dies.

Henricus Pantal. l. 3. Prosopograph. & parte 1 Iconum Boissardi, alij: plura de eo in vita filij Philippi, quam vide.

SEBASTIANVS MVNSTERVS.

O. 1552. die 23. Maii, ætat. 63.

PRimus omnium, qui in Germania efflorescentibus literis, Hebræam linguam excolere cepere; fuit *Iohannes Capnio* Phorcensis: eiusdemque in Tubingensi Academia, licet ætate multo minor, collega, *Conradus Pellicanus* Rubeacensis. Tertius his accessit *Sebastianus Münsterus*, natus anno octuagesimo nono, supra mille quadringentos, *Ingelhemii*, * Rhenensi intra Moguntiam & Bingium oppido, nunc ditionis Palatinæ.

Primi Hebr. linguæ in Germania Doctores.

Ingelhemiũ patria Münsteri.

Iactis primis literarum fundamentis, in Tubingensem, & Haidelbergensem Academiam, maioris in studijs accessionis faciendæ causa, se contulit: quaque erat ingenij felicitate præclaram vtrobique artibus & linguis tribus principibus operam nauauit. Inprimis vero disciplinis Mathematicis, præceptore *Ioanne Stoflero*, & Hebrææ linguæ penitius cognoscendæ studium suum & operam omnem dicauit: tantosque in ijs fecit progressus, vt illo seculo nulli secundus haberetur. Vtque impensius in ea studia incumbere sibi liceret: professus est ob id aliquandiu Franciscanorum ordinem Tubingæ.

* *De quo Münster. l. 3. Cosmogr. Linguarum studiosus, & mathematum.*

Ioan. Stofler præceptor Münsteri.

Münster. monachum professus.

Verum exorta paulo post Euangelij luce, cucullum exuit: atque Haidelbergam redijt. Ea ex Academia cum ingenium & doctrina eius haud gregaria eruditis innotuisset: vna cum *Simone Grynæo* Basileam, anno vigesimo nono, supra sesquimillesimum, vocatus, sanctæ ibidem linguæ professor est designatus.

Exuit cucullum.

Vocatur Basileam.

Moribus fuit modestis: & inprimis humilitatis amans pompam omnem neglexit. Itaque quamuis eruditione esset instructus non vulgari; facileq; de palma cum alijs contendere posset: nulli tamen se prætulit; nec gradus scholasticos ambiuit, suæ & aliorum conscientiæ testimonio contentus. Nec tamen id ex quodam fecit contemtu, aut malo exemplo: quin potius testimonia illa publica in alijs approbauit, multisque honores Academicos vt ambirent, auctor fuit.

Mores.

Negligit honores Academicos.

Eam

quibus omnes ſui ſeculi homines longe ſuperauit. Coſmographus ſummus, & Aſtronomus perfectiſſimus: cui nemo vnquam par exſtitit in Aſtronomicis inſtrumentis excogitandis.

Celebritas eius.

Hæc ſtudia illum non ſolum Germanis doctis, qui, abſit inuidia dicto, Mathematica feliciſſime tractant, admirandum reddiderunt: ſed etiam exteris & principibus ſummis, potiſſimum *Carolo V. Auguſto*, commendatiſſimum & chariſſimum effecerunt. Hic enim illum ad ſe accerſiuit Ingolſtadio, Boiorum vrbe, vbi Mathemata tunc docebat florenti in Academia: hic Apianum ob magiſterij fidem præſtitam & equeſtris dignitatis ornauit titulo, & honoribus donisq; auxit ampliſſimis.

Carol. V. Mathematum ſtudioſus.

Apianus eidem charus.

Vt itaq; gratum Auguſto animum quo poterat modo probaret; inſigne illud opus ei dedicauit, quod *Aſtronomicum Cæſareum* vocatur, vel liber *Coſmographicus*, ſiue *Geographica inſtructio*: cui eſt adiectus *Quadrans vniuerſalis*, & *inſtrumentum Aſtronomicum* Quod ſcriptum quanti ſummus Monarcha fecerit, ex dono vere regio *trium millium aureorum nummum*, quo præter expenſas alias auctorem remunerauit, nemo non videt. Ipſe *Apianus* quoque & *Bartholomæus Amantius* poëta, collegerunt ſummo ſtudio ac maximis impenſis, liberalitate D. *Raimundi Fuggeri*, inſcriptiones ſacroſanctæ vetuſtatis totius fere orbis, expreſſis vbique figuris perquam eleganter. Edidit & alia ad rem Aſtronomicam & Geographicam facientia, quæ Bibliothecæ recenſent.

Scripta eiuſdem Apiani.

Donum Cæſ. pro vno opere Apiano datum.

Matrimonium & liberi.

Vxorem habuit *Catharinam Landshuttanam*, matronam bonam bonis prognatam: plurium vtriuſq; ſexus liberorum matrem. Ex ijs *Philippus*, quem ſecundum, priore cognomine demortuo, appellauit, domi à parente in ijſdem Mathematicis diſciplinis edoctus, Ingolſtadij patri ſuffectus eſt. Is vere patriſſans etſi ab alijs publicis ſcholis ſæpius honorifice inuitaretur extra patriam: maluit tamen patriæ prodeſſe: præſertim cum & domum haberet ornatiſſimam; & patrimonium non exiguum: vnde commode viuere poſſet. Pater ſub finem ætatis difficili & acuta nephritide miſere eſt vexatus: è qua diem etiam obijt ſuum, anno quinquageſimoſecundo, ſupra ſeſquimilleſimum, die vigeſima prima Aprilis, ætatis quinquageſimo ſecundo, cum eruditorum luctu, & rei literariæ iactura.

Philip. Petri filius.

Morbus & mors Apiani.

Epicedion ei ab Adamo Siberto ſcriptum.

Luxerunt eum boni & docti omnes, interque eos *Adamus Siberus* hoc epitaphio carmine:

Hos Apianus habet tumulos: da pinguia thura:
Sparge roſas, manes & veneranda pios.
Edidit hunc, nequiit qua viuere, Miſnia: ſemper
Præſtantes agitant fata ſiniſtra viros.
Excepit tellus & fouit Norica: clara
Et fama docto nomina ferre dedit.

Iura

tempestiua hilaritate conditam, more gentis suæ, agebat: erat in eo tamen tum in vultu tristis quædam seueritas, tum in verbis, tum etiam vocis asperitas: vt durior & acerbior quibusdam videretur. Ficta, simulata, commentitia, ostentationem, vanitatemque omnem mirifice oderat, leuitatem atque mobilitatem vehementer auersatus. Idem officij supra modum memor, inque eo exequendo diligens. A Melanchthone non raro impetrabat; vt operas ille doctrinæ suæ instrueret, eamq; ob causam nonnunquam Wittembergam excurrebat. Ibi sæpius fores conclauis obsidebat; vbi sciebat Melanchthonem aliquid cõscribere, quod sibi traderetur: nec quenquam aduentãtum admittebat: ne instituta opera interpellando impedirentur. Obstitit autem effectionibus doctrinæ; quod nullum manuum vsum haberet, quarum dextram casu, de ędificio exstrui cępto, in terram puer adhuc delatus fregerat, & gestabat de curatione mala eneruatam atque inutilem. Denique vsque adeo cupidus fuit benefaciendi alijs, & subleuandi egestatem tenuium, vt & suas, nequaquam copiosas facultates, in aliorum commoda impenderet, neque puderet eum vndique, quod pauperibus tribueretur, corrogare etiam mendicando. Præter disputationem de missa, contrà Sidonium Mersburgensem Episcopum, & aliam de omnibus Ecclesiæ doctrinæ capitibus, scripsisse eum bibliothecæ nihil indicant. *Ioachimus Camerarius in vita Melanchthonis.*

Et mores.

Diligentia singularis.

Debilitas corporis.

Beneficentia.

Scripta.

PETRVS APIANVS.

O. 1552. d. 21. Aprilis. ætat. 52.

DIgnissimum semper iudicatum memoria est Philosophi illud* pronunciatum: Τῶν ἀφανῶν εἰ καὶ κατὰ μικρὸν ἁπτόμεθα· ὅμως διὰ τὴν ἀκριβειαν καὶ γνωρίζειν ἡδὺ, ἢ τὰ παρ' ἡμῶν ἅπαντα Quo significauit, in arduis ac sublimibus, qualia sunt cælestia, aliquo saltem vsq; progredi, cum voluptati esse summæ tum gloriæ sempiternæ. Quod si ita est, vt est, singulari cum honore perhibendus hic nobis venit *Petrus Apianus*, vulgo ab apibus Bienewitz dictus; rei Astronomicæ scientia seculo superiore clarissimus: summisque viris non solum in spacijs & vmbraculis Academiarum agentibus, sed etiam ad Reipubl. clauum maiestate timenda sedentibus carissimus.

* *Arist. l. 1. de part. animal. c. 5. In sublimibus pauca scire, magnum.*

Patriam habuit *Leisnicam*, oppidum Misniæ subobscurum, sed tanti viri ortu iam clarum. Ibi honestissimis natus parentibus, magno puer ingenio præditus, literarum elementa feliciter & mature percepit. Postea tum in studia humaniorum disciplinarum omnia, tum præcipua quadam diligentia in Mathemata incubuit, quibus totum ætatis tempus impendit: & in quibus

Leisnica Apiani patria.

Mathematum studiosus Apianus.

menti ſemper fuiſſet; eum abſque teſtamento deceſſiſſe. Berzius quidē ipſius affirmauit; ſibi, cum mortem adeſſe ſentiret, demandaſſe: quid ſibi, quid alijs legaret. Sed hæc abſque ſcriptura, abſque teſte. Itaque in controuerſijs petitorum bona eius abſque poſſeſſoribus conſignata aliquamdiu iacuerunt. *Bibliotheca* tamen Senatui ciuibusque legata & conceſſa eſt ex ſententia petitorum, & famuli teſtimonio; qui heri eam dixit extremam fuiſſe voluntatem.

Sepultura. Cadauer *Argentorato Seleſtadium* aſportatum eſt: vt patriæ, à qua animam acceperat, etiam cadauer reſtitueretur; ad ſepulturam, & ad doctiſſimi ciuis, optimi viri, clariſſimi hominis memoriam. *Ioannes Sturmius in narratione præfixa Germaniæ Rhenani.*

BERNHARDVS ZIGLER.

O. 1552. d. 1. Ian. æt. 56.

Zigleri familia nobilis.

BErnhardus *Zigler*, ab amicis *Laterenſis* nominatus, in Miſnia ex equeſtri familia naſcitur, anno nonageſimo ſexto ſupra mille quadringentos, die decimo Nouembris. Etſi autem natales erat nactus illuſtres; tamen, iuxta poetam,

Et genus, & proauos, & quæ non fecimus ipſi,

vix ſua putauit, veramque eam laudem duxit, quæ propria virtute nititur. Itaque à puero ad literarum humaniorum ſtudia gnauiter incubuit, ac Lipſiam admodum adoleſcens miſſus, ſub diſciplina optimorum præceptorum tantos fecit progreſſus: vt teſtimonio philoſophico fuerit ornatus. A parentibus deinde cænobio mancipatus fuit, religioſa quadam illorum temporum deuotione adductis: ſed paulo poſt clauſtro relicto, totum ſe Theologiæ & linguæ ſanctæ cognitioni dedidit, in qua hoc eſt conſecutus, vt & Theologiæ doctor ſalutatus, & ad docendam linguam Hebræam Lipſiam fuerit accerſitus.

Lipſiam mittitur.

Inde cænobio mancipatur. Theologiæ & Hebrææ linguæ ſtudet.

Ad eam docendam Lipſiam vocatur.

Vbi & moritur.

Docuit itaq; in Academia illa literas ſanctas cum fructu auditorum, geſſitq; magiſtratus ſcholaſticos cum dignitate publica & vtilitate, priuatim vixit omnibus cōmodus, nulli grauis: donec ex hac vita abijt anno *quinquageſimo ſecundo*, ſupra mille quingentos, eius die primo, hoc eſt, calendis Ianuarij, ætatis ſuæ quinquageſimo ſexto. Poſtridie funere honorifice elato, parentauit ei *Ioachimus Camerarius* oratione Latina, Germanice deinde verſa. Ac iucundam eius conſuetudinem & accuratam conſiderationem atque ſolertiam in multis ſacræ Scripturæ locis interpretandis ſæpe requiſiuit *Melanchthon*: & mortuum crebris gemitibus deſiderare ſe teſtatus eſt.

Eruditio eius.

Fuit vir ingenio, doctrina, Hebraicarumque literarum ſcientia ea inſtructus, vt in iſtius linguæ cognitione facile omnes in illis regionibus primas ei concederent. Et quanquam vitam tempe-

Fuit enim in respondendo perfacilis & perhumanus. Ex Theologis nostratibus magno amore & pietate *D. Hedionem* est prosecutus. Pluribus amicus, nulli inimicus fuit: ipse etiam nullius fuit lacessitus iniuria. Nam quod Aquæus eum in cõmentarijs Plinianis reprehendit, cui respondit humaniter: nihil habuit cõtentionis aut odij ea disceptatio. Tempora studijs, quæ erãt quotidiana absque intermissione, ita per vitam partitus est: vt *vesperi plus nocti, quam mane diei adimeret* Animi gratia quoties cœlum inuitabat, quotidie hora aliqua pomeridiana, post lectionem aut scriptionem domesticam, in hortos suos suburbanos exire deambulatum solebat. Prandio horã *decimam*, cœnæ *sextam* dederat. Victus quotidianus salubris magis, quam delicatus aut exquisitus erat. Eadem fuit in cultu frugalitas. Domum quoniam libidinibus & impudicitiæ clausam tenuit: comessationes admittebat nullas: conuiuia rara, eaq; optimis parabat. Erasmus bis apud eũ hospitio vsus fuit, Basilea ad ipsum amoris causa profectus. Et quanquam domi solitudinem propter studiorum rationes suamq; naturam amabat: foris tamen frequenter cũ amicis conuiuabatur. In moribus eius nulla durities, nullus fastus, nulla ostentatio, nulla de se cõmemoratio. Cumq; plurima legisset, scripsisset, audisset: nemini se antepo suit: in religione, ne quidẽ quid ipse sentiret, solebat enunciare. Oratio eius pura est, & copiosa, stylo artificioso; absque imitationis tamen exempliq; vestigijs: sed emendatior perfectiorq; annis reddita est. Nam aliud in dicendo genus est in vita Geileri: quam Argentorati anno M. D. X. conscripsit: & aliud in postremis lucubrationibus. Valetudine fuit non incommoda, nec vllo vnquam deiectus ante ætatem, prope actam, morbo: præter eam suspicionẽ, quam de matrimonij consilio diximus. Quanquã fluentibus semper erat oculis: quod vitij ei etiam in adolescẽtia fuisse *Sapidus* dixit. Illud vero in valetudine memorabile est: ꝙ post connubium inter se & vxorem constitutum; talis fuit statim significatio morbi: vt nulla fuerit cohabitatio, nulla etiam consuetudo: tametsi eam pro vxore victu cultuq; domi nõ suæ, sed mulieris, sustentaret. Ex famulo recognitum est: tantam fuisse vesicæ imbecillitatem, vt vrinam continere non posset: eamq; perpetuo vasculo vitreo exciperet. Idcirco medicorum consilio, postquã curari non potuit, profectus ad balneas Badenses est. In quibus non alleuatio morbi; sed tanta exacerbatio exstitit: vt inde Argentoratum deportatus, impatiens propter imbecillitatem vectionis, ibi diem suum obierit, 13. cal. Iun. an. Chr. 1547. ætatis suæ 62. Et mortuus est intestatus, ꝙ mirum: hominem summi semper otij, maximæ prouidentiæ, cupidissimum honestatis, amantissimũ existimationis bonæ: cuius bona essent circiter 8000 *aureorum* æstimationis Argentinẽsis, paucorũ & obscurorũ heredum: cui factio testa-

Ordo studiorum priuatorum Rhenani.

Dieta eiusdem, & vita interior.

Modestia Rhenani.

Genus orationis.

Valetudo.

Abit Valetudinis causa ad balneas Badenses.

Obitus Rhenani.

Opes Rhenani.

Beatus est beatus; attamen sibi.

Qualis in religione.

In religione probauit, quod præcipuum est, doctrinæ lucem; & improbauit, quæ pestiferæ semper fuerunt, doctrinæ tenebras. Sed omnia hæc priuatæ conscientiæ sunt, in quam inquirere nostrum non est. Vixit, dum vixit, absque vllo maleficio, vllave iniuria; vixit temperanter: vixit vitam philosophicam. Conuertit è Græco in Latinum duas *Gregorii Nazianzeni ad Themistium epistolas* Illustrauit *res Germanicas*; iuuit patriam libris tribus, in quibus doctrina ampla & iudicium acutum elucet. *Tertullianum, Tacitum, Plinium, Liuium*, commentariolis purgauit, explanauit, & prope restituere integros conatus est. Neq; leuem sane operam in *Velleio Paterculo*, scriptore plane lacero, & tenebris obruto insumsit: dum eum ita expurgauit; vt post magna cum gratia legi potuerit. *Eusebii* præterea *historiam Ecclesiasticam*, quam tunc Græce nusquam potuit conquirere, ita adornauit, vt nisi Græca prodijssent; vix aliquid fuisset in qa desideratum. *Origenis operibus epistolam* præfixit, quæ pleraq; de vita obituque Erasmi cognitu digna continet: vt de minutioribus taceamus, qualia sunt quæ edidit *scholia in ludum Annæi Senecæ* de morte Claudij Cęsaris; & *in caluitii encomium* auctoris Synesij; item *præfationes* variæ, varijs præmissæ libris. Id ex ijs, quæ scripta diuulgauit, & ex literis ad amicos missis, & ex sermonibus constat: antiquitatis eum studiosissimum fuisse: ad cuius imitationem multa Selestadij cum publica tum priuata ædificia inscriptionibus aut picturis exculta passim olim visa sunt. Vno dicam verbo, fuit vir bonus & doctus; imo optimus & doctissimus. Patrimonium principio à patre mediocre exspectabat: & viuere cum patre liberaliter potuit: præsertim cum auunculus *Renardus Kegelius* sacerdos, bona sua ei testamento ad patris bona addidisset. Huius hereditate & patrimonio, quod à parente vtroque habuit, contentus: primum præcipuumq; vitæ suæ munus esse arbitratus est; *literas colere, & ex literis prodesse rebus mortalium* Quamobrem vbi satis se Basileæ fuisse existimauit: domum reuersus est: cum annos ad *triginta quinque* natus esset: incensa, disceptationum inimicitijs, inter Pontificios & Lutherum religionis contentione: in cuius societate propter ingenij placabilitatem esse noluit. Postridie quam Basilea propter patris valetudinem vocatus aduenisset: pater diem suum obijt. Adduxerat secum Basilea famulum, *Rodolph. Berzium*, cuius postea per vitam opera semper est vsus: & præter mulierem vetulam & Rodolphum, neminem ea domus habuit. Inter amicos Selestadij inprimis *Beato Arnoldo*, & *Iacobo Spigelio* vtroq; Caroli Imp. consiliario, familiarissime vtebatur. Quos coram amplecti nõ potuit amicos; eorum beneuolentiam missionibus literarum retinebat.

Scripta.

Patrimonium Rhenani.

Redit domum Basileæ.

Amici eius.

Fuit

flammam antequam sentias excitare. Credibile etiam est, non ratione solum, sed etiam natura à connubio Rhenanum abstinuisse, quod ex patris iactura sensuque intelligitur. Nam post matris obitum multis annis cum pater solus cum ancillula vetula domi rem curaret: Ioannes Myllerus fur quidam ingenioso inuento ex vini dolijs, quæ in vestibulo erant, interdiu per dies complusculos ædium notatis locis; postquam *mille quingentos*, Argentinensis precij, aureos patri ex arcula abstulisset: per literas à *Sapido Rhenanus* petijt, vt patrem consolaretur ea ratione; quod ipse ex literis & à præceptoribus cognouisset, talia & accidere hominibus sæpe posse: sæpe etiam sapientibus ac bonis accidisse: & tamen esse ferenda non solum mediocriter, verum etiam forti atque alto animo. Respondit pater: *Non se de eo damno solicitum esse, sed magis dolere, filium à matrimonio abhorrere: & potius se successorem videre hereditatis, quam patrem familias alium: propterea quod de vxore non cogitaret.* Non tamen plus potuit patris votum, quam filij natura, quæ cuiusmodi fuerit, in ætatis cursu potuit animaduerti. Vitæ enim vt tranquillæ appetens, ita solicitæ fugiens erat, vt in ea ætatem degere posset; à *Carolo* Cæsare priuilegium ciuilium vacationum obtinuit, quo liber in patria esset etiam à senatorijs & forensibus laboribus.

Furto pecuniæ patri Rhen. ablatæ.

Priuilegium ciuilium vacationum Rhenanus impetrat.

Fortassis hæc vna causa fuit vitæ cælibis, in qua minor est solicitudo atque molestia; quam in matrimonio: cuius tamen cupidum fuisse post apparuit. Paucis enim ante vitæ finem annis *Annam Brunoniam* viduam sibi despondit, mulierem existimationis bonæ. Et cum omnes mirarentur, quid causæ esset, quod nuptias solennes non celebraret: tandem à medicis cognitum est, è vesicæ doloribus laborasse: cuius etiam exulceratione interijt. Probabilis coniectura est; inde à iuuentute, & ab ætatis flore præsensisse id malum, quod cum senectus frigida nonnihil sedasset, sperata salute instituit, quod perficere non potuit, connubium.

Tandem vxorem ducit.

Vesicæ doloribus interit.

Sed iniqui sumus, qui *aliorum consilia & conscientiam perscrutamur; nostram negligimus*: inique etiam egerunt, qui liberalitatem ab eo requirebant. Quam enim liberalitatem exercere potest, cui satis est rem mediocrem conseruare, & animus non est eam amplificare ita, vt liberalitatem ferre posset? Laudabile est, si in facultate non ampla absit auaritia. Conuiuia sumtuose parare, preciose vestiri; locupletis familiæ, non sobriæ vitæ est. Existimauit naturæ & conscientiæ suæ conueniens esse; domi priuatim & temperanter, nullo fastu, nullis contentionibus viuere; in sua bibliotheca versari, conuiuia non magnifice domi instruere; sed ea cum amicis per interualla celebrare. Valeat ergo ille iocosus versus, cuiuscunque fuerit:

Iocus in Rhenanum.

& humanitatis, & pudicitiæ laude fuit cõmendatus. De *pudicitiâ* conſtat: quod non ſolum abſq; crimine, ſed etiã abſq; ſuſpicione criminis ad exitum vſque vitæ vixerit. Etiam de *humanitate* clarum eſt: neq; in amicitijs durum, neq; in familiaritatibus ſeuerum, neq; in congreſſionib. difficilẽ fuiſſe. De *innocentiâ*, quæ ab iniuria ſemper remota eſt, nihil viſum, nihil auditũ ab eo, aut factum, aut ſuſceptum, aut inſtitutũ eſſe: in quo poſſet culpari; niſi illud ſit, in quo maior voluptas eſt, quã eſſe poſſit reprehenſio. Fuit Argentorati Doctor *Ioan. Geiler* Theologus, vir, vt eius tẽporis homines loquuntur, & vt ex eius cõcionibus poteſt intelligi, ea ætate in populo docendo ingenioſus, & in vita innocens atq; probus, & populo non ſolũ gratus, verum carus etiã & honoratus; in cuius locum, mortuo *Petro Vicramio*, qui ante ſucceſſerat, D. *Caſpar Hedio*, non minore gratia, ſed difficiliore tempore, eſt ſubſtitutus. Geileri vitam Rhenanus ex Gallia reuerſus, cum Argentorati apud librariũ Schurerum ageret, conſcriptã diuulgauit. In qua de Virginibus noſtri ſeculi pœnitentialibus meminit; quarum religionẽ in cæteris eius ætatis religionum ceremonijs plurimum Geilerus amauit. In quo ſcripto Rhenanus his verbis ſcribit de iſto virginum collegio: *Has tum luxu & delitijs diffluerent; nec pudicitia ſic tuta ſatis videretur; ſub arctiorem viuendi regulam redegit.* Quibus verbis exacerbatę fœminæ, iniuriarum inſtituerunt cum Rhenano agere. Et niſi compoſita offenſio fuiſſet per viros, qui tũ erant cum auctoritate: metuenda erat ex delatione nominis, Rhenano ex Vrbe condemnatio. Hanc ſolã nouimus eius contentionem: cæteroquin nullis fuit prouocatus inimicitijs, neq; ab eo quiſquam vlla vel percuſſus vel appetitus iniuria; fuitq; probatis omnino moribus. Quanquã nonnulli fuerunt, qui in eo *fortitudinem*; nonnulli qui *liberalitatẽ* requirerent; quæ vitia ſi in eo fuerunt; tamen abſq; vllo publico detrimento fuerunt: & temporibus eiuſq; naturæ & vitæ inſtituto adſcribenda. Nemo enim aliquid ſuſcipit, quod Reip. periculoſum ſit: niſi aut excelſi ſit, aut temerarii animi. Mediocritas omnis pacẽ publicam ſequitur: ocium ſingulorum amat: & quod his aduerſariũ eſt, extimeſcit. Mauult enim priuatim cum omnibus pati: quam paucis auctoribus moliri: in quo incertos & periculoſos oporteat exitus extimeſcere. Quanquã etiam Rhenanũ & in patrimonio cõſeruando peperciſſe, & in matrimonio coëũdo ſuæ naturæ diffiſum, & in religione ſuſcipienda timuiſſe animaduertatur; tamen hæc ipſa talia ſunt, vt potius prudentiæ laudem mereantur: quam timiditatis vituperationem. Nam quanquam veriſſime à D. Paulo ſcribitur: nubere melius eſſe, quam vri: tamen non vri, eſt optabile; & reprehendendum eſt; temere contrahere matrimonium; & ſtultum,

Iohan. Geiler

Eius vitam deſcribit Rhenanus.

Inde Rhenano controuerſia.

Quid in Rhenano quidã deſiderarint.

Vitæ mediocritas.

Cur celebs Rhenanus vixerit.

flam-

ingœnijs etiã hominum accidit: vt qui meliore indole præditi sunt, illi meliora studia sequantur, & elegantiã barbariæ anteponant. Id quod Beatus siue sua sponte, siue hortatu familiariũ, siue exẽplo aliorum fecit: & eos audire maluit: qui aut vtramq; linguã, Græcam & Latinã, tenebant: aut qui sermonem Latinũ, ad elegantiã artium potius, quam ad earum fædationem tradebant. Sed inter condiscipulos Lutetiæ cum ætate parẽ, tum industria & doctrina æqualem habuit *Michaelem Humelbergium*: quo plurimũ in cõmentationibus studiorum, & eorũ, quæ audierant, vsus est. Nam *Sapidus* vtroque annis suppar erat: cõtra etiam *Wimphelingius* maiore erat in obseruantia propter ætatẽ & æstimationẽ: quã in amicitia esset propter studia iuuentutis. *Michael Humelbergius.*

His initijs & artium & linguarũ instructus, & in Germaniã reuersus haud diu in patria hæsit: & primũ *Argentorati* aliquot annis constitit: postea *Basileam* profectus est: vt magis excoleret ea, quæ didicerat: & vt qui cursus conficiendus esset in Philosophorũ literarumq; Gymnasijs, eum non desereret ante, quam ad metam peruenisse videretur. Cõmodum tum ex Italia venerat *Ioan. Cono* Noricus: qui Græcã linguã ibi ab eruditissimis hominib. cognouerat: cõmodum etiam illud, quod *Ioan. Amerbachius* D Hieronymi libros diuulgare instituerat: qui vt hi emendatiores in lucem irent, Cononem ad se domũ hospitio inuitauit: eoque non solum in emendando Hieronymo adiutore: verum etiã in liberis erudiendis præceptore, est vsus. Itaq; cum *Brunone, & Basilio, & Bonifacio Amerbachius* fratribus, *Cononem* Græcos scriptores interpretantem audiuit: quẽ etiam mortuum cum pietate coluit. Exstat enim Basileæ Epitaphiũ monumentum: quod Rhenanus hoc titulo Cononi constituit: D.O.M.SACRVM. Τὸς ἀγαθὸς κὴ θανόντας ἐυσεβεῖν δεῖ. Eo in Epitaphio præceptori suo quinquagenario, anno 1513. mortuo, Theologiæ & linguæ Græcæ atq; Latinæ scientiam, vitæq; integritatem, & studium iuuandarum literarum tribuit. Mortuo Conone aliquot annos Basileæ, propter loci salubritatem atq; amænitatem, & ob doctissimorum hominum, optimorũ virorũ consuetudines atq; familiaritates, mansit: *Amerbachiorum* scil. *Frobeniorum, Ludouici Beri* Theologi, *Claudij Cantiunculæ* Iureconsulti, *Henrici Glareani, Guilielmi Nesenj, Ludouici Carini, Nicolai Briseri, Pauli Phrygionis, Marci Bersij*: cum quibus aut amice, aut familiariter, aut domestice viuebat. *Rediit in Germaniam Rhenanus. Vrget cursum studiorum. Ioan. Cono Amerbachiorum & Rhenani præceptor. Cononis epitaphium à Rhenano scriptum. Cur substiterit Basileæ Rhenanus.*

Sed posteaquam *Erasmus Roterodamus* eodem aduenit: fructum ibi tum se Basilienſis vitæ percipere putauit: quem ita reuerenter coluit, & ita ab eodem amatus fuit: vt par esset, & in Rhenano obseruantiæ, & in Erasmo amoris significatio. Nam vt de moribus eius dicamus, & de cæteris animi ornamentis, præter excellentẽ doctrinam, dum vixit, innocentiæ, *Erasmi cum Rhenano amicitia. Mores Rhenani.*

luit: & literarum causa ad alias gentes proficisci. Credibile est, non solum naturæ bonitate patrem eò impulsum esse: verum etiam auctoritate Rerump. atque principum, & exemplo doctorum, & hortatu amicorum: vt heredem vnum literarũ doctrina velleta puero eruditi. Nam cum primum idonea ætas esse cepit; *Crationi Vdenhemio* datus ad instituendum est: qui tum Selestadii literas docuit: magna & morum grauitate, & doctrinæ opinione, prout illa erant Germaniæ tempora, viro: quo mortuo, *Hieron. Gebuilero* traditus, spe statim de principio apud vtrumq; bona, eos fecit progressus, vt cæteris discipulis inferiorum ordinum præficeretur, & diligentiæ & profectus causa: quemadmodum ex *Io. Sapido* intellectum est: qui se vnum ex ijs fuisse dixit: quibus fuit præfectus, & quos non solum docuit: verum etiam castigauit.

Rhenani præceptores primi.

Lutetiam mittitur.

Post hanc disciplinam missus *Lutetiam* est: quo etiã Sapidus tertio post anno subsecutus, Beatum domi *Arist. Oeconomica* explicantem audiuit. Florere ea ætate ceperunt magis, quã antea, in Gallia & Germania literæ Græcas enim tum Lutetiæ *Georg. Hermonym* Spartanus docuit: quem diu multumq; audiuit: & Dialectica Physicaq; *Iac. Faber*, eiusq; discipulus *Iodocus Clytoueus*, explicabant: quorum vtriq: fuit familiaris. Fuit circa idẽ tempus Lutetiæ *Eras. Roterodamus*: qui primum Adagiorũ diuulgatione cepit magis, quam antea, inclarescere. *Faustus* etiã *Andrelinus*, ibi magna auditorum frequentia poëtas docuit: & epistolas suas adagiales conscripsit: vter ab altero prouocatus, à Faustone Erasmus, qui adagia prope Latinæ Græcæq; linguæ omnia collegit & digessit: an ab Erasmo Faustus, qui quãplurima paucis rerum argumentis contexuit: incognitum est.

Faustus Andrelinus æmulus Erasmi de adagiis scripsit.

Bona literarum conditio, sed quondam.

Honos alit artes.

Bona tum temporis literarum conditio fuit: quæ diuturna & inueterata barbarie suppressæ, posteaquã in lucem reuocari ceperunt, magnum sui desiderium excitarunt: tum natura sui, quæ est suauissima, tum etiam præmiis, laudibus, honoribus: *quæ omnia nostris moribus sublata, inopiam breui pronunciant non solum doctorum hominũ, verum etiã studiosorum.* Is huius temporis status magno adiumẽto Beato Rhenano fuit. Nam primi præceptores, Crato & Gebuilerus, tametsi pro doctis & bonis habebantur: tamen bonitas in ijs maior, quam doctrina fuit. Occupabant enim tum adhuc literarum gymnasia *Alexand. Grammaticus, & Petrus Hispanus* Dialecticus, & *Tartaretus* cõmentator, & in Theologia plus poterant auctoritate *Scotus & Lyra*, quam ij ipsi scriptores, quos sunt interpretati. Id etiam quod ex Aristotele, & cæteris scriptoribus Græcæ Philosophiæ tradebatur, non solum verbis impurum, verum etiam sententijs aut obscurum erat, aut depraua tum, aut falsum.

Autores seculo barbaro propositi.

Ingenia plantis similia.

Sed velut in plantis & herbis fit, in quibus quæ probæ naturę sunt, eæ meliores succos è solo ad coalescendum exugunt; ita

nibus, aut ſubitis abſumptum eſt: quæ cauſa nonnullis inde migrandi fuit. Ex hoc loco quoniam pater aduena Seleſtadij erat; *Antonius Rhenanus* eſt cognominatus. Aliquoties ex Beato filio auditum eſt: ſæpe ſe pœnituiſſe; quod aduentitium nomen retinuerit; auitum non vſurparit. Nam maiores eius *Bildii* antiquitus appellabantur. *Nomen Rhenani vnde.*

Fuit *Antonij* pater, diligens ſuarum rerum paterfamilias: qui cum artem lanioniam præcipue factitaret; ex parua pecunia, quam Rhenaco apportauerat, parſimonia & adſiduitate mediocriter magnam confecit; ratione bona, vt in Senatum paucis annis fuerit delectus, & conſulatum geſſerit: & functus ſit omnibus eius vrbis muneribus. *Pater Rhenani.*

Hoc parente generatus fuit *Beatus Rhenanus* anno Chriſti *octogeſimo quinto*, ſupra *mille quadringentos*; Friderico tertio Imperatore Auguſto, Pontifice Innocentio octauo; rege Galliæ Ludouico vndecimo. Eodem quo natus fuit anno matrem amiſit *Barbaram Kegeliam*; cuius virtutem mariti Antonij vita vidua comprobauit. Nam eadem quæ prima, etiam poſtrema vxor fuit: cum vnus ſolum filius eſſet Beatus, patris heres, idque ante ætatis flexum. Ex familiaribus Rhenani auditum eſt, poſt filium natum & vxorem mortuam vltra *trigeſimum quintum* filij annum peruenisſe; neque ſuæ vitæ attigiſſe annum *octuageſimum*. *Natiuitas Rhenani.* *Mater.*

Ergo in ſpe pater non concepta, ſed confirmata de filij probitate mortuus eſt: & filius ſeculo literarum non infelici fuit natus. *Angelus* enim *Politianus* vſque ad vigeſimum quartum annum Beati Rhenani vixit: intra quod tempus etiam *Hermolaus Barbarus*, qui ante Politianum natus fuit, & *Ioannes Picus Mirandula*, *& Theodorus Gaza*, *& Georgius Trapezuntius*, *& Marſilius Ficinus*, *& Iouianus Pontanus* literarum laudibus floruerunt. Quanquam in Germania eo tempore infantia adhuc ſtudiorum & literarum fuit. Nam præter *Rodolphum Agricolam Alexandri Hegij* Magiſtrum & *Erasmum Roterodamum*, Hegij diſcipulum, Germania nihil magnum atque præclarum in literis viderat. Sed tamen horum ſcriptis probabile eſt; & ex eius ævi hominibus intelligitur, iſtis exemplis tum excitata fuiſſe adoleſcentum & iuuenum ingenia, ad maiorem non modo doctrinarum, ſed etiam ſermonis atque linguæ puritatem. Adoleſcebant eadem tempeſtate ſtudia *Melanthonis*, qui duodecim annis, niſi fallimur, minor erat. Apparet etiam ex hiſtorijs, Pontifices & Imperatores, & Reges, & Reſpub. delegiſſe ad ſua conſilia homines eruditos: quibus Maximilianus cumprimis fuit delectatus. *Seculo quali natus Rhenanus.* *Primi inſtauratores literarum in Italia.* *In Germania prima literarum infantia.* *Honos literis habitus olim.*

Hiſce hominum temporibus homo mediocriter locuples; vnius filij pater; mortua vxore, filium literis deditum eſſe voluit:

generalia ex regulis Arithmeticis de minutijs Physicalibus, pro vsu earundem necessaria. Exstant eiusdem *globus Astronomicus*, & libellus cum ipso instrumento excusus. Opera eius vniuersa Norinbergæ excusa sunt, in vnum volumen congesta anno quinquagesimo primo: quorum Elenchum exhibent Bibliothecæ, quo lectorem auidum remittimus.

Obitus Schöneri.

Præclare itaque de re literaria vniuersa meritus, in viuis esse desijt Norinbergæ anno Christi quadragesimo septimo, die decimo sexto Ianuarij, exacte septuagenarius.

Epitaphium ei à Melanchthone scriptum.

Philippus Melanchthon, quo fuit erga veterem amicum animo & in disciplinas præsertim Mathematicas studio, hoc defunctum Epitaphio ornauit:

Astrorum motus, & fata regentia mundum
Qui norunt, multos Francica terra tulit.
Hesperus at quanto, quam cætera sidera, fulget
Splendidior, vultus sole tegente suos:
Tantum præ reliquis caput extulit vnus & alter:
Secula vix maius prisca tulere decus.
Regius alter erat, cui mons cognominis vsum,
Et natale solum, primaq; tecta dedit;
Qui procul Ausonia decessit in vrbe IOANNES,
Artis ibi specimen cum daret ipse suæ.
Alter ab hoc vixit Schonerus, laudibus artis
Non tamen inferior, quam fuit ille, suæ.
Nostra quoque hu ducibus peragrarunt lumina cœlum,
Barbarico fuerant quæ vitiata luto.
Vtq; fere extinctam reuocauit vterq; Matheſin:
Sic tantum peperit laudis vterque sibi:
Terra tibi quantum Bœotica fortis Orion,
Et Libyæ Atlanti debuit ora suo.
Hoc igitur busto Schöneri membra quiescunt:
Ipsa adiit mens quos viderat ante polos.

Ioachimus Camerarius in vita Melanchthonis: Gesnerus in bibliotheca: Reusnerus in Iconibus.

BEATVS RHENANVS.

O. 1547. die 20. Maii, at. 61. m. 4.

Rhenatum patria Beati

BEato *Rhenano*, oppidum *Rhenacum*, vnde pater *Celestadium* aduenerat, cognomentum dedit. Id oppidum, supra Argentoratum ad quatuor milliaria, Rheno alluitur; ab eodemque ex parte maiore alluuionibus aut diminutum le-

nibus,

Ast alter libros pulcris committere chartis
Adsuetus: studiis magnus vterq; fuit.
Credidit ex animo semper solam esse salutem;
Spemq; suam Christum, iustitiamq; meram.
Vnde vtrumq; DEVS magno dignitatus honore,
Vtrumq; ad superi transtulit astra poli.

Henricus Pantal. lib. 3. Prosopographiæ: & monumenta Basiliensium.

IOANNES SCHONERVS.

O. 1547. die 16. Ian. ætat. 70.

C*Arolostadii*, Franciæ orientalis oppido, hic anno *septuagesimo septimo*, supra mille quadringentos, die *decima sexta* Ianuarii, minutis septem ante vndecimam horam noctis, in hanc lucem editus: à tenera statim ætate literis imbutus est. E patria ad publicas scholas vberioris ingenij cultus causa missus cum omnibus artibus, quæ ad humanitatem pertinent, tũ inprimis non obscuro naturæ ductu Mathematicis disciplinis fuit deditus. Deinde ad eam, quæ est Ptolemæo pars *Astronomiæ*, præuidens futura, & occulta aperiens de cœli quadã inspecta facie, quæ nũc *Astrologia* proprie vocatur, sese cõtulit.

Mathematicis deditus studiis.

Et Astrologiæ.

In his igitur disciplinis tantum adsidua indefessaque diligentia profecit: vt & publice Mathemata doceret, & Astrologus æque atque Astronomus excellens haberetur. Non est abhorrens à vero, Melanchthonis ipsum scientiarum eiusmodi commendatione, plurimum inflammatum ad eaq; capessendum studium fuisse.

Norinbergam, vbi de Senatus amplissimi consilio ac voluntate, Melanchthone rem dirigente, Gymnasium apertum erat, anno vicesimo sexto, supra sesquimillesimum, inuitatus, vna cum *Eobano*, *Camerario*, *& Michaele Rotingo*, suo ipse loco rempubl. literariam fideliter ac feliciter iuuit: & studia Mathematum opera industriaque sua plurimum auxit atque illustrauit.

Accitur Norinbergam.

Ibi docet Mathesin.

Correxit & locupletauit *tabulas Astronomicas*: quas vulgo, quia omni difficultate & obscuritate carent, *resolutas* vocant. Ex quibus tum erraticorum, tum etiam fixorum siderum motus, tam ad præterita, quam futura, quantumuis etiam longa secula facilime calculari possunt. In publicum quoque edidit *Opus genethliacum* antecessoris sui Regiomontani, multis modis auctum & locupletatum. Nam in eo ipse multa, non modo ab alijs tradita, sed & à se longo obseruata vsu, in vnum corpus digesta explicauit planissime, & tanquã dissipatas ædificii partes exstruxit ingeniosissime. Præmittuntur tabulis *documenta*

Scripta eius. Tabulæ resolutæ ut dictæ.

Opus genethliacum Regiomontani.

Philosophia ex fontibus petenda.

Philosophiam autem non ex *lacunis* Latinis neque ex *triobolaribus compendiorum libellis*, vt ipse vocabat, sed ex ipsis fontibus atque Græcis auctoribus petendã existimabat. Itaq; ipsius Aristotelis libros Physicos publica in ἀκροάσει enarrauit: atque cum discentum admiratione docuit. Vsque adeo nimirum verum est illud in vulgus notum:

Dulcius ex ipso fonte bibuntur aquæ.

Dat & linguæ sanctæ & Theologiæ operam.

Quanquam autem ipse in omni genere literarum nulli esset secundus: tamen ætatis anno trigesimo quinto, Hebraicam etiam linguam, præceptore *Sebastiano Munstero*, addidicit: & cœlestium quoque literarum studio impensius incumbere cepit: eo fine, vt fundamentis fidei nostræ ex ipsis fontibus exacte cognitis, & cum aduersariis æquo Marte congredi, & Euangelij doctrinam propagare scribendo posset.

Ex itinere morbum cõtrahit eoque moritur.

Tanta φιλομαθίᾳ cum pergeret, sub autumnum anno Christi quadragesimo tertio, in Italiam ad principem euocatus, in viam se dedit: sed ob cœli intemperiem reuerti domum morbo contracto coactus est: ad quem accedente febri ardente, die Ianuarij vndetrigesimo, anno Christi quadragesimo quinto, magno cum luctu bonorum, præmatura morte, anno ætatis quippe vndequadragesimo, extinctus est, relictis filijs duobus Polycarpo & Hieronymo.

Scripta eius.

Transtulit *epitomen* septendecim librorum *Geographiæ Strabonis*, incerto auctore Græce scriptam. Scripsit præterea *præfationes* doctissimas & prolixas *in Græca Cl. Galeni opera*, & in *Almagestum Ptolemæi Latinum*, & in alios quosdam libros. *Aristotelis* etiam *opera* recognouit: & eorum quædam de Græco in Latinum sermonem transfudit: *censuram de Aristotelis dogmatibus* adiecit: *Analytica* posteriora *commentariis* illustrauit: plura huius generis ingenij ac doctrinæ monumenta relicturus, nisi mors inuidisset. Epigraphe monumenti eius Basi-

Epitaphium.

leæ legitur eiusmodi:

D. HIERONYMI GEMVSÆI
MED. ET PHILOS.
ET POLYCARPI FILI
TYPOGRAPHI:
QVORVM ILLE XXIX. IAN. ÆT XII. SAL.
M.D.XLV. HIC VERO III. MART.
ÆT. XXXIV. SAL. M.D.LXXII.
PIE DECESSIT.

Filius & Pater heic terra clauduntur eadem;
Heic Dominique tubam, gaudia summa, petunt.
Naturas rerum pater & medicamina nouit:
Cognouit Pallas quicquid amare potest.

Ast

HIERONYMVS GEMVSÆVS.

O. 1545. die 29. Ian. ætat. 39.

MVlhuſii, oppido ſuperioris Alſatiæ, Heluetijs confœderato, honeſtis parentibus *Gemuſæus* hic editus anno *quinto* ſupra *milleſquingentos*, cùm ingenio eſſet bono, & à ſtudijs minime abhorrente, de parentũ voluntate à puero literis operã dedit. In triuiali ludo rudimentis primis feliciter perceptis, ad publicas ſe ſcholas, & in his primo ad Baſileenſem contulit.

Mülhuſium patria.

Baſileam venit.

Vrgebant ibi tum operas ſcholaſticas, & literas magis magiſque ſuccreſcentes plantabant ac fouebant tũ alii doctiſſimi viri, tum *Henricus* ille *Glareanus*. Hoc Gemuſæus ductore & doctore vſus, ſingulari cum diligentia ad doctrinam eruditam & linguarum cognitionem Græcæ & Latinæ, incubuit: & inter æquales primas facilè obtinuit. Studium igitur adoleſcentis vt aleret & inflammaret Magiſter, diſcipulis reliquis eum præfecit; & ſuum interdum in docendo locum domi obire iuſſit. Ita enim fit, vt qui alios quacunque in arte informant, ſeipſos illi doceant & confirment.

Glareanus præceptor Gemuſæi.

Docet condiſcipulos.

Anno deinde Chriſti vigeſimo quinto, ipſius Gemuſæi vigeſimo, Decano artium Glareano, die 10. Februarij Philoſophiæ Magiſter ſiue Doctor publice ibidem eſt renunciatus. Artium igitur & linguarum cognitione cum inſtructus egregie eſſet; in Galliã, maioris ingenii cultus, & perſequendi curriculi Philoſophici cauſa profectus eſt. In quo tanto cum ſucceſſu verſatus eſt; vt ſubtiliſſimorum in Philoſophorum numerum merito ſuo admitteretur. Ipſum enim *Ariſtotelem & Platonem*, Græcæ doctrinæ principes, quod tunc temporis rarũ erat, ita euoluit; vt familiariter ſibi prorſus cognitos haberet: & res naturæ reconditas non ſine ingenii & acuminis laude perſpicue alijs explicaret.

Teſtimonio Philoſophico ornatur.

Abit in Galliam.

Cum ſtudio Phyſiologico coniunxit alterum huic affine, Medicinæ nimirum: inque eo ita elaborauit, vt Doctoratus quæ vocant inſignia, doctrinæ non proletariæ teſtimonium, *Taurini* anno trigeſimo tertio ſupra ſeſquimilleſimum, non tam à ſe experta, quam à Profeſſoribus oblata retulerit.

Medica etiã laurea.

Quamobrem ab eruditionis multiplicis egregia ſupellectile inſtructus, Baſileam rediit: ibique ei Philoſophiæ naturalis publice docendæ prouincia fuit demandata. Paulò poſt *Andreæ Cratandri* typographi filiam vxorem duxit: vtque ex ſoceri officina auctores optimi optime excuſi prodirent, diligenter curauit.

Docet Baſileæ.

Coniugium.

procedere potuisse. Rheticum inprimis hortabatur, vt stellarum inerrantium obseruationi operam daret: illarum potissimum quæ in signifero apparent, quod cum his errantium congressus notari possent.

Stellarum inerrantium obseruatio.

Opus reuolutionum, ab ipso adornatum, edidit discipulus eius Rheticus excusum Norinbergæ, eo quo auctor obijt anno. Inter viuos autem esse desijt Copernicus anno Christi quadragesimo tertio, ætate iam septuagenarius.

Opus reuolutionum Copernici.

Obitus Copernici.

De hypothesibus Copernici, nempe *de terræ motu, solisq; in mundi centro quiescentis* παραδόξῳ respondet *Gemma Phrysius*, non illa statui, tanquam necessario ita se habeant, neque aliter constitui possint: sed vt assumtis illis habeant artifices certam rationem motuum, correspondentem in cœlo conspicuis stellarum locis, tam pro tempore futuro vel elapso, quam pro præsenti.

De hypothesibus Copernici quid sentiendum.

Hypotheses *Ptolemæi* quoque etsi prima facie sint plausibiliores, quam Copernici; non pauca tamen absurde committere; neque tam euidentes habere τῶν φαινομένων causas, vt illæ Copernici.

Hypotheses Ptolemæi quales.

Quin si quispiam velit, posse illos motus terræ, quos præter duos primos ponit, ad cœlum referre, ac vti ijsdem canonibus calculorum. Nec vero Copernicus fecit hoc primus. Exstat adhuc liber *Archimedis de numeratione arenæ* in quo narrat *Aristarchum Samium* hoc paradoxum tradidisse; *solem stare immotum, & terram circum ferri circa solem.*

Aristarchi Samii paradoxum.

In opere etiam illo Reuolutionum demonstrat Copernicus (quod & *Reinoldus & Stadius* fecerunt) solis absida terris esse propiorem, quam Ptolomæi qui sub Adriano floruit, ætate, duodecim partibus, hoc est, vno ac triginta terræ semidiametris; vel, vt nos Germani metimur, *viginti sex millibus, sexcentis, & sexaginta milliaribus.* Id quidam, inter quos *Melanchthon*, ad corporum cœlestium terrestriumque tabescentem naturam referendum putarunt: declinari illa nempe, vt subluaria commodius solis calore foueantur: alij interpretati sunt, signum id esse; mundum breui igne conflagraturum. Sed *Iulius Cæsar Scaliger* vel scripturam spongijs, vel autores ipsos scuticis castigandos iudicat. Alij instrumentorum diuersitati adscribunt. Verum de his artifices. Pro Copernico exstat hoc distichon.

Sol an nunc propior terræ Bodin. method. histor. cap. 8.

Exercit. 99. s. 2.

Quid tum? si mihi terra mouetur, solq; quiescit,
Ac cœlum: constat calculus inde mihi.

Rheticus in præfatione Ephemerid. anni 1551. ad lectorem: Gemma Phrysius epistola ad I. Stadium.

HIE-

Qui dum secundarijs & tertianis, quartanis quintanis minutiis inhiant; integras interim partes prætereunt, neque respiciunt, & in momentis τῶν φαινομένων sæpe horis, non etiam nunquam diebus totis aberrant. Hoc nimirum est, quod in fabulis Æsopicis fit ab eo, qui iussus bouem amissam reducere, dum auiculis quibusdam captandis studet: neque his potitur, & boue etiam ipsa priuatur. *Fabula Æsopi.*

Scribit *Rheticus*, se cum *Copernico* de illa exquisitione quandoque contulisse, & quia in penetralia quasi siderum peruenire cupijsset, expostulasse. Copernicum ipsius φιλομαθῆς honesta cupiditate delectatum, molli eum brachio obiurgasse: & hortari solitum vt *manum* etiam *de tabula* tollere disceret. *Ego*, inquit Copernicus, *si ad sextantes, quæ sunt scrupula decem, veritatem adducere potero: non minus exultabo animo, quam ratione normæ reperta Pythagoram accepimus.* Difficultatis autem eius tum alias, tum potissimum tres esse causas. *Colloquium Rhetici cum Copernico.* *Tres causæ difficultatis in calculo.*

Harum *Primam* esse aiebat, quod animaduerteret, pleraque obseruationes veterum sinceras non esse: sed accommodatas ad eam doctrinam motuum, quam sibi vnusquisque peculiariter constituisset. Itaque opus esse attentione, & industria singulari, vt quibus aut nihil, aut parum admodum opinio obseruatoris addidisset, detraxissetve: ea à corruptis secernerentur. 1.

Secundam causam esse dicebat, siderum inerrantium loca, à veteribus non vlterius quam ad sextantes partium exquisita. 2.

Et secundum hæc tamen præcipue errantium positus capi oportere, pauca excipiebat, in quibus declinatio sideris ab æquinoctiali annotata rem adiuuaret, quod de hac locus ipse sideris certius constitui iam posset.

Tertiam causam hanc memorabat: non habere nos tales autores, quales Ptolæmeus habuisset, post Babylonios & Chaldæos, illa lumina artis *Hipparchum Timocharem*, *Menelaum*, & cæteros: quorum & nos obseruationibus ac præceptis niti, ac confidere possemus. 3. *Mathematici cæteres.*

Se quidem malle in ijs acquiescere, quorum veritatem profiteri possit: quam in ambiguorum dubia subtilitate ostentare ingenij acrimoniam.

Haud quidem longius certe vel etiam propius omnino abfuturas suas indicationes sextante aut quadrante partis vnius à vero: cuius defectus tantum abesse, vt se pœniteat, vt magnopere lætetur hucvsque longo tempore, ingenti labore, maxima contentione, studio & industria singulari pro-

imperare mihi potui, vt vel iustum tempus operamque in stylo formando ponerem: aut qui quid ia esset, quod scriberem, ad limam reuocarem. Quæ dere serio doleo: cum enim rem propius adspicio, longe satius fuerat, cum amicis pressius agere & breuius, aliqua adhibita vel arte vel diligentia, quam multarum horarum dispendio prolixiores quidem effundere literas; sed quibus conscribendis id modo consecutus sis: vt male & tumultuarie garrire possis, prudenter atq; diserte dicere non possis. Oro te, mi Vasæ, vt exemplo meo doctus, inuenis diseas euitare, quod seni mihi iam euitare non licet. Non quin dictionem tuam, & sententiarum elegantiam semper plurimum commendem, sed, mihi crede, si animum induere queas, ne minimam quidē chartam exarare, quam non serio recognoscas, futurum est, vt mihi aliquando de consilio dato magnas sis habiturus gratias. Ego si hoc in stadio versarer, in quo multa cum laude iamdiu versaris, nihil omnino conscriberem, ne de leuissima quidem re cuius non reliquum apud me remaneret exemplar: id quod tibi, cum ministrum habeas, non admodum fuerit difficile. Hæc ibi Clenardus.

Valetudo Clenardi.

Valetudine, vt ex peregrinationibus longissimis, quas terra marique susceptit, facile colligere est: fuit satis firma, nisi quod sæpius dentium dolor eum inuasit: adeo vt noctes insomnes duxerit. Obijt, vt diximus Granatæ, discipulo relicto *Ioanne Latino* Æthiope (quod prodigij simile sit) Rhetore Illiberitano: cuius exstat poëma panegyricum de victoria nauali *Ioannis Austriaci* ad Echinadas Insulas. *Ex Clenardi epistolis, & A. Mirei elogijs.*

Æthiops Granatæ Rhetor.

O. 1543. ætat. 70.

Torunium oppidum Borussiæ patria Copernici.

NICOLAVS COPERNICVS.

In Italia dat literis operā. Corrigit calculum Astronomicum.

ABsolutæ hic subtilitatis mathematicus natus est anno Christi *septuagesimo tertio* supra mille quadringentos, die decimo nono Februarij, Torunij in Borussia. Cum in Italia animum optimarum disciplinarum atq; artium doctrina instruxisset, ocium tandem nactus, *correctionem calculi Astronomici* diuino ingenio aggressus, incredibili diligentia perfecit, cum omnium, qui in ijs studijs versantur, admiratione. Vixerat cū *Dominico Maria Bononiensi*, cuius rationes plane cognouerat, & obseruationes adiuuerat. Suas autem exquisitiones mediocres non nimias esse voluit. Itaque consulto non inertia aut tœdio defatigationis, eas comminutiones vitauit, quas nonnulli etiam affectarunt: & sunt, qui exigant. Videas quosdam in his omnem curam ponere, vt plane scrupulose loca siderum scrutentur.

Dominicus Maria Bononiensis.

Copernic. nō quærit τὸ ἀκριβῶς in calculo.

ἀκριβεία quorundam in calculo.

Qui

Fuit linguarum ſtudioſiſſimus, adeoque, vt ipſe de ſe, ἀεραβικομανὴς: vt ſacra biblia in eam linguam transferens, gentem Mahometana inquinatam perfidia Chriſto tranſſcriberet: eiuſque linguæ profeſſionem cæteris in Academia Louanienſi adiungeret. Præter *Latinam Græcam, & Hebræam* (quæ in omnibus penè Academijs regnant) *Arabicam* quoque Grammaticam conſcripſit: exſtatque manuſcripta in Hiſpania apud I. *Peruſium Valentinum*, hominem doctiſſimum. Exſtant & *Epiſtolarum* eius *libri duo*, in quibus lepida eſt rerum varietas & orationis puritas. Scripſit & *methodum docendi pueros analphabetos* Latine, præſertim intra priuatos parietes. *Scripta Clenardi.*

Fuit amans vitæ ſolitariæ, & fugitans multitudinis, vt alicubi ſcribat, *malle ſe fruſtum panis edere apud librum Arabicum: quam verſari in hominum ſtrepitu.* Itaque in Hiſpania cum ageret, piguit eum diutius alienam adire menſam: quod plurimum ipſi periret de ſtudijs, dum ſublata menſa, prolixius fabularentur, non de iis ſemper rebus, quæ ad eius ſtomachum: nec tantum declararent, vt priuata intra parietes lectio. Coëmit igitur ſibi mancipia Æthiopes: quorum ibi magna copia: & patrem familias agere cepit In omni vita apertus, nec vllis vſus ambagibus: iniquior toti agmini, vt ipſe vocat, *cauſificorum* * aitque didiciſſe ſe *a lagium*, quod non nouerit adagioſus Eraſmus: *Opes perdunt Chriſtiani litigando: Iudæi conuiuiis feſtorum: Mauri celebrandis nuptiis.* Fidus in amicos, adeò vt reprehenſus fuerit quandoque, ſic opem amicis tuliſſe: vt tamen ne illi ipſi benefactorem ſuum ſcirent. *Salibus* vſus ſæpe ingenioſis & feſtiuis, alicubi narrat, Feſæ diſcipulum ſibi factum in Græcis hominem, iam *nonaginta annos* ferme natum: eſſeque *puerum bonæ ſpei*, alludens ad prouerbium δὶς παῖδες οἱ γέροντες. In epiſtola quadam monachi definitionem tradit huiuſmodi: *monachus eſt hypocriſeos domicilium*: alibi ſcribit ſe Feſæ fuiſſe annum totum ſeruum ſeruorum Dei, h. e. vt in Italia, ſummum Pontificem: alibi, inter arentes Arabes aridum ſe factum dicit. *Mores Clenard.* *Candor.* *Odium cauſificorum.* * *In epiſtolis ſæpius ita appellat.* *Sales Clenardi.* *Monachi definitio.*

Antelucana ſtudia ſic amauit: vt maluerit hora prima lumen poſcere: quam lucubrare veſperi. Quare non fuit eius mos: vt poſt veſpertinum cibum, librum vel ſaltem inſpiceret: etiam ſi ante octauam rediret ad cubiculum: protinus ſe ad nidum contulit. Cum autem ab ineunte ætate linguarum fuerit ſtudioſiſſimus: de orationis genere non admodum fuit ſolicitus. Pura tamen eius eſt dictio: licet extemporanea: vnde apparet quam diſerte ſcribere potuiſſet: niſi peregrinarum linguarum, in quibus fuerit ἀυτοδίδακτος, præſertim Arabicæ, Mania laboraſſet. Hinc quadam ad Vaſæum epiſtola: *Licet mihi nunquam eloquentiæ ſtudium diſplicuerit; nunquam tamen impe-* *Studia diurna Clenardi.* *Genus orationis Clenardi.*

vt ei gratulatorium munus dari iusserit *quinquaginta* ducatos. Vixit itaque *Eboræ*, vbi aula tum fuit, iucunde cum amicis doctis, inter quos *Resendius* poëta, & singulis diebus vnam horam regis fratri Henrico, impendit.

Resendius.

Anno quarto, à suo in aulam aduentum cum principe suo *Henrico* Archiepiscopo Braccaracensi, *Braccaram* profectus est. Hìc cum *Conimbricam* transiret, vbi Rex Lusitaniæ nouam tum moliebatur Academiam, audijt profitentem *Vincentium Fabricium*: qui Homerum ita enarrauit, vt nõ & Græca verteret Latine, sed, quasi ageret in ipsis Athenis, Græca Græce exponeret: quod antea nusquam viderat: nec segnius discipuli præceptorem imitati fermè in totum vsi sunt sermone Græcanico.

Homerus quomodo Conimbricæ in Lusitania fuerit enarratus.

Braccaræ deinde cum Princeps Gymnasium condidisset capessendis literis Latinis: animi causa aliquandiu Latine docuit & ipse Clenardus; donec aduenirent Salmantica *Ioannes Vasæus*, eo ad docendas literas euocatus.

Clenard. Braccaræ docet.

Ioannes Vasæus.

Postea studio plene cognoscendæ linguæ Arabicæ: commeatu accepto, in *Africam* Tingitanam, hodie *Fesa* regnum post Pascha Anno 1540. traiecit, nec sine præsentissimo vitæ discrimine. Etsi enim ex Europa in Africam ab oppido *Gibraltar* traiectus est angustus, trium forte aut quatuor horarum: tamen angustum illud strictumque fretum Clenardus tanto cum metu est expertus: vt optime sine commentariis intelligeret illud Virgilij.

Clenard. in Africam traicit.

Nec sine periculo.

Præsentemq́ viris intentant omnia mortem.

Fesam tandem, Africæ vrbem vastissimam delatus; regem Arabice salutauit, & cum eo promiscue sermonem miscuit, exposita causa profectionis, nempe studio discendæ linguæ Arabicæ, & librorum coëmendorum.

Fesa vrbs Africæ.

Desedit Fesæ *menses quindecim*, nullo ferme fructu: adeò Christianis illi Mahometistæ suos inuidebant codices. Et quod mali omnis caput fuit: expertus est Clenardus ibi summam Christiani cuiusdam perfidiam: qui apud regem Fesæ perfecit: ne Clenardum quisquam doceret: ne libros consequeretur: vt præceptorem Arabicum, quem compararat, amitteret: ipsumque tantum non in capitis periculum vocaret.

Turcæ Christianis inuident suos libros.

Christiani perfidia in Clenard.

Cum igitur tot insidijs se peti sentiret, ex Africa in Europam transmittens; hospitio à N. *Mendoza* Marchione Mandechari, prorege Granatensi, exceptus est: mortuusque paulo post Illiberi, quæ hodie Granata, circa annum, vt opinio est, 1542. Conditus est ibidem in sacello loci editioris: vbi postea vrbi defendendæ arx est excitata.

Redit Clenard. in Europam.

Moritur Granatæ.

Fuit

nica diſertius ſæpiusque aucta dedit: adiecta & *Chronologia à Chriſto nato vſq; ad annum ſui ſeculi* CIↃ. IↃ.XXXII. In quorũ Principũ egregijs facinorib. cõmemorandis, fideiq; ſeruandæ tam anxie ſtuduit, vt Patriæ linguæ hiſtoricis minime contentus multas & varias etiam Bibliothecas, vbi de his exſtaret aliquid, adierit. Brabantinorũ verò Annalibus inſeruit copioſius, Suetonij exemplo deſcriptas vitas *Caroli Burgundi*, qui bellator & audax dictus, ad Nantiũ Lotharingiæ vrbẽ cum ſuis confoſſus interijt: & alterius *Caroli*, V. cognomento, qui longe illo armis felicior Saxonũ Ducẽ ad Albim, & Gallorum Regẽ Franciſcum ad Ticinũ cepit. Scripſit & *de Venetorum Ducib.* poſt Ant. Sabellicum: cuius lectione impenſius delectatus, æmulum ſe præbuit. *Iocorum* item *ſaliumq; libros* tres à ſe collectos relaxãdi ſtudio feſſis animis, Notis explicauit. Deniq; *Chriſtiani hominis inſtitutionẽ Aphoriſmis* tradidit. Floruit autẽ, ad annũ opinor ſecundũ & quadrageſimum vſq; obijtq; *Louanii Grudiorum*, Martini Dorpij, Doctoris Theologi, & æqualium eruditorũ hominum amicitia clarus, vir de humanitatis ſtudijs, vt illa tẽpora ferebant, bene meritus. *Ex ſcriptis Barlandi & Miræi elogiis.*

Vita Caroli Burgundi audacis.

O. 1542. Iac. Latomus præceptor Clenardi.

Clenardus lingua Arabicæ ſtudioſus.

Pſalterium Nebienſe κατ' ἐξοχὴν.

Clen. Louanio abit in Galliam.

Inde in Hiſpaniam.

Diſcit ſuo Marte linguam Arabicam.

Clenard. Salmanticæ in Hiſpania docet Græcam linguam.

Euocatur mox in Luſitaniam.

Regis Luſitaniæ fratem inſtituit.

NICOLAVS CLENARDVS.

Nicolaus Clenardus Diſtemij in Brabantia natus eſt: & ſtudio linguarum à teneris flagrauit: in quo, præceptore inprimis *Iacobo Latomo*, tantũ profecit: vt non Louanii modo, ſed apud exteros etiã eruditas linguas magna cũ ſui admiratione propagarit. Nã dum Græcas Hebræaſq; literas Louanij docet: inceſſit ipſum cupido diſcendæ etiã linguæ Arabicæ: & in Iudæorũ cõmentarijs animaduertiſſet: affinẽ ipsã Hebraicæ eſſe, & alterã alterius iuuari præſidio. Nactus itaq; Pſalteriũ *Nebienſe*, quinq; deſcriptũ idiomatib. Latino, Græco, Hebræo, Chaldaico, & Arabico, cepit ſuo Marte literas vtcunq; dignoſcere, atq; inde *Lexicon* etiam rude concinnare. In eo dum eſt: Louanium venit *Fernandus Colon*, quæſiturus hominẽ: cuius conſilio moderaretur bibliothecã, quã adornabat Hiſpali. Cum eo itaq; iter ingreſſus circa an. 1532. *Lutetiæ Guil. Budæo*, Græcarum lit. tũ coryphæo, innotuit: inde in Hiſpan. progreſſus, *Salmanticæ* aliquandiu ſubſtitit. Ibi repertis, quos vnice expetiuerat, libris Arabicis cũ apicib. ſine vllius præceptoris opera, ſpacio ſex mẽſiũ tantũ ꝓfecit: vt nõ dubitarit eaſdẽ literas publice ꝓfiteri. Interim allaborante eꝑo Cordubenſi, liberatus fuit à pactis Coloniis: & in iuuentutis gratiã literas Græcas docuit, tanto auditorio: quantum eo vſque in Hiſpania non fuerat viſum. Sed cum vix *duodecimus* ageretur ei in noua profeſſione *dies*; Regis Luſitaniæ literis euocatur, ad fratrem Regis *Henricum* inſtituendum. Cum hoc verſatus eſt *annos quinque*, Arabicis interim ſepoſitis. Tam gratus fuit Regi aduentus Clenardi,

HADRIANVS BARLANDVS.

O. 1542.

NAtus est *Hadrianus Barlandus* circa annũ, opinor 1482. ante diem 4. Cal. Octob. Barlandiæ, insigni Zelandiæ pago: vt de se ipse *Annotationib. ad selectas C. Plinii epistolas* testatur. Annos natus vndecim (vt idẽ Epistola ad *Io. Borsalium*, quã de sua vita reliquit, scribit) à patre Gandauũ ablegatus, quadriennium ibi dedit operã *Petro Scoto*, viro doctiss. Qui vbi Barlandũ incredibili literarũ studio præter cæteros flagrare animaduertisset: cœpit ea diligentia instituere, vt nullum boni præceptoris officium prætermiserit. Hic natum Gandaui, & sacro tinctum lauacro vidit *Carolũ* Philippi filium, qui ex Duce Brabantiæ post Cæsar Aug. Quinti cognomento, creatus est: vt ipse refert annalium Brabantiæ cap. 164. qui annus erat reparatæ salutis *quingentesimus supra millesimum*. In huius viri ædibus ac schola, maximo cum fructu exactis quatuor annis, parentis iussu *Louaniũ* concessit, in quo percelebri Gymnasio mutata studiorum ratione, Philosophiæ alterum tantũ impendit temporis; vbi & *Philippum* Austrium vrbem ingredientem, dum in Hispaniam cogitabat, spectauit, vrbis Senatu, & ornatissimo Gymnasij Rectore, toto deniq; Clero, an. CIↃ. IↃ. V. obuiam procedente: vt in ijsdẽ Chronicis cap. 166. legas Æratis iam vicesimum ingressus, acceptis laudandarum artium insignibus, ad ea demũ studia, quę intermiserat, reuertit. Porro his iam lucubrando reuocatis, ex amicorum consilio ad docendum se cõtulit. In quo munere Academiæ perpetuus Rhetor, ita se gessit, vt libenter auditus, è quotidianis eius enarrationibus se pleriq; profeciss̃e faterentur. Vtq; ad posteros etiam maneret vtilitas, animum ad scribendum appulit, & scholia, scholis, enarrandisq; scriptoribus vtilia, reliquit Iuuenis vertit è Græco, *Æsopi Phrygis Apologos*, vna cum Guil. Hermano Goudano: & è Chiliaste *Adagiorum Epitomen* concinnauit, & *dialogos* casti sermonis conscripsit. Hos vero autores explanauit.

Barlandia, patria Hadriani.

Gandauum missus ibid. artium fundamenta iacit.

Petrus Scotus præcept. Barlandi.

Carol. 5. Imp. Gandaui 1500. natus.

Barland. Louanium concedit.

Philip. Austrius.

Artium insignia accipit Barland.

Barland. Rhetor A. ad. Lo[illegible] perpet[illegible]

Scripta Barlandi.

Prouerbia Bucolicorum Virgilij & Menandri carmina scholijs ornauit.

In quatuor priores Æneidos libros antiqui scriptoris annotationes è membranis euulgauit.

Terentium argumentis & commentario explicauit. *Ciceronis* quoque *pro Mam Catilinariam & Philippicam nonam.*

Rhetoricas quoq; *præceptiones* edidit, & de amplificandi ex topicis ratione. Post ætate prouectior ex stylo formato, tersa Latinæ linguæ dictione Historiæ scribendæ cupidus, præsertim Patriæ: (quod *quomodocunq;*, vt ait Plinius, *scripta ea sit, delectet ipsa ad rerum notitiã prouocante natura*) *illustrium virorũ vitas* conscripsit: auspicatus à literatis vrbis Romæ Imperatoribus. Dein *res gestas comitum Hollandiæ* literis mandauit: addito & *Vltraiectini Episcoporum catalogo*. Post & *Brabantiæ Ducum* chro-

Historica Barlandi opera.

ALARDVS AMSTELREDAMVS.

O. 1541.

ALardus ab illustri Batauorum emporio Amstelredamo, in quo honesto loco natus, cognomentum induit. Coloniæ Vbiorum, ac post Louanii, operam humanioribus literis felici successu dedit. Audiuit in Theologicis *Ruardum Tapperum, & Iacobum Latomum*, primi nominis tum professores.

Præceptores Alardi in Theol.

Itaque cum præclaram sibi eruditionem assiduo studio cõparasset; inter publicos Louanij professores receptus fuit. Id que iure. Græcarum enim & Latinarum literarum fuit peritissimus; artium dicendi singularis æstimator; carmen itidem Musis & Apolline multo feliciter scripsit.

Professor Louanii constituitur.

Omnia *Rodolphi Agricolæ* opera emendauit; scholijs eruditis illustrauit; & euulganda typis curauit. *De inuentione Dialectica epitomen* ipse scripsit: formauit *Ecclesiasten* iuxta locos omnes Rodolphi: vtque oues lupum fugere, pastores arcere discant, hæreticum viuis coloribus depinxit.

Scripta Alardi.

Idem *similia sacra* congessit: Similitudines eiusdem selectum ex Bibliis sacris, tum ex veterum orthodoxorum comm̃entarijs, tribus tomis concinnatæ in 8. Venetijs habentur. *Hippocratis* Coi epistolam ad Damagetam paraphrastice conuertit in Latinum sermonem, adiuncto etiam textu Græco; *Matthæi Philadelphiensis* apud Ephesum Metropolitani *precationes*, compendiariam inprimis viam ad resipiscentiam præstruentes, & ad sumptionem Domini corporis non parum conducentes, Latinitate donauit. *Scholia* eius in *Marbodæi* de gemmis librum, vna cum *Georgij Pictorij* scholijs, excusa habentur.

Similia sacra.

Martino Dorpio contubernalis, amicitia eruditorum hominum, in his *Desiderii Erasmi, Ludouici Viuis, Francisci Craneueldi, Petri Ægidij* & aliorum æqualium floruit.

Amici Alardi præcipui.

Moritur pius hic vir & eruditus Louanii anno salutis 1541. legata testamenti tabulis bibliotheca patrij soli pupillis. Sæpe inter suos impendentia patriæ mala defleuit, cum belli intestini causas in religionis diffidio inclusas videret. Optime de Repub. literaria certe vel eo nomine meritus est; quod Agricolas, alias famæ negligentis, scripta integra, quantum licuit, emendataque edi curauit; quæ quidem, de magni Viri iudicio, omnibus vere studiosis sunt,

Mors eiusdem.

Nocturna versanda manu, versanda diurnâ.

Miræus in elogijs Belgic. & part. 2. Icon.

quo tempore *Carolus* Cæsar instructa classe in Africam traijcere contendebat. Sepultus postridie est in æde summa, iuxta latus *Oecolampadii*, & *Iacobi Meieri*, consulis Basilienſis, cum eiusmodi ad parietem epigraphe:

Epitaphium.

Sancto Seruatori.

D. SIMONI GRYNÆO, ALMÆ HVIVS ACADEMIÆ RECTORI, ET LAVDE ET MEMORIA SEMPITERNA, OB LINGVARVM LATINÆ, GRÆCÆ, ET HEBRAICÆ PERITIAM, OMNISQVE PHILOSOPHIÆ AD MIRACVLVM VSQVE COGNITIONEM, OB THEOLOGIÆ VERÆ SCIENTIAM ET VSVM, DIGNO, MONVMENTVM HOC DICATVM EST M.D.XXXXII. OB. CAL. AVG. M.D.XLI. ÆTAT. XLVIII.

So Ehr / Gut / Kunſt / hülffen in Noht /
Wer keinr von dieſen dreyen todt.

Eruditio & mores.

Fuit vir in tribus linguis & vniuersa Philosophia solide citra supercilium eruditus; nec minus in Theologicis exercitatus: vt verbo dicam, veræ pietatis & virtutis priscæ exemplum fere sine exemplo: homo ad promouenda bonarum artium ac pietatis studia natus: multisque tam Latinis quam Græcis auctoribus suo nitori egregie restitutis, memoriam meritus sempiternam. Sæpe eius consilio & iudicio typographi in imprimendis libris, tanquam Apollinis illius Grynæi oraculo, vsi sunt: vti testantur præfationes & epistolæ auctoribus omnis generis præfixæ. Transtulit de Græcis *Agesilai vitam* in parallelis Plutarchi: eiusdem *librum, sitne rationis aliqua in bestijs*: Aristotelis *Elenchorum libros duos*, eiusdē *de virtutibus* libellum; item *de mundo* ad Alexandrum cum commentarijs. Scripsit annotationes in *octo libros Topicorum* Aristotelis; vertit & *homil. Chrysostomi* in priorem ad Corinthios. Præfationes editæ & ab ipso scriptæ sunt, in *Iulium Pollucem*, in *Absyrtum*, & reliquos autores Græcos Hippiatros: in *Lexicon Graecolatinum*: in *Plutarchi vitas* cum emendationibus & declarationibus: in *Euclidis Geometr.* elementa Græca; in *Ptolemæi magnæ constructionis* libros Græcos: in *Iustinum*: in scriptores noui orbis: in opera *Platonis* à se emendata, quæ à Marsilio Ficino versa: in orationem *Hugonis Latimeri*, de regni statu per Euangelium in Anglia reformando. Scripsit & de *vita ac obitu Oecolampadii*: & somnium ad *Iacobum Sturmium*, carmine Heroico. Sunt penes heredes nondum excusa *commentaria* in epistolam ad Romanos; de cœna Domini liber, opus epistolarum, alia. *H. Pantol. l. 3. prosopograph. Nic. Reusnerus in iconibus, Gesnerus.*

Scripta edita.

Nondum edita.

ALAR-

E patria *Viennam* Austriæ profectus, in studijs ac literis tempus omne posuit: pauloque post Philosophiæ magister ibi est nuncupatus, & Græcas itidem literas docere iussus. Deinde cum veritatem & puritatem Euangelij esset amplexus; varijs fuit expositus periculis, præsertim *Budæ*, vbi aliquot annis scholæ præfuit. Nam ad monachorum accusationes in carcerem est compactus: ex quo tamen nobilitatis Vngaricæ intercessiones eum tandem liberarunt. E Pannonia igitur *VVittembergam* concessit: ibique multa cum Luthero & Melanchthone super religionis negotio alijsque rebus contulit. In patriam reuersus à *Ludouico* Palatino Electore, *Haidelbergam* ad docendas Græcas literas euocatur, anno vicesimo tertio supra mille quingentos. Ibi dum agit: Spiræ * conuentus imperij religionis causa habetur. Eo cum Grynæus, salutaturus amicos, & inprimis Melanchthonem, excurrisset: accidit illud, quod alijs fictum, alijs etiã nugatorium videtur. Quod cum alibi * à nobis narratum sit; breuiter hic saltem attingemus. Erat Grynæo cum Fabro Constantiensi consuetudo nonnulla. Eum cum audisset pro concione pertinacius quædam propugnantem, accedit, colloquium amicum petens. Faber humanissime respondet: iubetque postridie ad se redire. Verum interea efficit, vt à magistratu ad vincula quæratur. Hic superuenit in hospitium, vbi coniunctim agebant, vir quispiam senex & grauis, qui Melanchthoni euocato, periculum Grynæo imminere indicat. Melanchthon illico ei abitum, vt paret, suadet: & cum dicto ad Rhenum deducit. Vix digressis illis adfuere, qui comprehenderent, sed serius. Inuestigatum de illo fuit præmonitore: sed nihil dum certi repertum. Haidelberga anno vicesimo nono, ab Oecolampadio magistratus iussu scituq; *Basileam* inuitatur ad docendum: quam vocationẽ amplexus, Oecolampadij potissimum causa, publice priuatimq; auctores optimæ notæ quosq; enarrauit. Fuit eadem in schola & sacrarum literarum ei commendata interpretatio: de quibus *epist. Pauli ad Rom.* sibi delegit, quam tanta cum perspicuitate explicuit, verumque in ea Apostoli sensum tanto cum acumine eruit, vt in omnium esset ore. Quapropter anno trigesimoquarto à principe Wirtembergico *Hulderico* cum alijs *Tubingam* vocatus est; vt & scholam & Ecclesiam eius loci reformaret: sed biennio post *Basileam* reuersus, Erasmo ægrotanti ac morienti ad extremum vsq; halitum adfuit. Anno quadragesimo supra mille quingentos, Melanchthoni, Capitoni, Bucero, Caluino, alijsque, ad solenne colloquium Wormatiense proficiscentibus, adiunctus fuit.

Sequenti anno, sæuitia pestilentiæ continua annis pene tribus vastante regiones ad Rhenum & Hercyniam, ea correptus ex hac vita migrauit, *Cal. Augusti*, annos natus *quadragintaduo*:

Viennã abit.
Vbi magistri salutatus docet.
Periclitatur ob religionem.
Venit VVittembergam.
Haidelbergam inuitatur.
* 1529.
Historia de Grynæo.
* *In vita Melanchthonis. Vide & secundum totum operum eius.*
Basileam vocatur.
Ibi docet Philosophiam & Theolog.
Tubingam accersitur.
Redit Basileam.
Mittitur ad colloquium VVormatiense.
Grynæi obitus.

Hoc ſatis eſt. Heſſi buſto ſepelitur in iſto
Corpus, in aetheria ſpiritus arce manet:
Per terras bona fama volat, ſpecioſaq; laudis
Nomina Pieria teſtificata manu.

Ἠλίῳ Εοβανῷ Εσσῳ, αὐδεὶ
Βελτίσῳ καὶ ποιητῇ ἰμμελεστάτῳ.
Ἀστέρα Μουσάων, Χαρίτων ἕρνος, τόμα Φοίβου,
Ποιητικὼ λιγυρῶν ἡλυθέοι μέλεων,
Κήρυκ' ἀθανάτου τε Θεοῦ, θνητῶν τε δικαίων,
Ἔσσον Εοβανὸν τῆδε κέκευθε κόνις.
Δεξαμένη πατρὶς αὐτὸς ἑοῖς ἡλικοισι θανόντα,
Ἡ μετ' ἐπ' ἐκ πολλῶν ναίει ἀναστάσεων.
Ἔνθα μαρμαιόμος τε φθιτώδισιν ἠέριος νόοις
Ἥσυχον ἐλλογίμου τέρμα λέλογχε βίου.
Ὄλβιος, ὃς κλέος ἐσθλὸν ἐν ἀνθρώποισι λελοιπὼς,
Κεῖθεν ἐς ἀθανάτους δώματ' ἐσῆκε δόμους.
Εἰ δέ που ἐν τῇ γῇ πολυπλαγκτοσύνῃσι κέκμηκεν,
Ἔρχ' ἀφ' ὁμηρείου καὶ τόδε δῶρα τύχης.

Ἀπὸ Ιωαχείμου Καμεραρίου μνημόσυνον σεβάσμιον.

Annus emortualis hoc diſticho Chronologico expreſſus eſt:

DVCIte ThesprIaDes fLetVs, ELegeIa LVge
HoC HesVs saXo gLorIa VestrA IaCet.

Ioachimus Camerarius in narratione de Eobano ad V. Cl. Adamum Cratonem Fuldenſem, præfixa epiſtolis illius; Eberus in Calendario, alij.

SIMON GRYNÆVS.

Ø. 1541. d. 1. Aug. æt. 48.

CVm alij doctrina & virtute inſignes viri ex Sueuia prodierunt: tum hic Grynæus, princeps ſuæ ætatis Philoſophorum ac Philologorum, addo etiam Theologorum: felici ſatu editus circa oppidum *Veringam*, in comitatu Hohenzollerenſi, parentibus ruſticis in iugis montium vicinis, Wirtembergico agro tunc agentibus. Natus autem eſt anno Chriſti nonageſimo tertio, ſupra mille quadringentos.

Veringa patria Grynæi.

A puero ad literas adhibitus primum in patrio ludo, deinde in ſchola Portæ Hercyniæ: vbi condiſcipulum inter alios habuit *Melanchthonem*, præceptoribus *Gerbelio* & *Simlero*, celebribus ea tempeſtate iuuentutis informandæ magiſtris. Fuit inde ab iſto condiſcipulatu inter ipſum & Melanchthonem ſanctiſſima animorum coniunctio: ſicut ſcholaſticæ amicitiæ ſtudiorum ſocietate contractæ, ſunt omnium honeſtiſſimæ, omnium dulciſſimæ & conſtantiſſimæ.

Grynæus condiſcipulus Melanchth.

Amicitia ſcholaſtica.

E patria

tis, tum humanitatem & candorem. *Bilibaldo Pirckaimero* valetudo obstabat: quo minus crebro ad se inuitaret Eobanum. *Hieronymus* autē *Baumgartnerus* ex senatorio ordine Eobanum complectebatur omni cura, deque sua copia eius inopiam, sicubi opus erat, subleuabat. Sæpenumero enim res eius plagam accipiebat; vel ab ijs, quibus fidem temere habuerat; vel incircumspecte contrahendo cum versutis negotia, vel etiam debitis sese implicando. Apud *Ioannem* autem *Mylium* Iurisconsultum sæpe conueniebant: deque illius sententia institutum sodalitium fuit, in quo præcipui erant ipse *Mylius*, *Michael Rotingus*, *Georgius Hopellus*, *Ioachimus Camerarius*. In orbem autem conuertebatur acceptio, quæ erat potus ad vesperam cum bellarijs. Proponere autem materiam oportebat eum, cuius partes erant, vt acciperet alios, de qua tum quæreretur & disputaretur. De hac vbi verborum satis videbatur factum; tum reliquum tempus iocis & familiaribus collocutionibus, atque interdum ludicris impendebatur. Prodeambulationes ibi etiam erant, cum alijs vicinis locis, tum ad vnum in sylua Norica fonticulum, ad lapidem vnum ferme vrbe distantem: qui Eobani versibus non minus perenni aqua manabit; quam Athenis quondam sempiternam in arce olea viriditatem tenere, aut palma in Delo non exarescere potuit.

Eobanus rei familiaris negligentior.

Sodalitium Eobanicum Norimberga.

Fons Eobani.

In obitum denique Eobani (ne & hoc omittamus) tum alij epitaphia carmina scripserunt: tum *Iacobus Micyllus* elegantissimum, quo historiolam quandam vitæ, fortunæque & mortis illius pertexuit. Ioachimus autem Camerarius hos versus, quasi ad sepulcrum Eobani apponendos conscripsit.

Epitaphia in obitum Eobani.

Hic situs est Hessus, patria tellure receptus,
Quo rediit Domino se reuocante soli.
Dum circum hunc illucq; vagus fert seq; domumq;,
Quærit & Aonio præmia digna choro.
Non nihil ille quidem reperit: sed præmia Musis,
Huius nulla satu digna fuere viri.
Nec potuere dari, neque secula nostra tulerunt
Tantum, vtas Hessum nosset, vt illa, boni.
Gloria sed venit meritis, post fata superstes,
Inq; dies melior fama sepulta redit.
Et tamen ipse sua cognouit nomina laudis,
Audiit & tempus se celebrare suum:
Cepit & ingenii de fructu commoda viuus,
Virtutisq; suæ crescere vidit opus.
Sed maiora ferunt insignia scilicet anni,
Viuentis cedens quos abit ante decus.
Illi etiam eximia fama præconia, mundus
Hesso donec erit, splendidiora ferent.

milia ortus: qui cum offerrentur occasiones amplissimorum honorum, splendori & opulentiæ fortunam exilem, & infra mediocritatem positam Gothani collegij prætulit. Erphordiæ inter omnes amicos Eobani principem locum tenuit *Iustus Ionas*, quo cum vixit coniunctissime: vna crebro deambulabant; crebro domi confabulabantur; crebro etiam cœnitabant. In Eobanico etiam grege non tulit postremas *Henricus Vrbanus*, Georgianæ familiæ curator. Augustinianæ autem *Ioannes Langus* Theologus, non modo amicum habebat Eobanum; sed doctrinæ atque ingenij etiam admiratorem. Cum *Petro Mosellano*, *Petro Suauenio*, *Georgio Spalatino* singularis necessitudinis vsus ei intercessit. Habuit & popularem *Ioannem Ortum*, quem valde dilexit: & perquam festiuum & eruditum iuuenem *Nosenum* Silesium. *Christophorus Hacus*, qui melicis carminibus faciendis præstabat æqualibus omnibus, & *Valentinus Capella*, cum *Ioanne Groning.* & *Ercilio*, adseclæ erant Eobanici, & ad se sæpenumero eum abducebant. Sed ex omnibus familiarissime complectebatur *Martinum Hunum*: & affectione præcipua in prima adolescentia cognitum, constantissime diligebat *Petreium Aperbachum* Erphordiensem, iuuenem ingenij cultu & eruditione doctrinæ excellentem: sed ægrum pedibus, & aduersa valetudine perpetuo laborantem. Hunc eum per iocum apud suos se regem faceret, ducem ipse solebat appellare; significans proximum locum à se, quasi in gubernatione regni Musici, illi deberi. Ioannes quidem Capnio in quadam ad ipsum epistola, alludens ad Hessi nomen ἑσθῶα eum appellauerat, & versum adduxerat Callimachi de Ioue: quem hic negat *Hessina* Deorum sorte esse factum, sed virtute & præstantia sua. Ex eo in sodalitijs cum *rex Hessus* vocitaretur; hoc ioco postea vtebatur; vt se regem & alios regni proceres faceret. Augebant hoc sodalitium *Iustus Mænius*, *Ioannes Francus*, qui Portunus cognominabatur & Megobacchus: *Ioachimus Camerarius* ad Eobanum à Ioanne Cratone Fuldensi primum adductus, *Iacobus Micyllus*, *Antonius Musa*, *Valentinus Paceus*, & D. *Stibarus*, & alij complures, quibus incensis optimarum artium studijs referta erat Erphordiana Academia.

Iustus Ionas.

Henricus Vrbanus

Ioan. Langus.

Ioan. Ortus.

Eobanus vnde rex appellatus.

Noribergæ cum ageret, præter *Ioachimum Camerarium*, habuit complures, à quibus colebatur, & cum quibus hilariter viuere, & apud quos libenter esse consueuerat. Ex quibus vnus vicinus ipsius *VVilhelmus Musicus*, adsiduus erat comes Eobani: quotiescunque hoc agebat; vt vel prodeambulando, vel ad sodalitium se conferendo, curis animum relaxaret. *Thomæ Venatorii* consortium eidem erat pergratum. Ex cæteris, qui doctrinæ sacræ præerant, & venerabatur, & diligebat maxime *Vincislaum Lincum*; cum propter pietatem & studium veritatis,

serio, neque monendi aut præcipiendi etiam causa soleret insectationes aut reprehensiones vsurpare. Mendacium neque ipse dicebat; & dicto grauiter offendebatur. Insidias calliditatis neq; norat, neque cauebat. Itaq; iniquissime patiebatur se ludibrio haberi & fidem atq; simplicitatem suam malitiæ deridendam exponi indignabatur. Inter iocos hunc libenter exercebat, vt propositum versum aliqua parte sui mutari iuberet: veluti in hoc:

Candor Eobani.

Vitam quæ faciunt beatiorem;

Lusus inter familiares eiusdem.

quid pro vltimo nomine numerose posset reponi vt quæreret. Versus etiam tum facere, & ad faciendos alios inuitare statim, & sine vlla animi cogitationisque adminiculo; neque cura inueniendi, quid diceretur, adhibita. In quo genere proferebantur ab ipso sepe complures versus numeris & verbis ita concinni: vt nihil fieri posse videretur elegantius: sed sensus nullus exprimebatur. Itaq; quidam qui sibi arrogarent aliquid facultatis poëticæ, decepti interdum fuerunt: cum argumentum quodpiam explicatum esse putarent: & quid rei significaretur, quærerent. Solebat & inuertere in conuiuio voces Teutonicæ inprimis linguæ: quod erat factu ideo facilius, quia in hac omnia fere sunt primæ originis vocabula vnius syllabæ. Ad hanc vsurpationem ita suos familiares assuefecerat; vt ignari negotij arbitrarentur externa lingua eos colloqui. Ita nunquam poterat quiescere: & nihil illi, nisi quod & neminem lederet, & ingeniosum esset, placebat. Seria non patiebatur admisceri, & ostentatoribus ingenij in conuiuijs aut familiaribus congressibus, admodum irascebatur, eorumq; ineptias interdum repudiabat asperius. In cõuentu Augustano cum apud Episcopum Varmiensem, oratorem regis Polonici, virum doctum & grauem, essent Melanchthon, Camerarius, & Eobanus, alijq; plures; interuenit Logus quidã, poëtices non penitus hospes: atq; versus non paucos, quos adolescens forte olim memoriæ mandauerat, in illorum consessu recitauit. Ibi Eobanus, qua erat modestia, diu se continuit. Tandem cum finẽ poëtandi nullum ille faceret, hæc in verba, loquacitate intempestiua aut iactabunda offensus, prorupit: **Du Tropff/ meinstu daß sonst keiner Verß weiß / dann du allein:** *Adside nobis, præbibam tibi hoc vini vitrum.* Præsul autem Logum amice appellans, accipe, inquit, & responde; est Eobanus noster. Tantumq; abest, vt ægre ille tulerit Eobani reprehensionem, vt etiam sua ipse, qui ad tantos viros tam procax aut loquax fuisset, temeritatem statim agnouerit & accusarit. Amicitia vsus & liberalitatem expertus est multorum. Habebat semper eum animo suo carum *Dantiscanus* ille, Episcópus Varmiensis: & nonnihil etiam fortunæ suæ commoditatis ad eum transtulit, missis interdum munusculis. Eumq; vicissim Eobanus coluit & ornauit scriptis suis. Prosecutus eum est constanti fauore *Conradus Mut. Russus*, nobili fa-

Seria in conuiuiis respuit.

Amici Eobani & patroni.

buere annulum cum gemma precioſa, quem detractum de digito in vas illud abiecit. Eobanus nihil cunctatus, neque multa locutus, non enim ſolebat, arripuit vas: & non longo tempore aſſumto, euacuat bibendo: & cum euerteret, ſicut fert mos compotantium, decideretque annulus in menſam: applaudere illi omnes, & inprimis prouocator, & annulum donare; ac incredibile ſe factum cognouiſſe dicere. Tum Eobanus toruiore vultu, vt conſueuerat in commotione, eum intuitus: *Quid tu*, inquit, *me mercede potare cenſes*: ac reiecto ad illū annulo: *tuum*, inquit, *annulum tibi habeto; & idem, quod ego feci in vaſe iſto euacuando, vt promiſiſti, facito.* Tum ille oſtentator, inchoatam rem eum perficere non poſſet, ab omnibus deriſus, & in conuiuio obrutus ſomno relictus fuit. Hoc igitur illi incommodi, vel infelicitatis potius, ab axe Boreo inflictum fuit. Ipſe alias neque in cibo, neque in potu delicatus, aut lautitiarum appetens; neque ſcires, quo maxime præ cæteris caperetur, aut alliceretur. Salſis tamen piſciculis, ac acido olere delectabatur: & in autumno iuglandes recentes inciſas, ſuperfuſo vino ita comedebat; & muſtum ſic bibebat: vt inde aliquid voluptatis ſe percipere non diſſimularet. Signo quo vtebatur erat olor per ramum lauri adſcendens & attingens capite nubes. Quod cum depictum fixiſſet ſuper ianua ædicularum, quas cōductas Norinbergæ incolebat: addidit elogium horū verſuum duorum:

Victus Eobani.

Signum eiuſdem.

Nubila ſcandentem lauri de ſtipite cygnum;
Heſſo ſtemma ſuum libera Muſa dedit.

Mores.

Erat ingens in eo verecundia, quæ etiam ſeneſcentem proſecuta, ita ingenium hominis temperabat, vt moderatio illa ad augendam rem ei, ita vt fit, noceret. In aduerſis, vel quicquid forte accideret, quod moleſtiam afferret, pronunciare ſolebat nomen, patientiæ: quo ſe ad ferenda triſtia confirmabat. Nihil minus fere poterat, neque peius oderat: quam obtrectationes, aut criminationes aliorum, quas obortas quocunque loco aut tempore etiam iracunde refutabat & coercebat. Nec vllo non modo cruento; ſed ne dentato quidem dicto ludere ſolebat: neque reperietur inter omnia ſcripta ipſius vllum; quo lædatur fama, aut nomen proſcindatur alterius: niſi quod, neſcio quid in *Leum* indignationis euomuit ſuæ: & quendam poëticantem Theologum aliquanto immanſuetius retudit elegia quadam. A Melanchthone etiā aliquando rogatus, vt optimorum verſuum pulcerrima opera elaboraret rem deterrimam & turpiſſimam, & ſibi hanc operam daret: miratus primum & requirens, quidnam rei res illa eſſet: cum audiſſet *Calumniæ deſcriptionem* à Philippo expeti: *ſe quidem facere non poſſe dixit: quin ei gratificaretur. Itaque hunc laborem ſe eſſe ſuſcepturum: quamuis argumentum eſſet alienum à moribus & ingenio ſuo: qui neque ioco, neque*

Abhorret à calumniis.

Deſcriptio Calumniæ ex Luciano.

ſerio,

ret: vt saltaret, vt nataret, neque in vllo genere facile alteri æqualium cedebat. Est ad Risepurgum in Borussia piscina spacioſa; neque vlla parte sui non distat ripa vna huius ab altera ter mille passus. In ea solebat interdum natare Eobanus; & natando etiam certare cum æqualibus: qui in aula illius præsulis agebant. Quodam die cum vestes reposuisset ad ripam, quæ oppidum spectat: & demisisset se in piscinam; quod ad alteram illius ripam posse se natando procedere, gloriatus inter suos fuisset: illo quidem perrexit, sed tum demum considerauit animo suo, quam longo ambitu sibi nudo ad vestes redeundum: & quod pagi etiam transeundi aliquot essent. Itaque pudore nuditatis demersit se denuo in aquas: & continuata natatione confecit ad *sex mille passus* potius; quam se vllius hominis oculis in via nudum offerret. *Eobanus natator.*

Cum autem non posset non sentire, quantum & ingenij, & corporis viribus valeret, & esset in eo animus excelsus: quo fieret, ne alijs inferiorem se haberi facile pateretur: non vt se vllis præponeret; aut bona sua ostentaret, id quod ab eius summa humanitate longissime abfuit: sed ne non præstando, quod posset, sibi ipse contemtus auctor existeret. Vnum vereor, ne nimis iuueniliter & incogitanter iuuenis non deliberauerit, sed ausus fuerit facere: quo & ingenium debilitaretur diuinum, & excellentis corporis quasi soliditas labefieret. Putauit enim se etiam inter poculorum certamina, quæ maxime tum in aulis certabantur, & à nobilitate frequentabantur, non vinci ab altero oportere. Aduehuntur in Borussiam etiam vina plenissima: sed potus coquitur, cum alibi, tum maxime Gedani, is, qui cerebro infestior sit fumis suis, quam vini cuiuscunque ingurgitatio. Atque est Eobanus quidem hoc quoque consecutus; vt de palma in isto genere contendere cum eo vellet nemo. Sed breui tempore repletione nimia iuuenile corpus grauiter afflixit, & vires nonnihil eneruauit. Sæpe hinc Camerarius indignatus animo suo fuit, hoc etiam malum corripuisse Eobanum, & communem cladem nostrorum hominum deplorauit, cum illi diceret: *ita eum se ipsum oppugnasse: vt castella & arces solerent tormentis.* Hic quamuis iucunda mentio non sit; tamen quia scitum est, narrandum videtur; quid inter Eobanum, & glorioſum alterum potorem acciderit. Aderat forte Eobanus in conuiuio. Eodem venit ille quoque, & iussit intro ferri vas grande ligneum, quo adportari de puteis aqua solet; (nos situlam aut vrnam possumus, opinor, nominare) cuius generis minimum capit *congios duos.* Id posuit in medio repletum Gedanensi cereuisia: ac præfatus quædam, quæ comperisse se diceret de strenua potatione Eobani; petijt vt ebiberet illud vas, sibique propinaret. Hoc si feciſſet, præmium se iam ei tri- *Non facile cedit alteri.* *Aulico sodalitio ad potandum inuitatur.* *Certamen potorium.*

Tum igitur, cum cernebat, se hærere: commouebatur vehementer: sed ita, vt simul cum amissa victoria illa perturbatio resideret, vel potius abiret. Sed de his hactenus.

Valetudo Eobani.

In patriam igitur reuersus, cum omnibus in locis, in quibus fuerat, præclaram nominis sui memoriam reliquisset; & quodam, vt ita dicam, Homerico fato migrationibus exagitatus fuisset: *quatuor annos*, & in re meliore, & spe luculenta *Marpurgi* vixit: annoque illo, qui mortem anteceſſit, correptus fuit interdum podagricis & arthricis morbis. Quibus cum sentiret se tentari; initio tulit hunc casum molestius: sed ægritudinem simul ac cruciatus die mitigante; desijt queri de hoc malo: & incidit in diuturnum ac tabificum morbum, præter opinionem omnium, qui fere alios metuebant. Propemodum igitur anno toto magis languoribus, quam ægrotatione confectus; tandem tertio Nonas Octobris, cum diu tacuisset: de

Obitus.

improuiso voce emissa, *se velle ad Dominum suum ascendere*, dixit. Idque ijs, qui aderant, approbantibus, quod arbitrarentur in animo ipsi esse congressum cum principe, & affirmantibus principi id gratum fore: Eobanus nihil ad hæc; sed paulo post placido fine concluſit vitam in terris suam: & in cœlum, vt significarat, hinc commigrauit, ad æternum Deum Dominum suum: cui fideliter seruierat; & cuius ministeria sedulo obierat ea gnauitate ac solertia; quam ille idem ipsi erat largitus.

Principis in Eobanum & suos affectus.

Morte Eobani nunciata, affecti omnes tristitia fuerunt; sed princeps inprimis indoluisse huic fertur: qui præbuit se permunificum erga relictam coniugem Eobani, fœminam lectissimam, & vtriusque sexûs liberos: quibus etiam locum secum esse voluit: & munia aulica demandauit filijs; virgines & matrem commendauit illustrissimæ principi coniugi suæ. Itaque illi marito & patre amisso, tamen sic postea vixerunt: vt orbitatis quidem & desiderij, sed nullo alio incommodo afficerentur. Reliquerat autem Eobanus, vt hoc genus solet, nihil fere suis, nisi famam excellentem & nomen celebre, & laudem ingenij, doctrinæ, ac virtutis.

Eobani res tenuis.

Ætas Eobani.

Vixit annos *quinquaginta tres*, menses octo, dies viginti septem: obijt anno quadragesimo supra mille quingentos die quarto * Octobris.

** Alii quinto*

Prosopographia eiusd.

Statura corporis erat procera & robusta: pectus latum, facies aliquanto toruior: vt *Albertus Durerus* dicere soleret: *si illum non nosset; & imaginem expressam adspiceret: suspicaturum se, illam esse bellatoris.* Et erat profecto animus in homine magnus; & qui metuere nesciret: sed voluntas minime dimicatrix aut contentiosa. Iuuenis omnia etiam, quibus exercendo corpus

Exercitia corporis.

reddi solet cum agilius, tum robustius, studio sibi habuerat: vt luctaretur: vt illos gestus dimicationum & chironomias disce-

ret: vt

clementissime, à *Philippo* illustrissimo *Hassorum* principe, *Marpurgum* commigrauit: cum neq; eum schola Erphordiana amplius liberaliter acciperet, & anni ingraueiscerent, & liberi crescerent ætate & numero: & patria quoque, dulcedine quadam sui insita omnibus, ad sese reuocaret occultis blanditijs ciuem suum. Perfecerat princeps *Philippus*: vt omni genere doctrinæ celebres & spectati viri Marpurgi congregarentur; quo in loco consecrato pijs Musis, munificentiaq; sua stipendijs non spernendis constitutis, honeste & non incommode vitam ducere possent, in studiorum bonorum cultu, & virtutis ac sapientiæ doctrina. Ibi Eobanus & reliquum ætatis breue tempus peregit: & præclara opera multa elauorauit ingenij bonitate & industria ingenij sui: inq; primis totam *Homeri Iliada* conuertit in versus Latinos. Opus autem egregium atq; præclarum, adhortore & hortatore Melanchthone inchoarat, vt ad Christianũ ritum *Fastorum libros* conscriberet, cuius vix paucos initij versus absoluit, & hanc decedens palmam reliquit in medio eruditis secuturæ ætatis. Sed nihil est, quod in tota vita sua præstiterit maius aut melius, quam quod *Psalmos Dauidicos* religiose & erudite in Latinas elegias transtulit: primum quidem Erphordiæ, sed denuo & maiore cum cura & assiduitate Marpurgi: vbi & præclara argumenta, quaternis versibus comprehensa, præposuit singulis Psalmis: vt prodierit tum vere sacrosanctum opus omnibus, vt dicitur, numeris absolutum. Quo vir pietate insignis, & casto pectore, & religioso studio celebrauit æternum Deum; & omnibus non profanis neque vecordibus, occasionem de rebus diuinis cupide & ardenter commentandi præbuit, qui est ad Deum cultus summus, & maximus ad homines fructus. Hoc igitur opus & hic labor est, quo Eobanus sibi spem singularem gratiæ ac beneuolentiæ diuinæ comparauit, & admirationẽ sui ac caritatem posteris reliquit: quorum nemo erit, nisi improbus & malus, aut imperitus & barbarus: qui non illum hoc potissimum nomine amabit & venerabitur. Fuit autem nõ minus principi gratus præsens Eobanus: quàm studiõ ille habuerat, vt sibi hunc adiungeret. Iocos & seria cum ipso miscere non dubitabat. Inprimis de simplicitate, & candore, & studio veritatis, amans Eobanum: quod iudicium ipse posset facere, cum de eruditione doctrinæ alijs affirmantibus crederet. Magnopere delectabatur Eobanus latrunculorum ludo, quo ferunt læpe principem suauiter cum Eobano lusisse: cùm iracundiam illius cõmoueret, circumuenti & inclusi: dum in celeritate minus caute produceret illas calculorum copiolas. Vere enim ludebat Eobanus, neq; considerationi aliquid diligentiæ impendebat, neq; tempus terere cogitando sustinebat. Itaque nihil erat facilius; quàm, si quis calliditatis aliquid vsurparet, insidijs eum vincere.

Inde migrat Marpurgum.

Homeri Ilias ab Eobano versa.

Fastos inchoat.

Psalmi ab eodem redditi Latino carmine.

Gratus principi suo Eobanus.

Delectatur lusu latrunculorum.

Tum

teras atque artes, quas didicerant, docuerunt, sine specie quidem dignitatis, sed cum aliquo non vulgaris commoditatis fructu. Præerant tum Noricis ludis omnes optimi & doctissimi viri; sed duo præcipui, *Ioannes Chezmanus*, natus ad puerilem institutionem; qui moriens illi ciuitati ingens desiderium reliquit: & *Sebaldus Heidena*. Cum his vniuersis Eobano ac reliquis collegis iucundus consuetudinis vsus intercessit.

Ioan. Chezmanus.

Sebald. Heidena.

Eo tempore, quo Norinbergæ Eobanus mansit, multa, ante edita, recognouit: multa noua fecit carmina, quæ omnia sunt in medio. Attentius etiam tum, quam antea, auctores Græcos legere cepit: cumque ei inprimis *Theocriti Bucolica* arriderent, in illa Latine conuertenda incubuit, quem conatum omnibus rebus Camerarius adiuuit. Nam initio multa obiiciebantur illi, quibus impetus animi retunderetur: & Eobanus, si quid non celeriter procedebat, haud consueuerat vrgere. Nihil faciebat omnino anxie aut solicite, sed tantum sequebatur ductum naturæ, & ingenij incitationem. Itaque abiecta semel fere non solebat resumere, neque interrupta contexere. Et ex scriptis eius attento hoc facile patet: quod continuo cursu æquabiliter defluant Eobanica omnia; neque vspiam quasi ad considerationis solicitæ obices refringantur. Itaque Milichius dicere solebat: *Eobanum solum omnium, quos nouisset, simul facere versus & scribere: cum alii prius commentando, modo has, modo illas partes absoluerent, & ita tandem scriberent aliquid: alii prius scriberent; & fingendo atque corrigendo demum facerent aliquid qualiumcunque versuum.*

Eobanus Theocriti bucolica vertit.

Milichii de Eobanicis versibus iudicium.

Cum fere septennium confeciisset Norinbergæ, solicitatus crebris literis & magnis pollicitationibus Eobanus ab Erphordiensibus amicis: eo reuerti decreuit: quo retrahebatur desiderio puerilis & iuuenilis vitæ; & recordatione laudis quoque ac decoris, quod ætate constantiore in illa Academia gesserat: mores etiam ciuitatis illius admodum ei placebant. Sed haud scio an nihil impulerit illum magis ad reuersionem hãc, quam Langi & Sturciadæ semper expetita coniunctio, etsi Groningo & ipso maxime delectabatur. Redijt igitur *Erphordiam* anno Christi trigesimo tertio seculi millesimi quingentesimi: venitque illo cum spe eiusmodi, cui euentus non respondit. Et tamen factum est amicorum studio, cura & diligentia: vt satis commode ibi degeret annis fere quatuor: & vt ad illam scholam collapsam, non modo instaurandi viam monstraret; sed rationem etiam inchoaret, quam tamen sequi vel noluerunt, vel non potuerunt ij, penes quos administratio erat scholæ illius. Docuit illic publice priuatimque cum vtilitate aliorum, & sua laude multa. Multa etiam scripsit, & de Græcis versibus quosdam præclare fecit Latinos. Post *quadriennium* inuitatus

Redit Erphordiam Eobanus.

clemen-

amplificatio virtutis illius: vt nullius non animus cupiditate viſendi Eraſmum incenderetur: quidam etiam ad iter ſtatim ingrediendum commouerentur; & proficiſcendum eo vſque, vt conuenire poſſent Eraſmum; qui in Belgio non vno loco maneret. Inter quos præcipui fuere iuuenes egregij, & multis rebus ornati, *Iuſtus Ionas*, *Caſpar Schalius*, & *Iohannes Draco* Francus.

Cæterum Erphordiæ Eobanus in cætu doctorum auditorum & lectiſſimorum iuuenum, optimos auctores linguæ Latinæ explicando operam nauauit diſcere volentibus: & illexit fama nominis eius permultos; vt in Academiam Erphordianam vel diſcendi cauſa migrarent; vel ad viſendum ſaltem Eobanum excurrerent. Inter quos venit eo anno, quo poſt congreſſum celebrem *Martini Luthri*, & *Ioannis Eccii*, peſtilentiæ contagio ipſiæ infeſta fuit; *Sebaldus Münſterus* Noricus: qui ſummos honores ſtudiorum poſtea conſecutus, iuris publici doctrinæ præfuit Wittembergæ. Et ſæpe nominis Eobanici memoriam renouare honorifica mentione eſt ſolitus: ſe *vnum omnium illum cognouiſſe; tum eruditione literarum præſtantiſſimum, tum minime opinionis aliorum cupidum; tum vero ab omni fuco & ſimulatione remotiſſimum: & eum, qui neminem ab eſu humaniratis ſuæ excluderet.*

Eobani fama.

Sebaldus Münſterus.

Iudicium eius de Eobano.

Cum autem eo tempore, literas ijs negligentibus, qui ſubleuare debuiſſent, Eobani admodum in anguſtum cogerentur copiæ; & publicus reſpectus penitus illi ſubtraheretur: priuatiſque pauci, inter quos principem locum tenuit *Sturciades*, ſubuenirent: amicis de ſalute tum ipſius tum liberûm deliberantibus placuit: vt quæſtuoſæ alicui arti operam daret; non iam famæ amplificandæ cauſa, ſed ne fame laborare mox cogeretur. Autores ergo illi fuere, vt medicinam diſceret: quoniam priores conatus forenſes parum ſucceſſiſſent. Hoc ille, fretus potiſſimum ope & adiumentis à Sturciade, cupidiſſime amplexus fuit: & ſtatim libros comparauit: & illas res ſtudio maximo cepit cognoſcere. Etſi autem ad factitandum artem progreſſus non fuit: hoc tamen ſtudium, quamdiu vixit, coluit; & librorum de illa compoſitorum lectione admodum fuit delectatus.

Eobanus ad medicinam animum applicat.

Tum igitur Eobanus, cum propemodum à ſolo Sturciade retineretur Erphordiæ, ibi hæſit, vt potuit, conflictatus cum multis aduerſis, ad annum vſque Ieſu Chriſti viceſimum ſextum ſupra mille quingentos. Hoc, autore & conciliatore *Philippo Melanchthone*, qui Eobanum eximium in modum amabat & magnificiebat, Norinbergam venit, ab illa ciuitate accerſitus perquam benigne. In qua vna cum illo Ioach. Camerarius & Michael Rotingus vixerunt annis circiter *ſeptem*: & eas literas

Norinbergam commigrat.

non modo carus, ſed admirationi quoque fuit. Hic ad eum ſæpe ſcribebat, ſæpe ab eo literas * accipiebat, ſæpe excurrebat Gotham Eobanus; vt cum Mutiano verſaretur.

* *Exſtant pleraque à Camerario edita.*

Amabat ibidem caſte virginem Erphordienſem *Catharinam*: quam poſtea vxorem duxit: & cum qua multis annis maritus vixit: & ex qua vtriuſque ſexûs numeroſam ſobolem ſuſcepit. Ea habebat patrem honeſtum in ciuitate ſua hominem; ædium illarum dominum, quas poſtea *Georgius Sturiades* emit: moribus aliquanto duriorem, & ſenecta amariorem. Accidit, vt de hoc apud Mutianum queretur Eobanus: tum ille hoc modo reſpondit:

Eobanus vxorem ducit.

Si tibi nata placet, fer patris imperium.

Poſtea & ſocerum ille æquo animo tulit: & cum coniuge amanter vixit.

Docet Erphordiæ.

Docuit tum Eobanus bonas literas Erphordiæ, admodum tenui ſtipendio: cum neque tum rebus omnibus, quæ ad victum & cultum ſunt neceſſariæ, vilibus opus eſſet multo: neque ipſe partem vel minimam curæ impenderet faciendæ rei. Paulo poſt Eraſmi fama excitatus, iter ingreſſus fuit adiuncto ſibi comite M. *Bertero*, iuuene egregio, vt Eraſmum videret: temporibus quidem non admodum expeditis. Eo enim tempore, ſi quis ab Eraſmo, politioris doctrinæ tum principe, epiſtolam ad ſe forte elicere poſſet: ingens gloria habebatur: ſi autem accederet veluti cumulus colloquij & congreſſus Eraſmici; vt ad eum aditus alicui pateret; tum demum ſibi in terris is, cui hoc contigerat, beatus videbatur. Venit igitur ad Eraſmum, in Belgio tunc apud Grudios commorantem: & verſibus compoſitam elegantibus epiſtolam ad eum ex diuerſorio miſit: quæ cum *Hodeporico*, quo deſcribitur iter illud, & alijs quibuſdam edita fuit. Eraſmus ſiue occupationibus alijs abſtractus, ſeu propter humilitatem aduentus Eobanici, qui cum vno comite pedes acceſſiſſet; ſiue in tanta ſalutantium frequentia: non deſpexit ille quidem Eobanum; ſed nec tribuiſſe ei tantum iudicio ſuo, nec tam officioſus in ipſum fuiſſe exiſtimabatur; quam pro ſua humanitate & Eobani ſtudio eſſe debuiſſet. Etiam poſtea laudauit Eraſmus Eobanum remiſſius: non quod iniquior illius famæ eſſet: ſed quod non arbitraretur, vt opinio eſt, eum indigere prædicatione ſua; qui per ſe magnus eſſet: atque illos potius extollendos, ornandosve: qui vel nullam vel exiguam dignitatem parare poſſent ipſi ſibi. Eobanus quidem & Eraſmo diligenter & prolixe gratias egit: & nomen illius poſtea maximopere defendit: & cum à Leo Eraſmus carperetur, auctor fuit: vt pro illo Erphordiani eruditi contra eum ſcriptis ſuis propugnarent. Tam honorifici etiam fuere Eobani ad ſuos reuerſi, de Eraſmo ſermones; tanta

Abit Viſendi Eraſmi cauſa.

Eraſmus in Eobanum inhumanior.

amplifi-

DEVS inanem esse voluit: ita omen illorum exitus probauit.

Cum in illo ludo mansisset Eobanus triennium; annos deinde natus sedecim, *Erphordiam* ad mercatum quasi vberiorem bonarum artium profectus fuit; operam studij sui illi nauante *Ludouico Christiano*, viro pio, innocenti, ac docto. Habuit & aliunde adiumenta ad studiorum cultum, popularium quorundam: qui facultatum copia abundabant. Erphordiæ admodum adolescens *carmen* composuit, *de infelicitate amantium, & alterum Bucolicum.*

Venit Erphordiam.

Primum in poetica specimen.

Cum ibidem eos honores consecutus esset, qui in scholasticis communitatibus tribui solent ijs, qui doctrina præstare alijs iudicantur: visum illi fuit peregrinationi operam dare, non tam consideratione, quam impetu quodam animi. Erat illis temporibus in Borussia ad Vistulam præsul Risebergensis, gente nobili Nariscorum, *Iobus*: vir amantissimus omnium studiosorum. Huic conciliatus *Eobanus* qui sibi *cognomen* patriæ* sumserat, præposita nomini Eobani voce, qua Græce *sol* significatur; fuit præsuli mirum in modum gratus. Admirabatur in adolescente vir prudens vim ingenij, & amabat simplicitatem, ac perpetuam sibi illius familiaritatem pollicebatur, beneficijsque varijs obnoxium sibi reddere eum studebat.

Commendatur præsuli Risebergensi.

* *Helius Eobanus Hessus.*

Scripsit tum Eobanus & alia quædam, & ad Ouidianam imitationem *Heroidas* quas postea retexuit, & futiles inde fabulas exemit, ac multo meliora & grauiora fecit omnia. Est id *primum opus* memorabile, eo etiam nomine, quod initia complectitur facultatis poëticæ, & quod maximam partem animo suo composuerit eques; dum comitaretur forte præsulem, aut mandata itinera faceret.

Eobani epistolæ Heroidum.

Præsul igitur, qui Eobani opera ad scripturas vti, & ad negotia, quæ ciuilem requirunt prudentiam, & ad legationes obeundas, cogitabat: sumtibus liberaliter instructum Lipsiam ad ius perdiscendum misit: cum esset natus annos * circiter quinque & viginti. Habebat tum Academia Lipsica doctos viros multos, sed eruditionis & humanitatis principes erant, *Ioannes Sturnus, Vitus Berlerus*, & *Georgius Aubanus*, Franci ambo; præter paulo ante inuidia expulsum *Ioannem Aesticampianum*, & qui Ioachimum Camerarium erudiebat cum alijs *Georgium Helium*. Hic Eobanus, quem natura à Musis aberrare non patiebatur, & nescio quis horror à studio iuris repellebat; oblitus voluntatis ac mandatorũ præsulis sui, pecuniam confecit, & libros istos grandes, antea à præsule ipsi emtos, legum atq; constitutionum diuendidit: & mox Erphordiã ad incunabula suæ doctrinæ se retulit: vbi tũ alijs, tũ *Conr. Mut. Russo*, qui in sodalitio Ecclesiast. Gothæ degebat, & antea quoq; Eobanũ norat,

Mittitur Lipsiam studiorum gratia.

* *Anno* 1513.

Abhorret à studio iuris.

Redit Erphordiam.

Conradus Mutianus Russus.

non

omnia perciperet, & fideliter retineret, placuisse vt literarum studia sequeretur. Missus igitur fuit ad propinquos Gemundam: inter quos præcipuo loco & nomine vnus *Hartomannus Arnoldus*, paulo natu grandior; qui postea in sua ciuitate magistratus præcipuos gessit, vna cum Eobano audiuit ludimagistrum, cognatum suum, virum grauem & satis doctum, *Iohannem Mebesium*: qui hoc vnice studuit: vt pueri inprimis Grammaticas præceptiones cognoscerent & intelligerent.

Alter item.

Gemunda duo hi ad spem doctrinæ vberioris, Francobergam profecti sunt: quod ibi doceret eruditione tum celebris *Iacobus Horlæus*. Hic magna beneuolentia Eobanum, nondum ephebum, complexus, quod eluceret in eo indoles eximia, vna cum paucis quibusdã alijs impendit illi extraordinarias operas doctrinæ: & tradidit præcepta versuum faciendorum. Cumq; aliquantulum temporis in hac institutione insumsisset: iussit eos experiri in componendis versibus vires suas: & proposuit illis sententiã Euangelicæ narrationis hanc: *Ego sum lux mundi: qui sequitur me, non ambulat in tenebris.* In qua Eobanus statim notauit: vnam partem numerose cadere: ita vt pentameter Elegiacus concluderetur. Sic igitur expressit sententiam: vt iam tum statim magister admiraretur vim promti ingenij: & se profectus spem singularem de eo diceret cõcipere: ac ominis boni loco sententiam illam à se propositam accepit. Hortatus est etiam Eobanum: pergeret, quo Deus & natura ducerent. Non enim sibi dubium esse: quin vir olim magnus esset futurus. Narrauit Eobanus Camerario: dormienti sibi aliquando oblatam nauigij speciem, ad cursum omnibus rebus instructi; quod stetisset religatum ad litus. Cumque accessisset, & intuitus illud solicite fecisset: incessisse se cupiditatem nauigandi: soluisse funem & prouectum hoc cum voto:

Tertius Iacobus Horlæus.

Primum exercitium versuum Eobano propositum.

Eobani adolescentis somnium.

Da tamen [illegible] viam: iuuat ire per altum.

Horlæum præterea in spem magis magisque erexit, adsiduum in Eobano scribendi studium ac cura elimandi. Quoties enim cunque versus aliquot scripserat, si minus potestas dabatur conueniendi magistri; quæsiuit ab alijs: nec repelli se passus fuit vllis illorum occupationibus. Sæpe in cætu frequenti exhibuit versus suos: sæpe ad conuiuia attulit, & precibus contendit: *Vt illi statim recitarentur: ac si quid vitii inesset, demonstraretur: negare, moram ferre posse: sibi alios versus mox faciendos.* Hac puerili & liberali importunitate multi tum delectati, & istum ardorem studij exosculati in puero Eobano fuerunt: & sæpe inter se dixerunt: fieri non posse, quin illa incitatio, & tam feruens studium, admirabile nomen pariturum illi puero esset: si vita ei concederetur. Vereri enim se, ne præcox ingenium ad fructum proferendum non perueniret. Quem metum vt

Eobani industria.

DEVS

præcipuas hiſtorias Eccleſiæ & imperiorum ex Hebræis fontibus, & ex ſcriptoribus Græcis ac Latinis, *Herodoto, Thucydide, Xenophonte, Diodoro Siculo, Polybio, Plutarcho, Pauſania, Liuio,* & alijs permultis. Carionis autem nomen præfixit; quia ille primus occaſionem contexendi eiuſmodi ſcripti præbuerat, & commendare amicum ad poſteros voluit.

A morte Melanchthonis continuauit illud ſcriptum gener eius *Caſpar Peucerus* ad Carolum V. vſque. Germanice idem reddidit *Euſebius Menius.*

Mortuus, eſt Cario in flore ætatis Berlini anno 1538. ætat. ſuæ 59.

HELIVS EOBANVS HESSVS.

O. 1540. d. 5. Octobr. etat. 53.

FVIT Eobani patria ea Cattorum pars, quæ ſpectat veteres *Angriuarios* ad Viſurgin, in finibus ditionis Haſſiacæ. *Patria.*

Parentibus natus * eſt non illis quidem opulentis, ſed honeſtis, & integritatis ac pudoris laude inter omnes conſpicuis. Mater, ciuis fuit oppidi Gemundani: pater, in montibus, quibus territorium Haſſiacum concluditur, operam ſuam dedit conuentui Hainenſi: qui diſſipatus nunc eſt; & mutata res; vt illo loco pauperes aliquot alantur. Sed hic conſideranda eſt vis naturæ mirabilis: quæ in temporum, locorum, hominum, euentuum, maxima diſſimilitudine; ſimilitudinem tamen aliquam ſemper exprimit. Nam cum Eobanus eam noſtra ætate verſibus præſtantiam attigerit; quam olim Homerus; fuerunt inter hos ſimilia permulta. Quemadmodum enim Herodotus tradit, in ripa fluminis Meletis partu editum fuiſſe Homerum: ita ſub arbore in gramine mater recubans, Eobanum eniſa fuit. Et vt patria Homeri ignoratur: ſic non potuit certo cognoſci, quo loco in lucem editus eſſet Eobanus. In pago quidem vno ex eorum numero, qui attributi ſunt conuentui Hainenſi, natum illum conſtat: ſed non eundem omnes nominant. Non abhorret à vero in pago natum eſſe; cui eſt nomen Teutonicum deductum ab hirco. Nam ille aliquando iocans *Tragotemeſem* ſe appellaſſe fertur. Fuit denique & fortuna vtriuſque par; & neuter toto vitæ tempore in re admodum aucta aut luculenta vixit. Peregrinator etiam & oculis hebetibus fuit Eobanus: hoc vno Homero felicior, quod viſum penitus non amiſit.

** Anno milleſimo quadringenteſimo octogeſimo octauo, vel ſeptimo, d. ſexto, vel vt Purbach. quinto Ianuarii, hora 17. m. 50.*

Parentes.

Contentio Eobani cum Homero.

1. Natiuitas.

2. Patria.

3. Fortuna.

Educatio Eobani.

Quamuis autem parentes habuerit pauperculos; curæ tamen illis fuit liberalis filiorum * educatio. Puer didicit à quodam *Dotmaro*, qui in illo conuentu primas tunc erat Eccleſiaſticus, prima elementa literarum. Veriſimile eſt, quod celeriter

** Habuit fratrem natu ſe minorem.*

Præceptor Eobani I.

Siue leues elegos, alternaque carmina, raptus
Naſonis impetu canit:
Siue lyram variis ſic aptat cantibus, vt ſe
Victum erubeſcat Pindarus:
Siue iocos, blandoſq; ſales Epigrammate miſcet,
Clara inuidente Bilbili.
Vnus quattuor hæc ſic præſtitit ille Secundus;
Secundus vt ſit nemini.

Aubertus Miræus in elogijs Belgicis; poëmata Ioannis Secundi, alij.

IOANNIS CARIO.

O. 1538.

IOannes Cario naſcitur A. C. 1499. A teneris optimarum literarum & artium ſtudioſus fuit, inque pluribus Germaniæ Academiis, præſertim in Witebergenſi, tum facilè omniũ principe, cum laude verſatus.

Studia Carionis.

Dedit autem operam cognitioni tum omnium diſciplinarum, tum inprimis Matheſeos; cuius & profeſſioni in Academia Francofurtana præfuit.

Scripta eiuſdem.

Scripſit Cario *practicas Aſtrologicas*, & *Ephemerides* aliquot annorum; quarum vna continuit præſagia & iudicia ab anno 1536. ad annum vſque 1550. Fuit & hiſtoriarum cupidus; eaſque in Epitomen redigere conatus eſt; idque hac occaſione. Illuſtriſſimus princeps *Philippus* Palatinus Elector cum audiret in aula ſua doctos viros, *Rodolphum Agricolam*, & *Ioan. Dalburgium* Epiſcopum Wormatienſem, in deliberationibus de Republ proferre exempla monarchiæ Perſicæ, Græcæ, Romanæ: petiuit ab iis, vt in hunc vſum colligerent epitomẽ præcipuarum rerum geſtarum in monarchiis. Collegerunt viri illi è monumentis ſacris & profanis Græcis & Latinis præcipuas narrationes: quod ſcriptum adhuc exſtat in bibliotheca Palatina. Hoc proculdubio Cario excitatus, ſimili ſtudio collegit farraginem quandam hiſtoriarum: quam circa annum Chriſti 1530. miſit excudendam, ſed prius emendandam Melanchthoni; vt ex epiſtola eius quadam ad Camerarium patet.

Philipp. Elector hiſtoria. amans.

Chronica Carionis qua occaſione cõſcripta.

Cario (inquit) *huc mi ſit Chronica excudenda; ſed ea lege, vt ego emendarem. Sunt multa ſcripta negligentius. Itaque ego totum opus retexo; & quidem Germanice; & conſtitui complecti præcipuas mutationes maximorum imperiorum.* Cum igitur limam adhibuiſſet Philippus, & in ordinem redegiſſet; prodijt liber Germanice Witebergæ, & lectus eſt auide in Germania, & omnibus Europæ regnis. Sed cum rudius eſſet ſcriptus, Melanchthon in extrema ſenecta totum retexuit, colligendo præci-

Posteritas studiosa legens, mirabitur olim
Phidiacasque manus, facundique ora Properti.

Biturgibus familiarissimus fuit *Alciato*, ob commune iuris ac poetices studium: à quo etiam accepit *Alciato familiaris.*

——sanctarum insignia legum,

vt frater idem Marius loquitur. Demeritus eundem est; quando ipse & Adrianus Marius sub persona Solis & Lunæ noctu eum conuenerunt, & epigrammate lepido, quod inter reliqua exstat, salutarunt. * Fratres habuit tres, qui eum non secus ac germanum dilexerunt: è quibus *Nicolaus Grudius*, & *Adrianus Marius*, viri fuerunt vt honoratissimi, sic eruditissimi. Nam nō solum in iuris scientia vterque excelluerunt: verum etiam in humanioribus literis, & præcipue poëticis ita versati sunt: vt in præstantissimorum seculi illius poëtarum numerum à *Lilio Gyraldo* relati sint. Ac *Nicolaus* quidem *Grudius Philippo* 2. Hispaniarum regi, Belgicæque principi, à consiliis, atque illustri ordini velleris aurei ab actis fuit: clarissimis plerisque ea tempestate viris, in his *Achille Statio* Lusitano, *Ioanne Calueto*, *Stella* Barcinonēsi, *Honorato Ianio* Valentino, familiariter vsus. Quin & à M. *Hieronymo Vida* Cremonensi, Albæ Ligusticæ episcopo, poëtarum sui æui coryphæo, absens literis colebatur. Demum in Italiam Reipub. causa profectus, *Venetiis* fato fungitur anno septuagesimo primo, supra mille quingentos. Senatus P. Q. Venetus ad aram conditum, lacrymis exterum atque eruditum hominem sunt prosecuti. *Fratres Io. Secundi.* *Nicolaus Grudius.* *Hiero. Vida.* *Obitus Grudii.*

Adrianus autem *Marius*, Geldriæ Zutphaniæque cancellarius, à negociorum curis non raro diuertere solitus, præter *dialogos Luciani* metro redditos, eiusdem de *vitanda calumnia* librū prosa conuertit. Senex moritur *Bruxellis* XII. Cal. Aprilis, anno sexagesimo octuo supra millesimum quingentesimum. Corpus *Macilimum* translatum est, conditumque honorifice ad tumulos parentis & fratris, in D. Mariæ. Officium Adriani excepit Guilielmus Cripius. *Adrianus Marius alter frater Secundi.* *Eius scripta.* *Mors.* *Sepultura.*

Cæterum in *I. Secundi* obitum tum fratres & alij, tum *Andreas Alciatus* hoc epigramma scripsit: *Epigramma Epitaph. Alciati in I. Secundum.*

Nomen perpetuum vita breuiore rependunt,
Elysiisque addunt te tua fata locis;
Vincere ne veteres possis magnosque poetas,
Par quibus hoc modico tempore factus eras.
Flent Musæ & Charites, lacrymas quoq; fundit Apollo,
Et tua deserto busta Helicone colunt.

De eodem est hoc *Theodori Bezæ* Epigramma: *In eundem Th. Bezæ.*

Excelsum siu condit opus, magnique Maronis
Luminibus efficere studet;

familiariter vſus, in poëticis ſe ſtudiis exercuit. Poſt in Italiam tranſgreſſus, indeque in Hiſpaniam traijciens, Archiepiſcopo Toletano à ſecretis fuit: cuius etiam iuſſu *Carolum* V. Cæſarem in Tunetana expeditione ſecutus, in Africam tranſmiſit.

Inde in Italiam. Et Hiſpaniam. Carol. V. ſequitur in Africam.

In patriam valetudinis gratia reuerſus, à *Georgio Egmundano*, Vltraiectino præſule, ad idem munus vocatur. Is tum fortè in D. *Amandi* apud Hannones fano, cuius loci Abbas erat, agebat: quo profectus Secundus, mox in febrim incidit: quartoque poſt, quam venerat die, flos ille Belgicus, nondum annorum *quinque & viginti*, occidit: ſummus haud dubie futurus, qua erat ingenij præſtantia, ſi vita longior cõtigiſſet. Obijt anno Chriſti trigeſimo ſexto, ſupra mille, quingentos, die * primo Octobris: conditus in æde D. *Amandi*, Benedictinorum Abbatiæ, tumulo marmoreo à tribus fratribus, totidemq; ſororibus excitato.

*Reuerſus fit ſecretarius epiſcopi Vltraiectini. Morbus Secundi. Obitus prematurus. * Alij d. 8. cal. Octobr.*

Scripſit in omni carminum genere multa: in quibus omnibus ita excelluit: vt, quem *Beza* illi tribuit, principatum, facile tueri poſſe videatur. In *elegia* lenis, dulcis, perſpicuus: in *amoribus* feſtiuus & lepidus: in *luctu* grauis, nec tamen elatus; oratio plena in omni genere affectuum: in *epigrammatibus* argutus: in *Lyricis* ſuauis: vbique elegans. Quod ſi Eipopeiã quoq; attingere potuiſſet; habuiſſent tunc Belgæ, quem principibus Italiæ & Germaniæ poëtis opponere poſſent. Quanquam fragmenta, quæ exſtant in eo genere, quid præſtare potuiſſet, facile oſtendunt. Efferant ergò ſuos *Bembos*, *Pontanos*, *Flaminios*, Itali, laudent *Borbonios*, *Salmanios* Galli: iactent *Fabanos*, *Stigelios*, *Sabinos* Germani ſuperiores, non vereor, vt hic Secundus Belga ex illo ſeculo ſit cuiquam ſecundus.

Scripta Secundi & eruditio. In poëſi princeps ſui æui.

Exſtant eius poëmata vno in volumine: quorum catalogus eſt hic: *Elegiarum* libri tres: *Funerum* liber 1. *Epigrammatum* liber 1 *Baſiorum* vnus: *Epiſtolarum* duo: *Odarum* vnus: *Syluarũ* vnus. Excelluit præterea in celatura & in ea plaſtice, quæ ex gypſo effigies hominum affabre format; vnde ſic in nænia de ipſius obitu frater *Adrianus Marius*.

Poematum I. Secundi elenchus. Celatura & plaſtice excellit.

Nulla dies vnquam tales, plaga nulla labores
Neſciet, artificesq; manus & cela poëtæ:
Iulia quis viuo formoſa in marmore ſpirat,
Et formoſa Neæra, atque altera, tertius ignis;
Et cari fratrum vultus, cariq; parentis,
Oraque amicorum varia, & tua maxime Cæſar,
Nunquam ſculpta alia melius, ſimulataue dextra.
Quid memorem, argilla ſolitus quos ducere ab vda
Viuentes hominum vultus, vultusque deorum?
Quæ cuncta adſficiens, & nomina nota Secundi

Poſte-

HEREDES ET NVNCVPATI SVPREMÆ SVÆ VOLVNTATIS VINDICES, PATRONO OPTIMO, NON MEMORIÆ, QVAM IMMORTALEM SIBI EDITIS LVCVBRATIONIBVS COMPARAVIT, IIS TANTISPER DVM ORBIS TERRARVM STABIT SVPERFVTVRO, AC ERVDITIS VBIQVE GENTIVM COLLOQVVTVRO, SED CORPORIS MORTALIS QVO RECONDITVM SIT ERGO, HOC SAXVM POSVERE.

Mortuus eſt VI. Idus Iul.

Iam ſeptuagenarius anno à Chriſto nato
M. D. XXXVI.

In Saxo, quo ſepulcrum integitur, eſt Termini facies baſi quadrata, cum his verbis:

Des. Eraſmum Roterodamum amici ſub hoc ſaxo condebant quarto Eidus Iulias 1536.

Scripta ſunt & à viris doctis varia carmina Epitaphia, quibus obitum eius luxerunt, animique dotes celebrarunt. Non indignum eſt lectu epicedion * à *Melchiore Acontio* ſcriptum; vti & *Apotheoſis Eraſmi*, eodem autore. Exſtat & Apotheoſis Eraſmi autore Ioanne Sapido, adiunctis aliorum epigrammatis. *Atque hæc de Eraſmo, ex ipſius Eraſmi epiſtolæ ad Conradum Goclenium, & quæ huic adiuncta ſunt ſtudio Paulî Merulæ edita & tomo* 4. *declam. Philippi & aliis.*

* *Exſtat tomo* 2. *decla. Philippi.*

IOANNES SECVNDVS.

O. 1536. d. 1. Octobr. ætat. 25.

PAtriam habuit *Ioannes Secundus*, Hagam Comitis apud Batauos, natus anno Chriſti vndecimo, ſupra mille quingentos, patre *Nicolao Euerhardo* præſide. *Secundi* nomen non ſine omine induit: vt cui ſecundum non facilè reperias. Nam ea ætate, qua vix Latine loquuntur alij, ipſe in re poëtica vſque eo cæteris omnibus antecelluit: vt *in aurem Batauam* intempeſtiuum * *Martialis* iocum facile eluſerit.

Patria. Vere ſecundus dictus. Præcox eius ingenium.

* *lib.* 6. *epigr.* 82. *Prou. Auris Batauæ.*

Adoleſcens in Galliam profectus, *Andream Alciatum Mediolanenſem*, de ſuperiore loco ius interpretantem audiuit: ibidemque *Matrino Salmonio* Gallo, & *Cornelio Muſio* Ba[illegible]no, fami-

In Galliam proficiſcitur.

omnia ſeuere exigentibus. Sed ipſe huc ſemper anniſus eſt à puero, vt orationis mundiciem ſimul atque animi præſtaret: magiſque affectauit puram ac perſpicuam orationem, quam phaleratam, & ſolidam maſculamque potius, quam ſplendidã aut ſcenicam: quæ rem oſtenderet citius, quam ſcriptoris ingenium oſtentaret. Vocabulis quibuſdã vti coactus eſt Chriſtianæ religionis materiæ, quam tractabat, ſeruientibus. Neque enim * probabat eorum ſuperſtitionem, qui Ciceroni ita addicti ſunt, vt voculam etiam alienam reformident: quique inanes modulos quoſdam Latinitatis verius referunt, quam ſententias denſas & præſtantes.

* *Eraſm. in Ciceroniano.*

Scripta Eraſmi.

Scripſit autem varia, ac fere innumera, qua ſacra, qua profana: quæ in Catalogo ad *Ioannem Botzæmum* ita diſtribuit: vt in *primum* tomum conferat, quæ ſpectant ad *Inſtitutionem literarum*, *ſecundum* dedicet *Adagiis*, *tertium* adſignet *epiſtolis & præfationibus*: *quartum* det his, quæ ad *morum inſtitutionem* faciunt *quintum* his, quæ inſtituunt *pietatem*: *ſextum Nouo Teſtamento*, & in id annotationibus: *ſeptimum Paraphraſibus*: *octauum Apologiis*: *nonum epiſtolis Hieronymi*: *decimum* velit complecti *autores* à ſe *recognitos*. Paulò alium indicat rationem in epiſtola ad *Hectorem Bœotium*, paucis ante obitum annis. Cum igitur *Hieronymus Frobenius & Nicolaus Epiſcopius* typographi ſenſiſſent opera Eraſmi ſimul ordine collecta ab eruditis deſiderari: obſequendum illis rati, rem aggreſſi ſunt tum magnificam, tum omnium fauore dignam, nulla nec ſumtuum nec laborum magnitudine deterriti: & volumina Eraſmi in tomos iuxta auctoris catalogum ad *Bœtium* diſtributa typis excuderunt, adiectis ab Amerbachio ſuo quibuſque loco iis, quæ poſtea idem Eraſmus elucubrauit. Omiſerunt tamen *decimum* tomum, non niſi alios auctores ab ipſo recognitos complectentem. Nomina librorum ac tituli alibi videantur.

Monumentum Eraſmi.

In memoriam tanti viri Amerbachius in æde Cathedrali vrbis Baſilienſis monumentum marmore Rhetico locandum curauit cum inſcriptione eiuſmodi:

Chriſto Seruatori S.

DES. ERASMO ROTERODAMO, VIRO OMNIBVS MODIS MAXIMO, CVIVS INCOMPARABILEM IN OMNI DISCIPLINARVM GENERE ERVDITIONEM PARI CONIVNCTAM PRVDENTIA POSTERI ET ADMIRABVNTVR ET PRÆDICABVNT, BONIFACIVS AMERBACHIVS, HIERONYM. FROBENIVS, NICOLAVS EPISCOPIVS, HERE-

illi: nihil intereſſe, niſi quod *Eraſmus iocetur, illi rem ſerio agant.* Adijcit dictum de Monachorum dictis melioribus: *Eraſmum poſuiſſe oua, Lutherum & cæteros excluſiſſe pullos.* Lutetiæ quidam illud: *conculcabis leonem & draconem,* ſic interpretatus eſt; *leonem Lutherum, draconem Eraſmum*: & huic ſcurrili dicto frequens datus eſt plauſus à Franciſcanorum centurijs præſertim inter pocula; quibus viſum eſt operæ precium, etiam pictura ſententiam tam lepidam exprimere. Brugis fuit Minorita quidam, à vino lippus, qui totas horas deblaterauit in Lutherū & Eraſmum; ſubinde eos *beſtias, aſinos, grues, ſtipites*, appellans, nec quicquam tamen refellens. Cum in altera quadam concione palam dixiſſet: *in libru Eraſmi eſſe quadam hæretica*: quidam è magiſtratu doctus adijt hominem: rogauit, quid eſſet in libris eius tale: *non legi*, inquit ſcurra, *libros Eraſmi; volui legere paraphraſes; ſed Latinitas erat nimis alta. Timeo igitur, ne poſſit labi in aliquam hæreſin propter altam Latinitatem.* Nec ſolum integras horas publice è ſuggeſto, tanquam è plauſtro, in ipſum debacchati ſunt: ſed & è bibliothecis ſubmouerunt, quicquid fuit Eraſmi.

Eraſm. l. 23. epiſt.

Eraſm. l. 14. epiſt.

Eraſmi Latinitas nimis alta.

Conſtantiæ etiam fuit quidam doctor; qui *Eraſmi effigiem* in charta impreſſam habuit in conclaui ſuo, non ob aliud, niſi vt cum inambularet, quoties eam præteriret, conſpueret: percontantibus odii cauſam, reſpondit: *ſe Eraſmo acceptum ferre calamitoſum illud ſeculum.*

Eraſm. l. 25. epiſt.

Et huiuſmodi plura ipſe recenſet Eraſmus paſſim in libris, præcipue in epiſtolis quas qui volet, adeat. Verum viuit & viuet Eraſmi memoria, quamdiu bonæ literæ inter homines manebunt: cum iampridem inauſpicatarum illarum auium garritus conticuerit. Cæterum offenderunt aliquorum animos libri quos edidit, præſertim *Colloquia*; quæ paſſim male audiuerunt; *Adagia*, publico edicto *Pauli 4* prohibita fuerunt: *Moria*, ſiue encomium ſtultitiæ, & alia eius opera; quæ ſalibus, & iis interdum aculeatis, abundant; quibus craſſos errores & aniles quaſdam ſuperſtitiones orationis libertate perſtringit.

Libri Eraſmi multos offendunt.

Acuit etiam ſtylum in Eraſmum * *Huldaricus Hüttenus*, eques Germanus, antea amicus; verum, vt videbatur, ſubornatus ab *Herphendorpio* & aliis. Eraſmus ſpongia (id nomen ſcripto) aſpergines illas deleuit. Tandem pertractus fuit in arenam cum Luthero: quem διαλειβῃ de libero arbitrio prouocauit: cui Lutherus oppoſuit de ſeruo arbitrio librum. Sed hæc palam ſunt omnibus nota.

* *videl. 27. epiſt 3. & catalogum ad Botzemum.*

Genus orationis Eraſmicæ quibuſdam viſum eſt non ſatis Ciceronianum; ad ſtructuram & verba Tullianæ dictionis

Genus orationis Eraſmi.

Apostolico contulit: sed Erasmus *satis Viatici sibi paulo post moriturо superesse* dixit. *Henricus Britanniæ* rex, eius nominis *octauus*, literis sua manu scriptis salutauit. *Franciscus Valesius Galliarum* rex literis eum euocauit, in ipsque sua manu scripsit; longe gratissimum eius aduentum fore *Cantuariensis Archiepiscopus* sic eum est amplexus, ac si pater esset, aut frater: & vt intelligeret, hoc eum ex animo facere, dedit ei sacerdotium *centum* fere *nobilium*: quod postea volente Erasmo in pensionem *centum coronatorum* mutauit: ad hæc dedit dono supra quadringentos nobiles. Nec minor fuit aliorum episcoporum, principum, ducum, & quorumuis magnatum ac diuitum in Erasmum propensio: & expetitus fuit ab omnibus Europæ regnis. *Cæsar* inuitauit in Hispaniam: *Ferdinandus* Viennam: *Margareta* in Brabantiam: Rex *Anglus* in Angliam: *Sigismundus* in Poloniam: *Franciscus* in Galliam; oblatis satis amplis salariis. Habuit plena scrinia literis Pontificum, regum, Cardinalium, principum, episcoporum, ducum, Comitum, & aliorum honorificentissime scriptis: vt taceam munera, quæ pro dedicationibus atque inscriptionibus monumentorum suorum, venerunt nequaquam vulgaria. Nec solum à principibus honoratus est Erasmus: sed etiam à ciuitatibus Germaniæ. Nam si qua transiret, idque magistratus resciisset: vino fuit donatus: qui honor magnatibus & ciuitatum legatis, more gentis, impenditur. Adeoque nemo erat, qui cum Musis ac Gratiis commercium haberet: Erasmum vt excluſum à se & non potius in penetrale amicitiæ adscitum omnique honoris genere cumulatum vellet.

Erasm. l. 20. epist.

Erasm. etiã ciuitatibus Germaniæ gratus.

Habuit tamen, vt virtutis comes est inuidia, suos etiam Momos & Zoilos: atque à tenebrionibus, velut à cimicibus ac pediculis passim fuit admorsus A *Fabro* primum est impetitus: nam Dorpiana orsa suppressa sunt. Insimularat ille Erasmum nescio cuius impietatis, in versione Noui Testamenti. Bellum deinde ipsi factum est, ab indoctis monachorum ordinibus: qui, vt noctuæ in claustris latitantes, non poterant ferre lucem exorientium literarum, aut voculam aliquã liberiorem, qua ipsorum superstitiosæ opiniones notarentur. Duces illorum ordinum fuerunt * *Leus* nescio quis, & *Stunica, & Sutor, & Bedda*; & aliquot alij terræ filii: qui tum conuiciis immerentem lacerarunt, tum libellis prosciderunt; sed maiori suo, quam alterius dedecore, imo nullo. Romæ quidam Franciscanus librum edidit: * in quo *Lutherum, Zuinglium & Oecolampadium* vocat milites Pilati, qui crucifixerunt Christum: *Erasmum* illis annumerans, & addens hunc eodem spiritu eodemque consilio scripsisse, quo scripserunt illi

Erasm. Zoili.

Faber.

Monachi Erasmo cur infesti.

** Eras. apologetica tomo 9.*

** Erasm. ad Io. Cholerũ epist. à Merula edita.*

tibus admodum accommoda. Nam hac ratione etiam *Hermolaus Barbarus*, immortale decus Venetiarum, olim profecisse fertur priuato studio, collatis doctissimi Gazæ versionibus. Iāque quasi signo dato, literarum causam in his prouincijs optimus quisq; promouebat. Sed omnium maximū subsidium attulit *Trilingue collegium* illud in Academia Louaniensi, suadente Erasmo institutum.

Hermolaus Barbarus αὐτοδίδακτος.

Magnas opes moriens reliquerat Ariensis præpositus, *Hieronymus Buslidius*, Francisci, Vesontini quondam Archiepiscopi in Hispania, peregre extincti frater. Quas cū ille studiosorum vsibus destinasset: Erasmus testamentariis autor fuit; vt *Athenæum* Louanii constituerent, in quo stipendiis ordinatis tres linguę publice docerentur. Ex hac schola innumeri deinde cognitione linguarū instructi prodiere. Mouit ea res *Franciscū* quoq; Galliarum regem, vt ad similis collegij Lutetiæ Parisiorum institutionem animum adiiceret, Erasmo per literas euocato, cuius consilio omnia disponerētur. Et iam regium diploma acceperat: sed interuenere causæ; quæ profectionem impedirent. Felix igitur succrescentium superiori seculo literarum successus, Erasmo non cum multis debetur, Editurus prouerbiorum opus à quibusdam doctis audire coactus est: *Erasme, qui ī facis? tu euulgas hic mysteria nostra*, Sed cupiebat is omnibus ea nota esse & aperta: quæ ad solidæ eruditionis copiam comparandam facerent. Hoc candore destituebatur ille; qui Venetiis olim Aldo Manutio cōmentarios Græcos, in Euripidem & Sophoclem, edere paranti, dixit: *caue, caue, hoc facias: ne barbari istis adiuti domi maneant, & pauciores in Italiam ventitent.* Longe alius animus Erasmo: cui nihil tam humile etiam fuit, quo tantus vir, studiorum gratia, se non demitteret. Ipsum etiam *Catonis carmen* iuxta titulum, emendare & interpretari* dignatus est: vt nec in magnis, nec in minutis eius opera desideraretur.

Hieronymus Buslidius autore Erasmo trilingue collegium Louanii instituit.

Erasmus candide aliis suā eruditionem impertit.

Itali Germanis eruditionem inuident.

** adiectis Mimis Publianis.*

Erasmi fama.

Hæc tum doctrina tum virtus singularis, Erasmo non solum doctissimorum hominum intimæ amicitiæ fores aperuit; sed & summorum principum ac magnatum fauorem & liberalitatem conciliauit. Etenim multorum regum & Pontificum expertus est benignitatem magnificam: vt *Caroli* inprimis & *Ferdinandi* Augustorum: qui ei pensionem annuam decreuerunt, *trecentarum* in singulos annos *librarū* monetæ Francicæ. *Clemens VII.* bis misit *ducentos florenos*, nihil nō pollicens. Nec alia mente *Adrianus* fuit Pontifex, si sacerdotium oblatum, vel munus honorarium Erasmus accipere voluisset. *Paulus 3.* cum Cardinalitiam dignitatem non acceptam intellexisset, præposituram Dauentriensem Traiectensis diœcesis, quæ *sexcentorum aureorum* reditum tribuere dicebatur, obtulit ac Breui

Pontificum Regum & principum in Erasm. liberalitas, & fauor.

l. 23. epist. ad Antoni ī Fuggerum.

l. 21. epistol. ad Polydor. Virgil.

Bayerische Staatsbibliothek München

allegendo, & purpureo galero donando, agitatum sub *Paulo* 3. PP. sed ipse pro errore de se & affectu erga se Pontifici ac Patribus gratias egit. Quo audito; quidam Italus dixit: *Erasmum esse sapientem bestiam: qui eo vltro oblato vti nesciret aut nollet; quod alii precio ac precibus ambirent, nec tamen obtinerent.*

Erasmus Cardinalitiam dignitatem respuit.

Ocii autem adeò fuit amans; vt, cum Friburgi ædes mercacatus esset, tantum sensisse se scribat * tædiorum in licitando, contrahendo, stipulando, emigrando, immigrando, rixando cum fabris & furibus: vt malit decennium in libris versari; quã vnicum mensem deuorare talia catapotia. Fuit in egenos liberalis; quos vt alibi, sic à sacro domum rediens, per famulum nunquam non munerari solebat: maxime verò in bonæ spei ac indolis adolescentes, si qui ad ipsum viatico destituti venissent, largus, benignus & munificus. Docuit tum alibi, tum *Cantelbergiæ*, menses complures Græcas & sacras literas; sed gratis; & ita facere semper decretum fuit. In conuictu comis & suauis, citra omne supercilium: vbique ἐράσμιος, id est, amabilis: quod ille nomen à se dolebat non vsurpatum; cum primum scribere cepisset, & editis libellis innotescere. Linguæ inter amicos liberioris, nonnunquam plus, quam sat esset: & sæpe falsus, non poterat tamen amicis diffidere. Candidus æstimator alienæ doctrinæ; & fautor ingeniorum vnicus, si fortuna suppetiisset. In prouehendis bonis literis nemo magis profecit: grauemque ob hanc rẽ inuidiam subiit à barbaris & monachis. Lutherana tragœdia (vt ipse vocat) onerauit eum intolerabili inuidia. Discerptus ab vtraque parte, dum vtrique studet seu consulere seu placere. Videbat plus satis tribui *Theologiæ argutatrici*, priori prorsus abolita: sicque Theologos *Scoticis argutiis* incumbere: vt non attingerent fontes diuinæ sapientiæ. Ad hæc disciplinam Ecclesiasticam longe prolapsam esse à sinceritate Euangelica: populum Christianũ multis modis grauatum: conscientias variis tricis illaqueatas. Videtur igitur sub illa initia magis habuisse, quid fugeret: quãquid sequeretur. Et meticulosior fuit, ac timens offensionũ: atque hoc vnice in vita studuit: vt omnium ordinum & generum beneuolentiam colligeret.

** l. 24. epist.*

Liberæ linguæ Erasmus.

Erasmus in negotio religionis neutralis quid improbarit.

Verum vt vt sit: optime tamen eum de re literaria meritum esse, nemo inficias ibit. Illa enim tempestate in Germania Galliaque mire frigebant literæ: vix vnus & alter Latine vtcunq; sciebat: Græce nullus. Sed simul ac editæ sunt adagiorum Chiliades, & libri de vtraq; copia: velut è nebulis coorto sole, emergere linguarum peritia cepit. Prodibant alii atque alii libelli hanc ad rem facientes: *Theodori Grammaticæ Institutiones* Latine versæ: multorumque autorum in vtraque lingua monumenta, Græce citra præceptoris operam discere volentibus

Erasm. optime de literis meritus.

Barbaries superioris seculi.

vide Epist. Erasmi Lib. 1. fol. 546. contrarium.

Hieronymi Frobenii *d. 5. Idus Iulii Anno 1536.* sub mediam noctem, tandem extinxit: cum natus esset annos *septuaginta, menses octo, dies quindecim.* *Erasmus moritur*

Cum vitæ finis instaret; clara Christianæ patientiæ, & animi religiosi documenta edidit, quibus in Christum se spem omnem figere testabatur; assidue clamans: *o Iesum misericordia, Domine libera me, Domine fac finem, Domine miserere mei!* & Germanica lingua **Lieber Gott!** hoc est, *chare vel mi Deus.* *Agon Erasmi.*

Testamentum condidit, quo pauperum inopiæ relictis à morte facultatibus suis *trifariam* consultum voluit, *inualidis* senioque confectis, *virginibus* elocandis, quibus dos deesset mariti conciliatrix, & bonæ spei *studiosis* adolescentibus fouendis. Id *Bonifacius Amerbachius* IC. heres nuncupatus, redemptis annuis stipendijs reditibusve bona fide, cum adiunctis eidem duobus executoribus, *Hieronymo Frobenio & Nicolao Epiſcopio*, iuxta testatoris mentem executus est, & quæ fieri ille voluit cuncta ad amussim accurauit. *Testamentū.*

Statura fuit infra proceritatem, supra tamen prorsus notabilem humilitatem: corpusculo satis compacto & eleganti: sed quod esset tenerrimæ complexionis, & minimarum etiam rerum mutatione, puta vini, cibi, cœliue, facile offenderetur: insenio crebris quoque calculi & siue podagræ siue chiragræ siuæ panagræ doloribus & cruciatibus obnoxium: vt de pituita, communi plerorumque studiosorum malo, nihil dicam. Crebro etiam tentabatur febribus, præsertim in quadragesima ob piscium esum, quorum solo odore solebat offendi. Cute corporis & faciei candida, capillio in iuuenta sub flauo, oculis cæsijs, vultu festiuo, voce exili, lingua pulcre expressa, cultu honesto & graui. Sed ipse, vt scriptis suis, ita & ne facie quidem propria delectabatur: vixque amicorum precibus extortum est, vt se pingi pateretur. *Erasmus qualis corpore fuerit. Valetudo eiusdem.*

Ingenio erat simplex: adeo abhorrens à mendacio; vt puellus etiam odisset pueros mentientes: & senex ad illorum adspectum etiam corpore commoueretur. *Memoria* felicissima: vt puer totum *Terentium* ac *Horatium* non secus tenuerit, atque digitos suos. In retinenda amicitia constantissimus, nunquam inscriptionibus quæcunque de causa mutatis. *Erasmus qualis animo.*

Pro beneficiis gratus, verbis, animo, rebus. Inde *Montiacum* inscriptione adagiorum honestauit: *Colesio* libros de vtraque copia inscripsit, & alijs alios:

Dignitatum & magnarum diuitiarum contumax contemptor: neque quicquam prius ocio habuit, ac libertate. Fuit in Senatu Cardinalium etiam de Erasmo allegen-

ea relicta *Friburgum*, * Brisgoiæ oppidum, ditionis Auſtriacæs monitu *Bernardi à Gles* Cardinalis Tridentini cum ſarcinulis ſuis commigrauit, propter mutatam religionem, & vitandæ ſuſpicionis cauſa, ne videretur illa probare, quæ tum *Baſileæ* gerebantur; & quod in Heluetia omnia ad bellum inteſtinum ſpectare viderentur. Magiſtratus tamen Reipub. illius prudentia res longe placidius tranſacta eſt, quam multi diuinarant, nemine ex vniuerſo numero ſacerdotum per contumeliam attacto. Baſileam autem ante annos quindecim ceperat adire, è Brabantia identidem recurrens: & annos ferme *octo*, perpetuo illius hoſpitio erat vſus commodo ſane bonoque. Nauim ingreſſurus tetraſticho hoc vrbi valedixit, quod *Bonifacius Amerbachius*, qui profectionis iſtius fuit comes, tabellis excepit, eſtque eiuſmodi:

An. 1529. menſe Aprili Friburgum migrat.

l. 22. epiſt. ad Birckeimer. Verſus quib. Eraſmus Baſileæ valedixit.

Iam Baſilea vale, qua non vrbs altera multis
Annis exhibuit gratius hoſpitium.
Hinc precor omnia læta tibi, ſimul illud, Eraſmo
Hoſpes vti ne vnquam triſtior adueniat!

Friburgi primum in ædibus magnificis habitauit: quas *Maximilianus* I. Auguſtus pro ſenectutis ſuæ nido ædificari quõdam iuſſerat. Deinde propriam domum emit boni nominis, ſed iniqui precii: qua exhauſit, quicquid erat præſentis pecuniæ. At cum *Eccleſiaſten* eſſet editurus, vt præſens adeſſet dũ excuditur in officina, ac operi colophonem adderet (ad calcẽ enim aliquid reſtabat attexendum) ſimul vt reliquias morbi pertinacioris diſcuteret: vendita domo, Baſileam cum vniuerſa ſupellectile ſua, quæ libris maximam partem conſtabat, poſt *ſeptimum annum* reuerſus eſt, ad *Hieronymum Frobenium* amicũ veterem hoſpes gratiſſimus diuertens: hoc conſilio, vt recuperata valetudine, & abſolutis, quæ habebat in manibus, nauigio per Rhenum in inferiorem Germaniam deſcenderet.

Friburgo Baſileam remigrat.

Interim articularis morbus, qui aliquandiu conquieuerat, rurſus hominem corripit, & miſeris modis vexat: vt ſe loco mouere nequiret, fruſtra cœlo mutato. Hic remittentibus cruciatibus ex bipede primum quadrupes, deinde tripes factus eſt, ſcipionum auxilio ſe ſuſtentans, & ſenſim prorepens. Cumque ſchedas epiſtolarum, quas annis ſuperioribus à diuerſis amicis acceperat, ſigillatim euolueret, nouæ editionis gratia; ac plurimæ eorum, qui à rebus humanis exceſſerant, in manus venirent, ſubinde aiebat: *& hic moriuus eſt*: ac tandem, *nec ego diutius viuere curo, ſi Chriſto Domino placeat.* Sic languentem & viribus deſtitutum, dyſenteria: malum exitiale, ferme menſem integrum vexauit: ac paulatim exhauſtum in ſumma æquanimitate & tolerantia, in ædibus

Morbus Eraſmi.

Hiero-

Hieronymi editionem aggressi erant, & in prophetis aliquo vsque progressi. Erasmo nouo hospiti, statim in ædes Frobenianas recepto, placuit editionis nitor; sed inprimis incredibilis fratrum Amerbachiorum in castigando sedulaque diligentia. Ipse ergo si quando consulebatur, vbi iudicio opus erat, propter exemplarium variationem, nusquam deerat. Verum epistolarum volumina sibi peculiariter vendicabat, partim absoluendis scholiis, quæ iam pridem ceperat, partim nouis addendis, & argumentis adscribendis occupatus. Hic labor non erat exiguus; sed accessit longe maior.

Noui Testamenti editio.

Desiderabant studiosi Galliæ & Germaniæ seorsim edi *Nouum Testamentum Græce*, quod cum Veteri Venetiis coniunxerant. In id olim scripserat annotationes *Laurentium Vallam* imitatus Eas cum reperisset inter schedas suas; tumultuarie recognouit, & auxit inter prælorum strepitus. Nec deerant, qui ipsum Nouum Testamentum eliminandum putarent, vulgo Christianorum, vt videtur, scriptum, vel potius versum. Et hæc monentibus pro sua facilitate paruit. Hunc laborem *Leoni.* 10. inscripsit: at *Hieronymiano rum* operum recognitionem Cantuariensi Archiepiscopo *Waramo*, æternũ obseruantiæ singularis monumentum consecrauit. Hic liber Testamenti Noui editus, & rerum bonitate & orationis suauitate iuuentutem ad linguarum & Grammaticæ studia inuitauit: seniores etiam de multis erroribus admonuit. Verum vt bonis gratus hic labor fuit: ita contra in omnibus gentibus hypocritæ monachi, metuentes suæ auctoritati ac ventri: & studia noua opprimere, & ipsum auctorem perdere conati sunt.

Erasmus à Monachis oppugnatur.

Pugnaucrunt in aulis, in gynecæis, in concionibus vt Erasmus tolleretur è medio, confictis criminibus & fabellis, gratis suo theatro. Sed armatus erat Erasmus sua Gorgone, eloquentia & doctrina, qua fortiter hostes repulit. Redijt tum in inferiorem Germaniam propter negocia: ac non ita diu post Selestadium recurrit, cum *Carolus* 5. apud Aquas Grani inauguraretur. * Mox *Coloniæ Vbiorum* adfuit sub conuentum Wormatiensem, in ordinem eorum, qui sunt à consiliis principi receptus; idque iam pridem, viuo *Ioanne Syluagio* Cancellario.

* 1520. *d.* 23. *Octobr.*

Erasmus Caroli 5. Consiliarius.

Solutis comitijs Vangionum, cum in Hispanias ex Brabantia Cæsar rediret: *Basileam* Erasmus repetijt, iterum editurus *adagiorum Chiliades, & paraphrases Paulinas atq; Euangelicas* absoluturus? quas dubium est, maiori ne studiosorum applausu orbis exceperit, an maiori alacritate ipse scripserit, *Hic sum* inquiens, *in meo campo.*

Repetita Basilea variis edendis est intentus.

Basileæ itaque bonam librorum, quos edidit, partem in ædibus Frobenianis, in monte diui Petri sitis elucubrauit. Vnde

ea

ditum in patriam & ipſe maturandum duceret. Itaque per Alpes Rheticas *Curiam* primum, deinde *Conſtantiam* ad lacum Brigantinum profectus, tranſito Lentienſium tractu, qui ſunt ad Martianæ ſyluæ initium, quod priſcis Orcynium fuit, per Briſgauos *Argentoratum* venit: inde ſecundo Rheno in Hollandiam vectus eſt. Mox amicis ſuis *Antuerpiæ & Louanii* ſalutatis Angliam adit. Tenebatur deſiderio *Ioannis Coleti*, qui decanus Londini ad D. Paulum, *Grocini*, *Latimeri*, *Linacri*, & præcipue *Thomæ Mori*. Vetus Mæcenas erat *Guilielmus Waramus*, Cantuarienſis Archiepiſcopus, totius Angliæ primas, hoc eſt, iudex ſummus. Hic omnes Epiſcopos eius Inſulæ ſua liberalitate vicit: hic & pecuniam dedit, & præterea ſacerdotium Eccleſiæ Aldingtonenſis in agro Cantuarienſi: quod cum religione Eraſmus obſtringeretur, quo minus ſtatim acciperet, emolumentis integris potius ad paſtorem pertinentibus, qui præſens diu noctuque ſubiectam plebem inſtitueret, id quod nemo inficiari poſſet: hic ad cunctabundum Cantuarienſis præſul; *quis*, inquit, *te æquius ex Eccleſiaſtico prouentu viuat: qui ſcriptis tuis vtiliſſimis ipſos eccleſiarum præfectos presbyteros inſtruis, doces, adiuuas vnus omnes, nec illos tantum, ſed & cunctas vbiq; terrarum eccleſias, quibus illi ſinguli ſinguli duntaxat præſint & proſint?*

Per Rhetiam & Germaniam redit in patriam.

In Angliam redit.

Guilielmus Waramus.

Eraſmo ſacerdotium oblatum.

Cæterum opus adagiorum *Aldum* æmulatus, flagitantibus ſtudioſis, *Ioannes Frobenius* Baſileæ typis ſuis non infeliciter excuderat: qua arridente editione, ſimul officinæ diligentioris celebritate motus Eraſmus, cum alterum prouerbiorum exemplar cum acceſſione pridem *Batio* promiſſum & deſtinatum, adiunctis aliquot Plutarchi libellis, recens verſis, *Franciſci Pirckmanni* conſilio Baſileam aberraſſe cognouiſſet; & illic omnes diui *Hieronymi* lucubrationes ſub Frobenianis prælis eſſe: ipſe quoq; eodem ſe contulit, ſimulans iter ad Vrbem voti ſoluendi gratia. Nec erat vanus rumor. Pridem enim *Ioannes Amerbachius* abſolutis *Ambroſii Auguſtinique* libris, totum ſe comparauerat ad caſtigationem voluminum *Hieronymi*, vndique conquiſitis vetuſtis exemplaribus, & doctis viris conductis, qui Græcas dictiones paſſim reſtituerent: de quorum numero fuit *Ioannes Reuchlinus*, qui è Lexicis vacuas lacunas replere conabatur, cui ſucceſſit felicior caſtigator *Ioannes Cono* Norimbergenſis inſtituti Dominicani: qui meliorem viam ſecutus, è veſtigiis antiquorum codicum ea, quæ vel deerant, vel erant deprauata, diligenter reponebat. Idque potcrat homo propemodum Græce, quam Latine doctior, verſatus in optimis autoribus, & excellentiſſimorum in Italia profeſſorum, *Muſuri*, *Scipionis atque Ioannis Cretenſis* aliquot annis auditor. Et iam defuncto patre *Bruno & Baſilius* filij, vna cum *Ioanne Frobenio*, Hiero-

Eraſmus Baſileam profectus, varia edit.

I. Reuchlinus.

Ioan. Cono.

admonuisset, ecclesiasticum ipsum esse. Altero item die cum thesaurarij filios adiret: alij correptis saxis & fustib. vim minati sunt, & conuiciis impetiuerunt: intra verba tamē grassati. taq; Erasmus ne simile periculum deinceps incurreret: a *Iulio* 2. P. M. impetrauit; vt ornatu religioso pro bonorum ratione vteretur, aut non vteretur; modo vestē haberet sacerdotalē: quod *Leo* 10. confirmauit: & Erasmus deinde tū in Italia tū alibi obseruauit.

Venetias profectus edit opus adagiorum.

Prouerbiorum autem opere ad vmbilicum perducto, quæsiuit per literas ex *Aldo Manutio*, an librum excusurus typis esset: qui lubenter annuit. Venetias igitur profectus, cum in *Aldi* officinam venisset, diu expectandum ei fuit, donec ad colloquiū admitteretur: quia *Aldus* typis * recognoscendis occupatus, ex vulgaribus salutatoribus quempiā adesse putarat, qui magis curiositatis studio, quàm rei seriæ causa, plusquam molesti quotidie ipsi solebant esse. Intellecto autē Erasmum adesse, cōfestim accurrit, veniamq; precatus hospiti nouo humanitatis officia omnia prolixe probauit. Edidit ibidem *Euripidis* tragœdias duas *Hecubam*, *& Iphigeniam in Aulide*, recognitas: & *Terentii Plautiq;* comœdias, habita carminis ratione castigauit.

* *Vel concinnandis formulis stanneis.*

Item alia.

Sub id tempus *Alexander, Iacobi Scotorum* regis filius, Patauii operam literis dabat, *Raphaëlis Regii* auditor, & iam ecclesiæ diui *Andreæ* in Scotia Archiepiscopus. Is Erasmum sibi in Rhetoricis præceptorem adsciuit: cum quo postea *Seneca* commi grauit. Boërios enim discipulos, post vnicū cohabitationis annum dudum dimiserat, ob patris morositatem. Senis dum agit in ædibus præsulis, quem instituebat; cōmeatum ac potestatē impetrauit vicinā *Romam* inuisendi. Ibi dici nō potest, quanto plausu quantoq; gaudio literatorum hominū sit exceptus. non mediocrium tantū; sed & eorum, qui Cardinalitia dignitate præfulgebant: in quibus præcipuus *Ioannes Medices*, qui in *Iulii* 2. demortui locum * suffectus *Leoni* 10. nomen assumsit; & *Dominicus Grimanus* Venetus, atque *Ægidius Viterbiensis*, trium linguarum peritissimus. Vidit ibi & *Thomam* illum *Phœdrum*; facundia extemporali incomparabiliter eloquentem: qui ludis & comœdiis recensendis priscam antiquitatem repræsentabat. Oblata est pœnitentiarij dignitas, si Romæ manere vellet, via futura ad altiora conscendendi. Sed redeundum fuit ad Archiepiscopum: quo cum postea denuò *Romam* adiit, quam illustrissim. adolescens videre cupiebat prius, quam in Scotiam suam rediret: nec Roma sola, (quanquam dissimulato Archiepiscopi fastigio, ne cuiquam molestus esset.) sed vlterior illa pars Italiæ *Cumas* vsque perlustrata, ac antrum Sibyllæ subintratum, quod illic ab accolis etiamnum ostenditur.

Erasmus fit præceptor Alexandri filii regis Scotiæ.

Romā adit.

* 1513.

Thomas Phædra.

Erasmus ad pœnitētiarii dignitatem inuitatur.

In vlteriorē Italiam progreditur.

Post discessum Antistitis D *Andreæ*, veterum amicorū memoria, quos in Britānia reliquerat, in causa fuit Erasmo, cur reditum

illos inquisitores incidisse: qui pecuniam eam apud ipsum repertam de more Fisco regio addixerint, relicto tanto viatico quantum satis videbatur. Erasmum tot aureis minutum; ab aliis monitum; & qui alias ingenio esset sic satis auaro, in aulam rediisse: regiq; iacturam suam tristi vultu exposuisse: qui in risum solutus, laudata suorum fide, aliis eum quinquaginta aureis donarit, simulque priores quinquaginta reddi iusserit: atque ita Erasmum cum literis salui conductus ad suos Hollandos remiserit.

Viri docti in Anglia Erasmi ætate.

Abundare tum ceperat Anglia viris doctissimis, *Guilielmo Grocino*, *Thoma Linacro*, *Guilielmo Latimero*, qui in Italia literis operam dederant, vtriusque linguæ peritia celebres: item *Ioannes Colet*o, *Thoma Moro*, *Richardo Pacæo & Guiberto Tonstallo*; à quibus omnibus amabatur; vt de Episcopis nihil dicam: quorum vt quisque erat literarum callentior; ita pluris Erasmum faciebat, & benignius tractabat. In Academia Cantabrigiensi docuit aliquandiu: idem & Louanij fecit; cum apud *Ioannem Paludanum*, eius scholæ rhetorem, diuersaretur.

Erasmus docet in Academiis. Italiam petit.

Demum Italiam, cuius miro desiderio semper arserat, cum filiis *Baptistæ Boëri*, Genuensis, regii in Britannia medici, petiit. Ac primum *Bononiam* cum eis iam ætate vergente, hoc est ferme *quasi agenarius*, profectus est; non vt pædagogus, nam morum curam exceperat, nec vt præceptor; sed vt inspector futurus, ac studiorum via commonstraturus. In itinere cũ socio Anglo *Taurino* in Alpibus Cotijs Theologiæ doctor renunciatus est Itaq; dignitatem & eruditionem in Italiam importauit quam cæteri inde exportare consueuerunt Bononiæ inter professores *Paulum Bombasium* amicum habuit, hominẽ niuei pectoris, & eruditũ; qui vicissim ingenio & doctrina Erasmi mirifice delectatus est. Iam enim obierat * *Beroalde*, professorũ sui temporis Achilles: & *Baptista Pius*, antiquitatem infeliciter æmulatus, Oscos & Volscos sonabat. Hunc cum semel audisset interrogatus ab amico, quid iudicaret, respondit: *longe vicit opinionem meam*: quinam, inquit ille. Subiecit Erasmus: *antea ineptum esse iudicaui: nunc prorsus insanire eum comperi.*

Doctor Theologiæ creatur.

Paulus Bombasius.

* *Obiit* 1510.

Baptista Pius antiquarius ineptus.

Opus adagiorum.

Dum *Bononiæ* volumen adagiorum pridẽ ceptum, absoluit: (nam breue & rude specimen operis futuri *Lutetiæ* ante multos annos ediderat) cultum Canonicorum cœnobiticum, quo hactenus vsus fuerat, huiusmodi causa mutare coactus est. Mos est eius vrbis, vt qui peste laborantes curant, linteum album ex humeris pendens, gestent. Tum igitur orta ibi peste, die quodam Erasmus in publicum cum suo ornatu prodit: quem nebulones quidam conspicati, & pestis curatorem esse rati, * eductis gladiis inuadere parabant: fecissent, ni matrona quædam admo-

Erasmus mutat vestitum Canonicorum cœnobiticum, & cur.

* *Cum non cederet de via,*

nullum Latinorum autorum volumen non excuſſit: & tempus, quod alii æquales iocis, ſomno, comeſſationibus ignauiter abſumebant: hi duo libris euoluendis, & ſtylo exercendo impendebant.

Tandem per occaſionem innotuit epiſcopo *Cameracenſi*, *Henrico à Bergis*. Is ſperabat Cardinalitium galerum, & habuiſſet, niſi defuiſſent præſentes nummi. Ad hoc iter quærebat hominem Latine doctum. Itaque per hunc euocatus eſt, cum auctoritate epiſcopi Traiectenſis: quæ ſola ſufficiebat: & tamē ille adiunxit auctoritatem Prioris & Generalis. Conceſſit in familiam epiſcopi, ſeruato tamen habitu. Hic in multorum ſeſe amicitiam inſinuauit, inprimis *Antonii* abbatis apud D. Bertinum, & *Iacobi Batti*, qui ſenatui Bergenſi fuit à ſecretis: ad quem tot Eraſmi exſtant epiſtolæ.

Eraſmus euocatur ex monaſterio.

Cum autem Epiſcopus Cameracenſis deſtitutus eſſet ſpe galeri: egit, vt iret Lutetiam ſtudiorum gratia. Promiſſum eſt ſtipendium annuum: nihil miſſum eſt. Sic ſolent principes. Illic in collegio montis acuti *ex putribus ouis & cubiculo infecto* concepit morbum, hoc eſt, malam corporis, antea puriſſimi, affectionem. Itaque rediit ad Epiſcopum: acceptus honorifice: recreatus eſt à morbo Bergis. Reuiſit Hollandiam hoc animo; vt maneret apud ſuos: ſed ipſis vltro hortantibus rediit *Lutetiam*. Ibi deſtitutus auxilio Mæcenatis, vixit verius quam ſtuduit: & ob peſtilentiam ibi multis annis perpetuam, quotannis redeundum erat in patriam. A ſtudio Theologiæ abhorrebat; quod ſentiret ānimum non propenſum, vt omnia illorum fundamenta ſubuerteret: deinde futurum, vt hæretici nomen inureretur.

Lutetiam proficiſcitur ſtudiorum gratia.

Ob morbum redit in Hollandiam.

Mox Lutetiam.

A ſtudio Theologico abhorret.

Lutetiæ dum egit in collegio illo; emigrauit ad Anglum quendam generoſum, duos alios generoſos adoleſcentes ſecū habentem. Videbant enim inter profeſſores bonarum literarum illa in Academia tunc neminem eſſe; qui vel eruditius poſſet, vel fidelius docere conſueſſet. Atque hinc cepit in Anglia innoteſcere; in quam inſulam & paulo poſt conceſſit, à diſcipulis ſuis, inter quos *Montioius*, domum regreſſis, inuitatus.

Abit in Angliam.

Vbi cum aliquamdiu fuiſſet, in reditu ad litus Dauarienſe à telone fortunis propemodum omnibus exutus eſt; quod compluſculos aureos in Britannica moneta, vltra viaticum ſine diplomate regio, imprudens legum Anglicarum à *Montioio & Moro* perſuaſus, efferre tentaſſet. Quæ tamen iniuria muſſitanda fuit. Alii aliter narrant. Fuiſſe euocatum ab *Henrico* 8. Rege Angliæ, ſuper negocio religionis. *Eraſmum* tandem adiiſſe Britanniam: à Rege humaniſſime exceptum; poſt aliquot de cauſa religionis colloquia ægre quidem dimiſſum, numeratis honorarii loco *quinquaginta Angelottis*. Eraſmum in

Eraſmus in reditu ex Anglia ſpoliatur.

cæterum à monasterio abhorrebat. Itaque concedunt diem ad cogitandum. Interim tutor subornat, qui pelliciant: qui minitentur: qui perpellant animum imbecillem. Atque interea repererat locum in monasterio *Canonicorum*, qui vulgo vocantur *Regulares*, in collegio, quod est iuxta Delft dicto *Sion*: quæ domus est principalis eius capituli. Vbi dies venisset respondendi, respondit prudenter adolescens: *se nondum scire neq; quid esset mundus, neque quid esset monasterium, neque quid esset ipse: proinde videri consultius, vt adhuc annos aliquot agat in scholis: donec sibi notior esset.* Hæc cum videret tutor constanter dici ab adolescente; statim infremuit: *Ego, inquit, frustra laboraui, qui talem locum tibi magnis precibus pararim. Tu es nebulo: non habes spiritum bonum: abdico tutelam: vide vnde alaris.* Adolescens respondit se accipere abdicationem; & ea esse ætate, vt non opus sit tutoribus. Vbi videt, se minis nihil proficere: subornat fratrem, qui & ipse tutor erat, negotiatorem. Is blanditijs agit: & accedunt instigatores vndique. Habebat sodalem, qui prodidit amicum. Et quamuis vrgeret febris; tamen necdum arridebat monasterium; donec fortefortuna viseret monasterium eiusdem ordinis in *Emaus* siue *Steine* iuxta Gaudam. Ibi reperit *Cornelium*, quem Dauentriæ habuerat contubernalem. Is nondum acceperat sacrum illum cultum: viderat Italiam; sed redierat parum doctus.

Hic suum agens negotium, cepit mira loquentia depingere vitæ genus sanctissimum; copiam librorum, otium, tranquillitatem, sodalitatem angelicam; & quid non? Trahebat affectus ille puerilis ad veterem sodalem: alij alliciebant: alij propellebant: onerabat febris. Hunc igitur locum delegit, altero fastidito: lactabatur interim, donec haberet sacram vestem. Interea tametsi adolescens, sensit quam non esset illic vera pietas: adeo vt ad *Seruatium*, qui Patris dignitate cœnobio illi præerat, aperte scribat: *Fuisse ibi colloquia frigida, inepta, nihil sapientia Christum; conuiuia perquam Laica, denique totam vitæ rationem cui ἦν ἀφαιρῆ τὰς, ὡς καλοῦσι, καιρεμονίας, οὐκ ἂν ἀπολείποις ἐξαιρετόν τι.* Et tamen, dum ibi fuit totum illum gregem ad studium excitauit. Vixit igitur aliquamdiu in eo vitæ genere, à quo tum *animo* tum *corpore* erat alienissimus. *Animo*, quod à ceremonijs abhorreret, & libertatis amans esset: *corpore*, quod natura eius non ferebat istiusmodi labores. Ieiuniorum impatiens semper fuit; idq; peculiari quadam corporis ratione. Semel excitatus à somno, nunquam potuit redormiscere, nisi post aliquot horas. Ad literas tantum rapiebatur animus, quarum istic nullus vsus. Parantem abire ante professionem partim pudor humanus, partim minæ, partim necessitas coercuit. Interim cum *Guilelmo Hermanno Goudensi*, studiorum socio, nullum

Erasm. mancipat se monasterio.

Qualis ibi vita.

Erasmus cur abhorruerit à vita monastica.

Parentes vbi reſciuerunt Romæ ipſum eſſe: ſcripſerunt illi; puellam, cuius matrimonium ambierat, eſſe vita defunctam. Id ille credens præ mærore factus eſt presbyter; totumque animum ad religionem applicuit. Reuerſus domum, comperit fraudem Nec illa tamen vnquam poſt voluit nubere; nec ille vnquam tetigit eam. *In patriam retrahitur.*

Puerum autem curauit liberaliter educandum: & vix *quatuor annos* egreſſum miſit in ludum literarium Ac primis annis minimum proficiebat in literis illis inamænis; quibus natus non erat. Vbi nonum ageret annum miſit *Dauentriam*: mater ſecuta eſt, cuſtos & curatrix teneræ ætatis. Ea ſchola tunc adhuc erat barbara: niſi quod *Alexander Hegius & Zinthius* ceperant aliquid melioris literaturæ inuehere. Tandem ex pueris colluſoribus, qui grandiores natu audiebant *Zinthium*, primum cepit odorem melioris doctrinæ: poſt aliquoties audiuit *Hegium*; ſed non niſi diebus feſtis, quibus legebat omnibus. Hic peruenit ad claſſem tertiam. Solitus eſt ipſe *Eraſmus* narrare præſagium *Rodolphi Agricolæ*. Forte oſtenderat *Hegius* hoſpiti *Rodolpho* in ſcholam ingreſſo, diſcipulorum ſcripta: qui cum tyrocinium probaret: prætulit tamen Eraſmicum ſcriptum cæteris: adeoq; eo delectatus eſt; vt cuperet videre puerum. Erat tum ferme duodecim annos natus, ex quo accerſito pauca ſciſcitatus, conſiderata figura capitis & charopis oculis, hortatur eum ad diſcendum, addens: *Tu eris olim magnus.* *Eraſmus liberaliter educatur.* *Quadriennis in ludum mittitur.* *Nouennis Dauentriã.* *Præceptores Eraſmi.* *Rod. Agricolæ de Eraſmo præſagium.*

Sub id tempus peſtis vehementer ibi ſæuiens ſuſtulit matrem, relicto filio, iam annum decimum tertium agente. Cum peſtis indies magis ac magis increſceret, tota domo, in qua agebat, deſolata, reuerſus eſt in patriam. *Gerardo* accepto triſti nuncio cepit ægrotare, ac paulo poſt mortuus eſt. Ita vtrumq; parentem amiſit vix ephebus; & ipſos non multo ſupra annum *quadrageſimum*. Pater tres, quos habebat fidiſſimos, tutores inſtituit: quorum præcipuus fuit *Petrus Winckel*, tum ludi literarij magiſter Gaudæ. Legauit rem mediocrem; ſi tutores bona fide adminiſtraſſent. Itaque ablegatus eſt in *Buſcum ducis*, cum iam ſatis maturus eſſet Academiæ. Verum illi Academiam metuebant: quod ſtatuerant puerum alere religioni. Illic vixit, hoc eſt, perdidit *annos* fere *tres*, in ædibus fratrum, vt vocant; in quibus tum docebat *Romboldus*. Is cum mire adamaret ingenium pueri; cepit eum ſolicitare, vt ſuo gregi accederet. Puer excuſabat inſcitiam ætatis. *Peſtis matrem Eraſmi tollit.* *Mox & pater moritur.* *Tutores Eraſmi.* *Ablegatur Buſcum ducis.*

Hic exortâ peſte, cum diu laboraſſet febri quartana, reuerſus eſt ad tutores, iam ſtylo cõfirmatior, ex lectione bonorum autorum. Vnus tutor perierat peſte: cæteri duo, re non admodũ bene geſta, ceperunt agere de monaſterio. Adoleſcẽs languens febri, quæ ſupra annũ illum tenuerat, non abhorrebat à pietate: *Inuitatur ad monachiſmum.*

Delicium terræ gens Battaua laudet Eraſmum,
Agricolam Phryſius cantet, in aſtra ferat:
Barlandos referat nunc clara Zelandia doctos,
Dorpius & magnum ſit decus vſque ſuis:
Longolium ſequitur iam Ringelbergius autor,
Edidit hunc nobis terra Brabantia virum.
Pierides veſtrum decus hoc redamate ſorores;
Pieridum decus hoc vos redamate viri.

Ex ſcriptis Ringelbergii.

ERASMVS ROTERODAMVS.

O. 1536. d. 12. Iulii, æt. 70.

DEſiderius Eraſmus cognomento Roterodamus natus eſt anno* 1467. d. 28. Octobr. hora quarta ante ſolis exortum, primis *Friderici* 3. Auguſti annis, *Roterodami* in Hollandia, inferioris Germaniæ prouincia, quam olim Batui poſſederunt. Ibi etiamnum monſtratur exigua domus ad cæmiterium, cum hac inſcriptione:

Hæc eſt parua domus, magnus qua natus Eraſmus.

* *Alii* 1465. *alii* 1466. *vt Chytr. in Chron. Sax. de die conſentiunt.*

Patria, Chytr. in Chron. Sax. l. 5.

Puer vocatus eſt *Gerardus Gerardi*, more familiari apud Belgas, & olim etiam vſitato apud Græcos, Latinoſque. Sed quia nomen iſtud in Belgico idiomate videtur habere cognatam ſignificationem cum verbo *deſiderare*: adſciuit ſibi loco prænominis titulum *Deſiderii*: cui ſubiunxit Græcam vocem eiuſdem notionis, & *Eraſmus* agnominari voluit. Mater eius dicta eſt *Margareta*, filia medici cuiuſdam *Petri*; è Septimontio, vulgo Zeuenberge: cuius fratres duos vidit *Eraſmus* Dordraci, pene nonagenarios. Pater dictus eſt *Gerardus*: is clam habuit rem cum dicta *Margareta*, ſpe coniugij: id quod indigne tulerunt & parentes & fratres Gerardi. Fratres ei fuerunt decem, nulla ſoror, ex eodem patre & matre omnes coniugati. Viſum igitur eſt omnibus, vt ex tanto numero vnus Deo conſecraretur: & fratres nolebant minui rem; ſed eſſe, apud quem ipſi coniunarentur. *Gerardus*, pater Eraſmi, videns ſe omnibus modis excludi à matrimonio: fecit, quod ſolent deſperati: clam aufugit, & ex itinere miſit parentibus & fratribus epiſtolam cum manu manum complexa, addito elogio: *Valete, nunquam vos videbo.* Interim relicta eſt ſperata coniux grauida, quam propinquam partui placuit Roterodamum mitti Gouda; quo res occultius tranſigeretur. Puer altus eſt apud auiam. *Gerardus* Romam profectus: ibi ſcribendo, cum nondum eſſet ars typographica, rem affatim parauit. Frat enim manu feliciſſima. Mox applicuit animum ad honeſta ſtudia ita: vt Græce & Latine pulcre calluerit: quin & in iuriſprudentia non vulgariter profecerit. Roma enim tunc floruit doctis viris; inter quos audiuit & *Guarinum*.

Mater Eraſmi.

Pater.

Patrui.

Pater Eraſmi confert ſe in exteras nationes.

Roma agit & diſcit.

Paren-

tum treſue paginæ notatæ eſſent: eas è libro eximebat; reliquum vendebat. Baſileam aliquando profecturus, è nouo opere Plinij ſecundum librum à ſe notatum exſcidit: vbi amicus interueniens, ipſum mentis eſſe parum ſanæ opinatus eſt. Atque ita tractauit libros complures, quando erat proficiſcendum; idque ob duas cauſas, *tum* quod fixa in illis memoria eſſet, *tum* quod ſcripta ea nonnihil conducere putaret ad ſtylum. Librorum enim copia vbique ſuppetit: cogitationum & animaduerſionum priuatarum non item. In multis Academijs intra vnius menſis ſpacium bis prælegit Dialecticen. Inter docendum hortabatur auditores; vt ea, quæ audierant, à lectione conferrent inter ſe, & firmarent exercitio. Summam artis grandibus typis depingebat in pariete: quam quotidie ſemel prælongo radio omnibus declarabat ante finem lectionis. Finito menſe rogabat, an adhuc ſemel repeti vellent eandem artem? reſponderunt, ſe ſatis intelligere, etiam ij, qui antea nihil in ea audiuerant.

Dialecticen bis prælegerit.

Docuit plerunque per totum diem ab ortu ſolis ad occaſum, excepta dimidia hora, quæ prandio dabatur. Nulla re magis animum ſuum excitari aiebat; quam cœli conſideratione: & Aſtronomiam plus centies & quinquagies docuiſſe; nec dimiſſurum, quoad viueret. Alij alijs delectantur, & laudem ex ijs quærunt, cum quibus breui & ipſi ſunt morituri. Ringelbergium nihil cepit; niſi quod diuinum, quod honeſtum, quod æternum.

Docendi aſſiduitas.

Ad corpus exercendum hoc obſeruabat. In veſtibus interioribus conſuebat plumbum diſſectum in minutas laminas tanti ponderis, vt vtraque manu vniuerſam leuare molem vix poſſet: has induebat mane, his robur corporis ſuſtentabat. Cauebat tamen, ne inferior ſpinæ pars plus æquo premeretur. Id faciebat octiduum, donec æſtu laboris nimium membra accenderentur. Sed pondus dictum ſenſim auctum & diminutum eſt; cum repentina mutatio lædere non parum naturam ſoleat.

Exercitatio corporis.

Amicos habuit literatos pleroſque ſui ſeculi, interque eos præcipue *Eraſmum Roterodamum*, *Nicolaum Beraldum*, *Andream Hyperium*, *Ioannem Tarteſium*, *Adrianum Amerotium*, *Ioannem Oporinum*.

Amici Ringelbergii.

Laborauit calculi dolore forte ex nimijs vigilijs nato, adueſus quem vix vllum remedium: vnde & perbreue ſibi vitæ tempus ſupereſſe præſagijt. Quando autem certo rebus humanis exemtus ſit, nondum reperimus.

Valetudo eiuſdem.

Exſtat oratio *Hyperii* qua ad Senatum Pariſienſem viuum adhuc Ringelbergium laudauit officij & exercitationis cauſa: quam ei cum tali epigrammate miſit:

vti spero, ad vitæ exitum permanebit: vt pro singulis vocibus nitidis, significantibus, appositis, singulos accipere aureos nolim, etiamsi summa me premeret inopia. Malo dictionem esse decoram, aut voces duas commissas apte, aut splendide dictum aliquod in opusculis meis, quam aureum in manibus. Illud namque imperatorem animum voluptate incredibili afficit: hoc vitiorum fomes est: hoc ad corpus solum & luxum spectat: illud perpetuo meum erit: hoc ad breue tempus.

Ringelbergius egregius opum contemtor.

Opes adeo contempsit; vt alicubi ita scribat: Equidem *eo sum ingenio, semper fui, & semper ero, vt summam inopiam, quam summas opes malim. Metuerem enim, ne pernicioſa ista mentem occuparet meam, neve tam vilis metalli cura studia dulcissima impediret. Mediocrem modum ad vitam tuendam necessarium esse, non pernego; nec aurum contemno; sed magnas opes, quæ mentem à literis abducere queant. Fere fit, vt bona animi, corporis mala; rursus corporis bona, animi mala sint. Nihil sane rarius, nihilq; magis arduum puto; quam hominem esse & eruditum & diuitem.*

Bona animi mala corporis, & contra.

Præter hæc animus generosus varias lustrauit regiones, siue quo doctorum frueretur iucundissima consuetudine, siue vt reperiret, ex quo aliquid discceret, siue vt ipse alios suæ doctrinæ participes faceret. In profectione Germanica, quam anno 1528. suscepit, cum aliquando à media nocte non dormijsset, & animaduertisset milites quosdam, qui in eadem erant naui, itidem vigilantes; horam vnam lucrifacturus docuit illos Germanico sermone circuitum mundi, solis, lunæ, syderum reliquorum, quid orbes, circuli, axes, poli; terram mundi centrum esse; quid annus, mensis, dies, hora. Hæc ita tum perspicue & populariter illis delineauit, reddita omnium ratione ac vsu; vt iam totam sese mundi faciem tenere existimarent. Adeo omne tempus perire cum Plinio statuit, quod studijs non impertiretur. In Gallia *Aurelia* per duos menses substitit, docuitq; cum magna auditorum frequentia; inter quos fuit & *Ludouicus Stella*, quindecim annorum adolescens, tam eruditus Græce; vt omne genus autorum suo Marte tum potuerit interpretari. Pater huius Stellæ fuit *Petrus* I C. qui plurima in Ringelbergium beneficia contulit. Aurelia profectus est *Burigas* cum viris aliquot & sui & literarũ amantissimis: & *Auarici* per mensem vnum varias artes professus. Ægre illinc potuit discedere; ita nunc precibus, nunc muneribus solicitarunt animum eius, quotquot ibi erant eruditæ doctrinæ amantes.

Peregrinationes Ringelbergii. Docendi occasionem, vbi potest, captat.

Lud. Stella adolescens quindecim annor. profess. publ.

Ringelberg. somni parcus.

In itineribus ne horas somnus auferret non necessarias corpori; saxa aut ligna per transuersum lateri solitus fuit supponere: cum domi horologium haberet, cuius pulsu, quando vellet, excitaretur. Libros etiam itinerum facundos comites semper sibi adsciuit, eos potissimum, in quibus diligenter res aliquas scitu dignas notasset. Quod si in volumine duæ tantum

Libros in itinere circumtulit.

Elegantia,
De vsu vocum, quæ non flectuntur, libell.
De conscribendis versibus libell.
Elementa Græca,
Dialectica,
Tabulæ Dialecticæ,
Rhetorica, & quæ ad eam spectant.
De figuris ac vitiis orationis liber.
Sententia.
De formis dicendi liber.
De periodis opusculum.
Synonyma.
Sphæra.
Institutiones Astronomicæ.
Cosmographia.
De tempore liber.
De tempore tabula.
Optice.
Chaos Mathematicum.
Arithmetica.
Horoscopus.
Astrologia cum *Geomanteia*.
Physiognomia, de vrina non visa, & interpretationi somniorum.
Chaos, vbi de varijs.
Experimenta.
De Homine liber, cum *epistolis* quibusdam.

Fuit, vt verbo dicam, homo, cui nihil vel ad eruditionis copiam, vel ad morum integritatem vitæq; candorem deesset: tam comis, tam humanus, vt maximi quiq; viri eius consuetudinem expetiuerint. Studio autem tanto, vt per singulos dies mense vno *duodecim* docere *horas* solitus fuerit: præterq; eas semel interim declamare, vel *de Deo*, vel *de mundo*, aut thematibus alijs, exercitationis causa.* Nonnulli propterea insanire ipsum vociferabantur: verum optat, ab ineunte ætate sic insanijsset. Nam quæ alios docuisset; ea tam sibi perspecta esse confirmat; quam corporis membra ea non aliter ac solis splendorem ante oculos hærere. Autor proinde est alijs, vt nihil legant, nihil audiant, quod nõ & ipsi alijs tradant, vel per diem totum instituendo. Tanti fecit facultatem & consuetudinem alios docendi. Stili elegantioris fuit studiosiss. ideo in libris suis cum specioſum aliquem vocum contextum, aut verba duo ornata inuenisset; lætitia exultauit maiore; quam si aureum reperisset. *Tum* inquit, *mirus splendor pectus illustrat: hac ambrosia viuimus: hoc dulci gaudio mens tranquilla fruitur. Ea est mihi sententia, atq;*

Ringelbergii eruditio & virtus.
Diligentia stupenda.
* *Libro de ratione discendi.*
Genus dicendi Ringelbergii.

Aulam relinquit. Circa decimum septimum ætatis annum aulam *Maximiliani* Imperatoris reliquit. Inde *Louanii* Latinæ linguæ rudimenta didicit: Aristotelis item Dialecticen ac Physicen, præceptore *Petro Curtio*, in omni literarum genere apprime erudito. *Louanii literas discit.* *Pet. Curtius.* His disciplinis dum operam dedit; ad res ludicras mentem sæpe abduxit. Initio modum scribendi aulicum complexus, varia characterum effinxit genera: ac tantopere eum delectarunt characteres apte compositi, pulcri, ac varij; vt *quand cm* diuersas scribendi *formas*, præter eam, quam *Italicam* vulgo vocant, collegerit. Postea relictis ijs in *pingendi* artem grassari cepit. Literas descripsit maiusculas non simplici ductu linearum; sed è frondium, arborum, rerumque aliarum, qua litera patet, protractione. *Ringelberg. scribendi artifex.* *Pictura studiosus.*

Et calatura. Posthæc aggressus est *artificium calandi* picturas in ære leuigato, conuersa imaginis forma, vt appositio atramento eadem in chartis multis exprimi posset. Cuius rei specimen reliquit effigiem puellæ regiæ, ornatæ gemmis atque vestitu eximio, in ærea tabula sculptam.

Docet publice. Hinc per annos aliquot didicit ac publice professus est *Arithmeticam*, *Astronomiam*, & *Græcam linguam*. Postremo animum adiunxit ad curam Latine & polite scribendi: cuius gloria inter humanos conatus omnes summum tenere locum videtur. Fuit ipsi in animo, si vita daretur mediocriter longa, *opuscula* conscribere *millena*: quorum corpori vniuerso inde titulus esset *Chilias*. Nullum perfecit librum, nisi dum à typographo excuderetur; in quo hunc obseruauit modum. *Ante omnia* animo concipiebat totum corpus operis futuri: *deinde* in tabula lignea maximæ amplitudinis rubrica titulos solum capitum delinebat. Circumspiciebat hic diligenter, num cuncta bene cohærerent: vbi res visa exigere, alios auferebat, alios addebat, mutabat, transponebat. Titulorum capita, dum excogitatio recens esset, rudi oratione leuiter singula in singulis chartis depingebat: quas ordine ponebat in tabula, vbi titulos prius collocarat. Hos *postremo* magnis scribebat typis, quo libri ordo vniuersus adspectu vno posset comprehendi. Tum singulis diebus capita aliquot ad prælum absoluebat: primum illis leuiter descriptis aliquid addendo vel adimendo; deinde decore, suauiter, numerose omnia eloquendo. Horatiano enim illo, quod scripta *nonum in annum premere* iubet; non tempus, sed diligentiam præscribi, velleque nihil temere vulgari existimabat. Opera eius vno volumine edita sunt Lugduni, quorum hi sunt tituli: *Docet publice.* *Ad scribendum se confert.* *Modus quē in scribendis libris obseruauit Ringelberg.*

Opera Ringelbergi.

De ratione discendi liber: cuius bonam partem in tenebris scripsit, quando eum somnus ob dolorem calculi reliquerat, sæpe intempesta nocte.

Elegan-

Præter *scholia in M. Tullii officia*, Latinum fecit *Luciani Hermotimum*, siue de sectis Philosophorum dialogum. Quem *Thomas Morus* Angliæ Cancellarius, cui bene longa & docta præfatione inscripserat, tanti æstimauit: vt interpretem inaurato poculo aureis Anglicis referto, remuneratus sit, existimans auream viri eloquentiam auro, eoque copiosissimo, compensandam. Aliud magni nihil elaborauit, vt honoris minime studiosus: nisi quod in *Adagia* colligendis, alijsque Desiderium iuuisse fertur; qui per iocum de illo dicere solebat: *maluisse obesulum, quam πολυγεώφορον esse*. Abunde tamen specimen sui dedit, quantum in vtroque scribendi genere valeret: neque minus ideo laudandus videtur, quod pauca ad posteritatem transmiserit: cum, vt è vestigio Hercules: sic è scriptis pauculis ingenij doctrinæque præstantia facile possit cognosci. Quare merito hic Martialis illud per parodiam vsurpem:

Laudatur magis in libro Goclenius vno,
Quàm leuis in tota Marsus Amazonide.

Perpetuo Louanij hæsit; vt literas apud Belgas efflorescentes magis magisque excitaret: quanquam Canonicum Antuerpiæ sacerdotium merito suo nactus esset.

Vixit annos vndequinquaginta. Obijt 1535. ante diem 8. Kal. Febr. conuersioni D. Pauli Apostoli sacrum. Funebri eum oratione, quæ exstat, *Petrus Nannius* laudauit.

Tumulus Louanii ad D. Petri.

CONRADVS iacet hic Goclenius, alter Erasmus,
Ingenio, lingua, moribus, atque stilo.
Hunc lugete virum Græca Charitesq; Latina,
Et decus amissum Buslidiana domus.
Ille scholarum auxit pomeria lata Louanî,
Traxit eo omnigenum millia multa virum.
Immatura quidem rapuit te Parca disertum,
Vix dum condideras integra lustra decem:
Præmia sed voluit CHRISTVS tibi digna labore,
Et festinatas reddere delicias.

Scripta Goclenii.

Thom. Morus magnifecit Goclen.

Goclen. in adag. collig. Erasm. iuuit.

E paucis etiã script. ingenium & eruditio cognoscitur.

Aetas & mors Goclenî.

Aubert. Miraeus in eleg. Belgicis.

IOACHIMVS FORTIVS RINGELBERGIVS.

O. 1536. circiter.

Ioachimus Fortius Ringelbergius natus est Antuerpiæ, cuius encomium ipse in præfatione tractatus *de Homine* luculentum reliquit. Liberalibus artibus discendis teneros annos impendit. Puer ex alto in medium flumen decidit; ita vt spes vitæ omnis perierit. Mox tamen casu aduenere, qui non sine suo periculo iam ferme mortuum liberarunt.

Antuerpiæ encomium à Ringelbergio scriptum.

Casus Ringelbergii.

Mores. Moribus qualibus fuerit iuuenis ex epiſtola quadam Trithemij, ſcripta anno milleſimo quingenteſimo ſexto, primo Martij, colligi poteſt, vbi inter alia ita eum hortatur: *Non decet virum eruditum, etiamſi pocta ſit, eſſe laſciuum, non ebrietatis ſectatorem, non muliebrem & luxui deditum, quæ omnia cito perdunt virum. Tu ergo, Buſchi, fuge omnes animi peſtes, vinum & Venerem maxime: quorum ſu nimio virtus eneruatur omnis: mens cæcutit: & fama in opprobrium cunctis expenitur. Parce oculis tuis, qui vtroque malo, te nimium volente, perculſi, fluxu & rubedine iam pene deſtructi ſunt. Parce rebus & ſubſtantiæ, quam docendo laborioſe acquiris, ne ſenior factus mendicare cogaris. Memento, quòd, ſicut poeta dicit:*

Trithemii ad Buſch. epiſt.

Vino forma perit, vino corrumpitur ætas:
Vino ſæpe ſuum neſcit amica virum.

Et quod Ariſtoteles dixit: Non de facili poteſt inuadi ſobrius & vigil: ſed qui ebrius eſt, & dormiens, mortuo ſimilis, facile capitur. Hæc Trithemius. Ridiculum eſt, quod de hoc Buſchio fertur. Marpurgi cum per forum forte incederet veſtitu domeſtico, magnamque ciuium turbam præteriret: nemo ei quicquam exhibuit honoris. Illico igitur abit domum; veſtes precioſiores induit; iterumque in forum prodit. Ibi tum omnes adſurgunt, omnes capita aperiunt. Hic indignatus vir doctus domum repetit, veſtesque exutas pedibus conculcat hiſce additis verbis: *Tunc ergo Buſchius, an ego?* Ægre nimirum tulit præpoſterum hominum iudicium: qui honorem non homini aut virtuti, ſed veſti haberent.

Non virtuti, ſed veſti honos habitus.

Similia vide infra pag. 183.

Obitus. Obijt Vlmæ in patria anno Chriſti trigeſimo quinto ſeculi quingenteſimi. *D. Chytræus in Saxonia, Trithemius, alii.*

CONRARDVS GOCLENIVS.

O. 1535. d. 24. Ianuar. ætat. 49.

COnrardus *Goclenius* natus eſt anno milleſimo quadringenteſimo octuageſimo quinto in Weſtphalia. Cumque Eraſmo hortante *Hieronymus Buslidius* Ærienſis apud Arteſios Eccleſiæ antiſtes, facultates ſuas alumnis aliquot, tribusque adeo linguarum trium alendis Profeſſoribus in *collegio*, ſuo etiam ære exædificato, & *Trilingui* hinc dicto impendiſſet: primus Latinæ linguæ profeſſor hic Goclenius renunciatus eſt: quanquam *Iacobus Ceratinus Hornanus*, vtriuſque linguæ bene peritus, competitor concurreret. Annos ipſos XX. quibus publice profeſſus eſt, auditoribus ſuis adeo gratus fuit; vt eos nec aſſiduitate ſatiarit vnquam, nec diuturnitate laſſarit. Magna certe felicitas, quæ duobus maximis viris, *Lactantio Firmiano*, & *Rudolpho Agricolæ*, non obtigit: quorum alter ab auditorio deſertus eſt, alter, contumelijs euictus, auditorium deſeruit.

Collegium trilingue ab Hieron. Buſlidio dedicat.

Goclenius profeſſ. Lat. linguæ.

Gratus auditoribus.

Contra actidie Lactant. & R. Agric.

Præter

QVARVM INDAGATOR SAGACISSIMVS, VERÆ RELIGIONIS, OMNISQ. HONESTI AMATOR: CVI H. M. AD POSTERIT. MEMORIAM P. EST: O. V. IDVS IAN. ANNO M. D. XXXIIII.

Ex Annalibus Auentini Ingolstadij Anno milleſimo quingenteſimo quinquageſimo quarto editis.

HERMANNVS BVSCHIVS. O. 1535.

NAtvs hic eſt in Weſtphalia *Dulma* ditionis Monaſterienſis, genere nobili; vt qui cognatione attigerit nobiliſſimum virum *Rodolphum Langium*, literatorum Mæcenatem liberaliſſimum: à quo Buſchius non ſolum in Italiam * ductus, virisque primarijs ibi commendatus; ſed & ſumptibus honeſtis fuit ſuſtentatus. Ingenio & Orator & Poëta ſui ſeculi non poſtremus fuit; ac varijs in Germania Academijs bonas literas (quod noſtra tempeſtate inſolens) docuit. Ad Latinæ enim linguæ profeſſionem vocatus eſt *Haidelbergam*, anno viceſimo quarto ſupra mille quingentos: vti *Simon Grynæus* ad Græcam linguam ibidem docendam. Docuit præterea Buſchius *Louanii*, *Lipſiæ*, & *Marpurgi* ſub initia illius * Gymnaſij; ex quo in patriam redeunti Eobanus Heſſus Francobergius ſucceſſit. Lipſiæ cum ageret, quæſiuit ex eo *Georgius Helsus*, quam maxime rationem in comparanda promta & expedita elegantia quacunque de re, & quocunque in negotio verba faciendi, ſecutus fuiſſet: reſpondit, *legendis & relegendis Ciceronis epiſtolis*. Edidit *Silium Italicum* cum argumentis ſingulorum librorum: *Perſii Satyras* annotationibus illuſtrauit: edidit & *Plautinas decimationes, & artem memoriæ*. Scripſit & alia multa ſoluta & ligata. *Georgio* Palatino in Epiſcopum Spirenſem electo, Spiram ingredienti, anno viceſimo nono, ſupra mille quingentos, luculento carmine, in quo iuſtitia, conuocato Virtutum choro, omnes bono Principi conuenientes in eo lucere prædicat virtutes, gratulatus eſt.

Buſch. familia nobili ortus.

* *An.* 1480.

Docet in ſcholis publicis.

* *Fundati anno* 1526.

Buſch. quomodo Latini ſerm. elegantiam comparit.

Scripta Buſchii.

Eruditione ſua & ſtudio iuuandi rem literariam conciliauit ſibi amorem ac beneuolentiam eius ævi doctorum virorum, *Eraſmi*, *Trithemii*, & aliorum. Salutauit eum etiam honoris cauſa in itinere in patriam anno viceſimo quarto, *Melanchthon* cum *Camerario*, *Neſeno*, & alijs comitibus: quos omnes ac inprimis Melanchthonem iuuenem ipſe ſenex amantiſſime eſt complexus: vt facile intelligi poſſet, affectionem beneuolentiæ & amoris erga ipſos Buſchij eſſe ſingularem.

Amici eiuſdem.

Moribus

præsentibus amicis & familiaribus, multa & varia locutus, inter cætera annalium suorum meminit, optauitque principem tanto suo labori atque operi fautorem: complura (dicens) adhuc forent inquirenda in Boiemia, Vngaria, Austria, quæ vetus sunt regnum Boiariæ; sed non est, qui curet. Denique ingraueſcente morbo, in dies peius habere cepit: tandem V. Idus Ianuarij, complicatis manibus, cum deuotissime Deo per Christum animam suam commendasset: emisit spiritum similis dormienti, anno ætatis suæ LXVIII. præsentibus *VVolfgango Rysio*, vxore sua, atque vna anu.

Obitus Auentini.

Liberi Auentini.

Vxorem habuit vnam, quam diximus, morosam; ex qua filium *Carolum*, qui infans obijt, progenuit: deinde filiam *Gisalam* nomine, post se reliquit, nouem saltem hebdomadarum.

Prosopographia & mores eius.

Mediocri fuit statura Auentinus, paululum tamen obesiore corpore. Barbam crocei coloris, quam subter genas alebat, supra radebat omnem, habuit. Studia sua semper à crepusculo cum sacra lectione auspicatus est. A cœna paululum ocioſus, deinde ad mediam frequẽter noctem libris incumbebat. Nunquam delectabatur sodalitio multo, sibi & suis studijs viuens. In conuersatione tamen erat valde pius & affabilis: in familia ne puero quidem (vt dicitur) molestus. Personam omnino philosophicam referebat. Parcissimi victus, inter edendum crebro bibebat, sed quasi pitissando, vix suprema labra proluebat. Plerunque non cœnabat propter stomachum. Nam eo repleto dormire noctu non valebat. In vestitu non erat mollis & effeminatus, neque sordidus, sed honestus. Pecuniæ quoque minime auidus. In Lyricis versibus scribendis admodum felix, & Horatij imitator egregius. Multa habuit *Oswaldus ab Eck* poëmata ab Auentino scripta, quæ, an publicata sint, dubitamus. Plurima scripsit, quæ excusa sunt. Vallam promisit, sed non edidit: &, vt aiunt, exemplar in Monasterio *Ro-* diu latitauit.

Vestitus.

Scripta.

Dicta ei familiaria.

Communia ipsius dicta erant: *Nascentes morimur*: *Homo bulla*: *Non res ipsas reprehendimus, sed abusum & homines rebus abutentes*: ἀνίχα καὶ ἀπίχα: quibus sese consolabatur, & quam nihil in rebus humanis constans esset, indicabat.

Sepultura & epitaphium eiusdem.

Apud D. Haimeramum Ratisponæ sepultus est, cum tali epitaphio & æternitatis monumento:

D. O. M.

IOANNES AVENTINVS VIR SINGVLARI ERVDIT. FIDE AC PIETATE PRÆDITVS: PATRIÆ SVÆ ORNAMENTO, EXTERIS ADMIRATIONI FVIT: BOIORVM ET GERMANIÆ STVDIOSISSIMVS: RERVM ANTI-

Q. A-

te Genire. Itaque aliquando integrum, quandoque dimidium annum Erasmi hospitio Ratisponæ vsus est.

Anno Domini M.D.XXIX. mense Octobri Ratispona in patriam redijt. Cum primum vero ædes sororis Abusinæ ingressus esset: statim captiuus (quam ob causam nescio) abductus, per aliquot dies in vinculis detentus est. Verum paucis post diebus mandato Illustrissimorum Boiorum principum libere, nulla infamiæ nota prorsus illata, dimissus est. Sed ita fit; vt *aliquando quidam clementia principum in bonorum perniciem abutantur*. Quanquam illud viro philosopho aliquo modo tolerabile esse debuisset: tamen nonnihil postea mutatus videbatur. Valde enim semper timidus erat, & pusillanimis; de dispendio valetudinis & captiuitate multum conqueri, nimium angi; adeo vt illam solicitudinem veram melancholiam in eo multi arbitrarentur.

Auentinus in patria capitur.

Ad Venerem nunquam procliuis, & quantum omnes, quibus cum vixit, animaduerterunt, ab amoribus mulierum alienus semper fuit. Cum vero iam ad annum vsque LXIV. ætatis suæ cælibem vitam duxisset: cum *Oswaldo Rueland*, & *Erasmo Brimsio* de vxore ducenda consultare cæpit; serioque sæpius multos locos ex sacris literis suadentes & dissuadentes matrimonium protulit. Sed senectutem suam penitius considerans, tandem in hæc verba prorupit: *Senex sum, mihi ministerio opus est*. Duxit igitur Sueuam, morosam mulierem, illepidam, & omnino pauperem; deceptus ab anu quadam, quæ ei illam vt famulam saltem adduxerat. Ducta vxore Ratisponæ in via Angelorum domum emit: vbi aliquandiu cum vxore habitauit.

Senex de vxore ducenda deliberat.

Ducitq; infeliciter deceptus.

Anno XXXIII. salutis à nobilissimo Viro *Leonardo ab Eck*, Ingolstadium, vt filium suum Oswaldum institueret, euocatus est. Quo cum venisset, *Petro Apiano*, mathematico clarissimo extra familiam familiarissime vsus est. Honestissime ibi perpetuo vixit; raro in publicum prodibat: domi sese Horatianis carminibus cantandis, à prandio & cœna cum Oswaldo ab Eck, & alijs oblectabat. Vesperi aliquando ad Danubij ripas prodeambulabat: ibique cum amicis confabulabatur.

Ab Eckio Ingolstadium vocatur. Vita eius priuata. Horatianis Odis delectatus.

Circa natalitias ferias anni M.D.XXXIII. vehiculo Ratisponam venit; vt vxorem cum filia infante secum Ingolstadium aueheret. Verum, vt sunt res mortalium caducæ, bonus & pius vir, siue ex frigore, quod ei semper quàm alijs infestius fuit, siue quod iam senex, atque exhaustus viribus esset, morbo correptus, statim vt Ratisponam venisset, calidum popposcit. Illi, qui aderant, & inter cæteros Oswaldus Rueland, & Erasmus Brimsius conclaue illico calefieri curarunt: Auentinus calida offula absorpta, se in cubile declinauit. Altero die præsen-

Ingolstadio hyeme Ratisponam profectus, morbo corripitur.

Redit Viennam.

Anno ſexto ſupra ſeſquimilleſimum rurſum Viennam abijt, Eraſmumq; ſupra dictum, agentem iam decimum & quintum annum ſecum abduxit. Quo tempore D. *Maximiliani* Roman. Imp. liberalitate, doctiſſimi totius Germaniæ viri Viennæ agebant: nempe *Conradus Celtes*, primus inter omnes Germanos poëta laureatus, *Ioannes Stabius*, Cæſareæ Majeſtatis mathematicus, *Ioannes Cuſpinianus* Imperatoris orator, D. *Velocianus Pinderus*, *Ioachimus Vadianus*: quibus partim vſus eſt præceptoribus, partim familiariter cum ijſdem vixit.

Viri docti eo ſeculo ibi.

Viri docti Viennæ amici Auentini.

Auent. Cracouiæ Græca docet.

Anno ſeptimo Cracouiam profectus eſt: ibi *Grammaticam Græcam* publice legit: Mathematicisq; tum magnam operam, vt ipſemet * ſcribit, dedit. Sed in patriam literis ſuorum reuocatus, *Eraſmo Brimſio* comite Viennam Cracouia venit; inde Ratisbonam, & tandem in patriam commigrauit.

* *Lib. 4. annal.*

Ingolſtadii item Latina.

Anno ſupra ſeſquimilleſimum nono cum Eraſmo illo Ingolſtadium abijt, vbi *Somnium Scipionis*, & *Rhetoricam* Ciceronis *ad Herennium* profeſſus, magnam laudem conſecutus eſt. Poſt bellum Bauaricum ſcripſerat Heroicis carmen gratulatorium ad *Albertum* ducem Boiorum, conditionemq́ue aliquam tum petebat.

Præceptor princip. Bauariæ conſtituitur.

Porro anno duodecimo Monacum vocatus Illuſtriſſimorum principum *Ludouici* & *Erneſti* fratrum germanorum præceptor conſtitutus, eos *Burckhuſij* humanioribus literis diligenter informauit.

Adit Italiam.

Paucis annis poſt cum Illuſtriſſimo principe Erneſto in Italiam profectus, multas ibi cum principe vidit vrbes, & mores hominum: præcipue Mantuæ *ſanguinem CHRISTI* miraculoſe ſub Carolo Magno repertum, * inſpexit.

Sanguis Chriſti ab eo viſus.

* *Auent. l. 4. annal.*

Tandem officio præceptoris defunctus, noluit vitam reliquam in ocio, ſed in negotio tranſigere: & annales Boiorum ſcribere incepit. Quod cum Illuſtriſſimi principes *VVilhelmus*, *Ludouicus*, & *Erneſtus* duces Boiariæ intellexiſſent: conatus eius liberaliſſime ſumtibus ſuis iuuerunt. Hinc diplomatis ad omnia monaſteria Boiariæ acceptis: vtramque Boiariam perluſtrauit: atque quæ ibidem inſpexerit ipſe in ſua dedicatoria epiſtola annalium enumerat.

Annales Bauariæ ſcribit liberalitate principp. adiutus.

Auentini peregrinationes.

Annales conſcribit.

Bonam etiam partem antea ætatis, patrimonij ſui, valetudinis perluſtrando Germaniam, Galliam, Italiam, Sarmatiam, Pannoniam, exhauſerat. Poſteaquam ita varia & multa ad propoſitum ſuum idonea collegiſſet: annales ſeptem libris Latine conſcripſit: quorum maiorem partem Ratisbonæ apud *Eraſmum Brimſium*, quædam etiam in patria, vbi ædes cum adiuncto horto extra mœnia habebat, abſoluit. Verum ſolitudinis pertæſus, ad Eraſmum ſuum Abuſina ſcripſit hæc: *Neminem habeo, cum quo loquar: quare decretum eſt apud me, rurſum ad*

Impatiens eſt ſolitudinis.

te re-

Vt cernis, ossa Stoferi
Precare, quisquis hac abis.

Crusius in annalibus Sueuiæ; Bibliotheca Gesneri, & alij.

IOANNES AVENTINVS.

O. 1534. d. 9. Ian. æt. 68.

IOANNES AVENTINVS natione Boius, ex *Abusina*, (oppidum est superioris Boiariæ, quod vulgo *Abensperg* dicitur) oriundus. Patrem habuit *Ioannem Thurmair* pandocheum eius oppidi, virum honestum: vnde & à nobili viro *Leonhardo ab Eck* Thurniomarius in epigrammate quodã dictus est. Quod vero sese Auentinum nominarit, in causa est patriæ antiquum nomen. Nam Abensperg in vetustissimis literis *Auentinum*, ab Antonino Romano Imperatore in itinerario suo Abusina vocatur.

Abusina oppidum Boiariæ.

Pater Auentini Thurmair dictus.

Cur Auentinus ipse nominatus.

Natus est Auentinus anno Christi domini nostri millesimo quadringẽtesimo sexagesimo sexto. Cum primum pater filium studijs dicasset: breui temporis spacio prima fundamenta Grammaticæ, quod tamen eo tempore rarum erat, apprehendit. Deinde *Ingolstadium* à parentibus missus est: vbi cum in philosophia & liberalibus artibus multum profeciſſet: consilio præceptorum suorum, atque ex innato erga honesta studia ardore, *Lutetiam* Parisiorum profectus est. Quod Gymnasium primas præ omnibus alijs in Europa tum tenebat. Ibi ita sese in omni studiorum genere exercuit; vt septem artium Magisterij gradum cum laude consequeretur. Præceptores Parisijs habuit *Iacobum Fabrum Stapulensem*, & *Iodocum Clichtoueum*, sicuti ipse scriptum * heliquit.

Natalis Auentini.

Academia Parisiensis in Europa princeps.

Præceptores Auentini Parisijs.

Postea anno salutis millesimo quingentesimo tertio in Germaniam ex Gallia redijt, & Viennam petijt. Quo cum venisset, priuatis auditoribus libros aliquot Oratorios & Poeticos (quod ibidem pauci antea tentarant) prælegit. Anno vero quarto supra sesquimillesimũ Ratisponam Vienna venit. Qua in profectione in morbum grauissimum incidit. Bigis igitur vectus ad *Andream Bimis*, patrem D. Erasmi Ratisponæ post ciuis, diuertit, rogans vt sibi liceret in præsenti frigore sese apud fornacem fouere paulisper. Vbi cum acquieuisset Andreas, hospitio eius per totam hyemem vsus est, & se fouit. Etsi molestum nonnihil erat hominem ægrotantem tam diu retinere: tamen ob viri singularem probitatem, & eruditionem raram, parentes Erasmi patienter tulerunt; donec pristinæ sanitati restitueretur. Quod vbi factum est, & ipse vires paululum recollegisset; in patriam redijt, ibique totum annum permansit.

** Lib. 6. annalium.*

Auentinus Vienna docet priuatim.

Venit Ratisponam.

Auentinus ager Ratisponæ se fouet.

Anno

Lucubrationes & scripta eiusdem.

mam existimationemque doctorum omnium profluueret. Nec vero viua solummodo voce docuit, sed & muta. Foras enim dedit *Ephemeridum opus* insigne, ab anno Christi trigesimo secundo supra mille quingentos, ad proxime sequentes viginti annos vsque. Id opus ad veterum imitationem calculo accuratissimo fuit elaboratum. Edidit idem *rationem compositionis astrolabiorum*, cum explanatione eorundem vsuum: *Procli* quoque *Sphæram* commentarijs illustrauit. Scripsit item *calendarium Romanum* magnum; quod anno millesimo quingentesimo decimo octauo Oppenheimij per Iacobum Kæbelium excusum, & ab auctore Maximiliano primo Augusto dicatũ, prodijt. Elaborauit *tabulas Astronomicas*, anno 1517. Tubingæ à Thoma Anshelmo impressas; *Cosmographicas* aliquot *descriptiones*, de *Sphæra Cosmographica*, hoc est, de *globi terrestris artificiosa structura*; de *duplici terræ proiectione in planum*, hoc est, qua ratione commodius chartæ Cosmographicæ, quas Mappas mundi vocant, designari queant. Atque hæc sunt à *Ioanne Dryandro* Marpurgi anno 1537. Habentur eiusdem Stofleri de *dimensione per astrolabium & quadrantem* Germanicus libellus, *& supputatio coniunctionum atque oppositionum, & cyclorum antiquorum redargutio, cum Eclipsium prædictione.*

Calendariũ Romanum Stofleri.

Seb. Münst. discipulus Stofleri.

Discipulos ex varijs nationibus habuit complures; qui grata memoria magistri fidelissimi merita celebrarunt: de quibus non postremus *Sebastianus Münsterus*, Cosmographiæ autor. Hic diligentia & discendi auiditate præceptoris sibi animum ita conciliauit: vt quicquid ingeniose elucubrauerat, id ei describendum crederet. Quæ res tam præceptori, quam discipulo profuit. Omnibus enim libris instrumentisque Stofleri incendio fortuito Tubingæ consumtis, nihil illarum lucubrationum euasisset; nisi multa Münsterus descripta adseruasset.

Conseruat scripta Stofleri.

Obitus Stofleri.

Cum sic multos annos in propagandis abstrusioribus disciplinis sedulo allaborasset; tandem veneranda canicie insignis, ingressus annum ætatis *octuagesimum*, peste obijt Blaubeurij, anno salutis nostræ millesimo quingentesimo trigesimo primo, die 16. Februarij; transportatus est Tubingam, ibique in templo Parochiali conditus. Epitaphium, supra monumentum sculptum, ita habet:

Epitaphium.

Heus, heus, adesse te cupit,
Rogatque saxum, vt hoc legas:
Matheseos ecce principem
Dedit tulitque Sueuia,
Vel illa Martia: hoc decus
Sed abstulit nimiu fera hic,
Premitque Parce: iam cubant,

Vt cer-

Iureconsultus, vir doctissimus, ex manuscripto castigauit, atque in lucem edidit.

Scripsit Cuspinianus & *historiam Austriæ*, à I. Oporino excusam: & *Vngariæ tabulam*, quam Apianus edidit, vt autor est Lazius.

Cusp. quo genere dicendi vsus.

De dicendi genere aut elegantia, quibus historiæ ornari & illustrari potuissent, non admodum fuit sollicitus; ratus satisfacturum se ingenuo lectori, si quæ verissima esse comperisset, simplicissima oratione mandaret posteritati. *Satis* enim *est historico*, vt præclare dixit apud Ciceronem Catulus, *non esse mendacem.*

In historico quid requiratur.

Fuit Cuspinianus philosophus, medicus, poëta, orator, historicus eximius: in quo duo præcipue lectori candido probantur, sedula *familiarum inquisitio* & historiarum mira ac iucunda *varietas*. Adsciuit eum è schola, vt diximus, D. *Maximilianus*; fideque eius & industria in grauissimis legationibus perspecta, Viennensi Senatui præfecit. Quinque adeo annorum spacio vicies quaterque in Vngariam orator iuit: vt ipse in præfatione quadam indicat. Inprimis autem eius prudentia, & in rebus agendis dexteritas in comitijs Viennensibus apparuit: cum anno 1515. *Maximilianus* Cæsar, atque tres reges Vngariæ, Poloniæ, & Boëmiæ conuenirent, & de rebus maximis consultarent.

Cuspin. in diario describit hunc conuentum.

Cuspin. obitus.

Tandem cum & bonis literis & Reipublicæ Christianæ plurimum profuisset; atq; præfecturam Viennensem magna cum laude administrasset: veneranda canicie insignis naturæ satisfecit anno * 1529. Viennæ, vbi & sepultus est honorifice. *Nicolaus Gerbelius in Cæsarib. Cuspin. 1540 editis.*

* *quo 26. Septembr. Solymannus Turcarum tyrannus obsidere eam cæpit.*

IOANNES STOFLERVS.

O. 1531. *d.* 16. *Febr. æt.* 80.

Iustinga patria.

IVstinga hic in Sueuia, circa annum Christi quinquagesimum secundum, supra mille quadringentos, * loco obscuro progressus, non parum ornamenti patriæ attulit. Nam cum eum ad omnia egregium atque excellens animi esset ingenium; ab vltima pueritia in studio optimarum literarum euigilauit. Et quando *in his potissimum elaborandum* [illegible] *natura aptissimi sumus*; Stoflerus, suo se ingenio merito ad Matheseos animum mature applicuit. Quo in studiorum [illegible] ita versatus est; vt ad miraculum vsque excelleret; [illegible] sua ætate superiorem haberet neminem.

* *d.* 10. *Decembr. hora* 6. *a. m. pol.* 48. 20.

Dat operam Mathematicis.

In quibus excellit.

Ad docendum igitur [illegible] Tubingensem vocatus, Mathemata iuuen[illegible] adidit, tantaque cum industria munere fun[illegible]ctos nomine ad fa-

Docet ea Tubingæ.

Quàm dicendi admirabilem gratiam corporis ſtatura & dignitas, ſupra quam dici poteſt, amplificabat. Erat enim corpore procero & obeſo: ſed tam eleganti proportione & forma, vt ei nihil dedecoris craſſities illa adferret. Crines erant aurei, ſed ab ſyncipitio rariores. Facies prorſus niuea: os venuſtiſſimũ: tantaque in dicendo ſuauitate & gratia; vt nihil vnquam videris iucundius. In geſtu & motu corporis, in capitis nutu & renutu, omnique illo oratorio habitu tanta moderatione & grauitate; vt vere dicere poſſes, in illo Pericleam illam πειθω, & Ennianam Suadæ medullã per omnia diffuſam fuiſſe membra.

Proſopographia Cuſpiniani.

His artibus, & tam multiplici optimarum rerũ cognitione inſtructus, perfacilè in doctiſſimorum virorum amicitias peruenit. Nam primum omnium optimus Imperator D. *Maximilianus* eum in Senatum ſuum adſciuit; eumq; in *Vngariam Boëmiam, Poloniamq;* oratorẽ miſit, annis duodecim continuis eius conſilio & opera in difficillimis rebus ſæpiſſimè vſus. Quẽ adeò clementer, adeò manſuete complectebatur; vt ſæpe in multã noctem cum eo de negotiis Imperii, de rebus ſecretiſſimis collocutus ſit, planè, vt erat manſuetiſſimus Princeps, familiariſſime. Tanta enim erat in *Cuſpiniano* prudentia, tanta fides, & tam tenax arcani cuſtodia: vt illius fidiſſimo pectori optimus Imperator tutò potuerit etiam reconditiſſima committere. Habebat inter amicos præcipuè *Ioannem Graccum Pierium*, virum ſummum in aulâ Imperatoris: deinde *Ioannem Stabium, Andream Stibarium, & Stephanum Roſinum*, præclaros Mathematicos & Philoſophos. Inter omnes gratiſſimus illi erat *Ioannes Gremperius*, homo feſtiuus & mirè lepidus: quo in periculoſiſſimis ſæpe legationibus comite vſus eſt, ob facilitatem morum & ſingularem vrbanitatem.

Cuſpin. orator D. Maximiliani. 1. & à conſiliis.

Amici Cuſpiniani.

Cuſpinianus cum nominis celebritate & tot peregrinationibus in maximorum Regum & Principum notitiam peruenisſet: vt ab obliuione labores ſuos vindicaret, ad ſcribendam hiſtoriam ſe applicauit. Et quia in ſummi imperatoris aula diu verſatus fuerat; *de Conſulibus & Romanis Imperatoribus* ſcribendi argumentum arripuit: Ad quod inſtitutum multam ſupellectilem ſuppeditauit rariſſimorum librorum copia. Parebant enim ei ex Cæſaris liberalitate & beneficentia omnes vndique vetuſtiores bibliothecæ: omnia Ducum Auſtriæ ſecretiora ſcrinia & ἀρχεῖα: ex quibus vir omnium diligentiſſimus, multa, quæ ab aliis prætermiſſa ſunt, accuratiſſime depromſit.

Cuſp. ſcripta.

Primum itaq; omnium *Conſules* aggreſſus eſt, quos antequã ab eo vita eriperetur, reuidit & emendauit. Poſtea *Cæſares & Imperatores* vſq; ad D Maximilianum perduxit: ſed morte præuentus inemendatos reliquit. Eos deinde *Nicolaus Gerbelius*

Iure-

Extat in cæmiterio Noribergensi ad S. Ioannem æri incisum sepulcrali & tale Epitaphium.

Me. Alb. Dn.

Quicquid Alberti Dureri mortale fuit, sub hoc conditur tumulo. Emigrauit VIII. Idus Aprilis. M. D. XXVIII.

Ioach. Camerar. in præfat. libri de symmetria partium in rectis formis humanorum corporum, à Durero Germanice scripti, ab ipso autem Camerario Latine redditi.

IOANNES CVSPINIANVS.

O. 1529.

NAtus est *Ioannes Cuspinianus* in nobilissimo Franciæ Orientalis oppido, Sueinfordia, siue à Sueuis conditoribus, siue animalium traiectu ita appellato. Cum apud suos literarum elementa percepisset, tandem maiore vi ingenij excitatus, Viennam, nobilem illam superioris Pannoniæ vrbem, cũ æqualibus profectus est. Nullum enim erat ea tempestate in Germania celebrius gymnasium, ob abundantiá rerum omniũ & doctissimorum hominum incredibilem multitudinem. Cũ enim sapiẽtissimi principes Austriæ studia humanitatis & Mathematices instituissent: maxima passim ex omnibus adiacentibus regnis & prouincijs eo turba confluxit.

Sueinfordia vnde dicta.

Viennensis academia olim princeps in Germania.

Hìc Cuspinianus, vt erat acri ingenio, statim Philosophiæ pręcepta edidicit Deinde sub *Conrado Celte*, eximio tũ philosopho & poëta, etiam politiores literas magna cum auiditate arripuit. Natura enim & ingenii vi, ad ea studia sua sponte impellebatur.

Celtes præceptor Cuspiniani.

Et quia vnum magistrum & auctorem Apollinem vtriusq; studii, poëtices atque medicinæ fuisse credebat: etiam medicinæ professionem mansuetioribus Musis adiunxit. In his pulcerrimis studiis tantam famam, tantamq; cum laude gloriam consecutus est; vt eo tempore in vniuersa doctorum turba, nemo Cuspiniano facundior ac eloquentior, vt tum erant tempora, haberetur.

Cuspinian. medicinæ studium aggreditur.

Itaq; cum sub annum Domini 1502. D. Maximiliani Cæsaris iussu *Ioan. Stabio* nobili Mathematico & Poëtæ, laurea danda congregataq; esset eruditissimorũ hominũ maxima cõcio: soli Cuspiniano inaugurandi Stabii & laudandæ poëtices prouincia fuit demandata. Hic eo habitu corporis, ea forma iucundissimi oris, tanta cum grauitate & Græca & Latina pronunciauit: vt omnium facile expectationem superauerit.

Iussu Cæsaris I. Stabio lauream confert.

ſuas eſſe ſentiret, intactam reliquit. Sed priuſquam abſoluere omnia & correcta edere, vt cupierat, poſſet, morte eſt ereptus, placida illa quidem & optabili, ſed profecto multorum iudicio præmatura. Erat autem ſi quid omnium in illo viro quod vitij ſimile videretur, vnica infinita diligentia & in ſe quoque inquiſitrix ſæpe parum æqua. Hinc igitur mors ab incepta editione operis ſuſtulit, quam tamen conſummarunt amici ex illius præſcriptione.

Durerus nimium diligens.

Scripſit & præter Geometricarũ inſtitutionum libros, omnibus pictoribus, fabris ærariis & lignariis, lapicidis, ſtatuariis neceſſarios, tichiſmatica, in quibus vrbium munitiones, vt eorum temporum ratio ferebat, deſcripſit. Aliquid etiam ceperat de ſymmetria partium in equorum corporibus: ſed amiſiſſe amici ſciuerunt, quorundam perfidia. Neque non ſuſpicabatur, vel potius compertum habebat, vnde in ſuos labores fuci inuolaſſent: ſed optimus vir maluit diſſimulare cum detrimento & dolore ſuo; quam in illis perſequendis manſuetudinis & lenitatis obliuiſci. Obijt Norimbergæ, anno & die, quos Epitaphium indicat.

Dureri τειχισμωτικά.

Obitus.

M. Beatis S.

Epitaphium.

MEMORIÆ ALBERTI DVRERI, VIRI OPTIMI, AC ÆTATE SVA PICTORIS ABSOLVTISSIMI; QVI NON SOLVM PRIMVS E GERMANIS PICTVRAM AVXIT, ILLVSTRAVIT, AC AD SEVERIOREM LEGEM RESTRINXIT, SED ET LITERIS POSTERITATI COMMENDARE CEPIT: OB QVAM REM, PRÆCIPVE MORES COMPOSITOS, [illegible]ENTIAM AC MODESTIAM SINGVLAREM, [illegible]RENBERGENSIBVS SVIS, IMO EXTERIS OMNIBVS, FVIT CHARISSIMVS: DIVO VERO MAXIMILIANO, AC NEPOTI EIVS CAROLO, CÆSARIBVS; NEC NON FERDINANDO HVNGARIÆ AC BOHEMIÆ REGI, ACCEPTISSIMVS, QVI ILLVM ANNVO LARGOQVE STIPENDIO FOVERVNT, AC SVMMO PROSECVTI SVNT FAVORE. OBIIT AVTEM NON SINE MAGNO AMICORVM DESIDERIO VIII. IDVS APRILIS ANNO 1528. ÆTATIS VERO SVÆ 57.

PRVD = NII =

Bilibaldus Pirckeimerus amico integerimo M. P.

Exſtat

ordine & ratione, inſpectante & ſtupente Bellino produxit, qui poſtea multis confeſſus fuit, nullius mortalium ſermonem eius rei quam oculis vidiſſet, fidem ſibi facere potuiſſe. Tribuit hoc idē illi ingenuitate ſpectabili *Andreas Montegna* qui Mantuæ floruit, reuocando ad ſeueritatem quandam & legem picturam, qua quidem primus laudem meruit, dum diſiectas & fractas ſtatuas eruit & in exemplum artis proponit. Cuius quidem ſunt omnia dura & rigida, ſcilicet manu non aſſuefacta ſequi animi intelligentiam & promptitudinem. Sed illis nihil putatur in arte melius neque perfectius. Is ergo cum Mantuæ decumberet & Durerum in Italia eſſe audiuiſſet, curauit celeriter ad ſe accerſi, inſtructurus facilitatem eius & certitudinem manus rerum cognitione & arte. Non enim raro in ſermonibus familiaribus queſtus fuerat, quod vel ſibi non contigiſſet illa, aut Durero ſcientia ſua. Nihil moratus Durerus poſthabitis rebus omnibus vbi nuncium accepit, ſtatim itineri ſe accinxit; ſed prius deceſſerat Montegna, quàm Mantuam potuiſſet peruenire, neque quicquam dicere ſolebat in vita ſibi triſtius accidiſſe. Quamuis enim Durerus ſummus eſſet; tamen aliquid animo ſuo magno & excelſo ſupra concupiſcebat ſemper. Amici viri barbatam imaginem, in linteo ſtatim ipſo penicillo nullis ante diſpoſitis, vt aſſolent, delineationibus ab eo expreſſam quaſi attoniti ſpectauerunt. Pili fuerunt barbæ fermè cubitales, ita exquiſitè & ſolerter ducti, ita vbiq; diſcrimine & modo ſimili, vt quo quis melius artem intelligeret, hoc magis cū admiraretur, tum incredibile duceret in illis effingendis nulla alia ope manum adiutam fuiſſe. Cæterum nulla ſpurcities, nullum dedecus, in ipſius operibus extat, refugientibus ſcilicet talia omnia caſtiſſimi ánimi cogitationibus. Iam expreſſiones viuentium vultuum, quæ *contrafacta* nunc vocant, quam ſimiles conficiebat, quàm infallibiles, quàm veras! Cæca omnia eo conſequebatur, quod ad artem & rationem vſum reuocârat, ignotam hactenus & inauditam pictoribus noſtratibus ſaltem. Quis enim illorum fuit, qui operis ſui quò maximam quoque famam adeptus eſſet, ratione explicare poſſet, vt magis ſcientia, quam caſu laudem inueniſſe crederetur? Sed Durero parata, certa inque promptu erant omnia, quod picturam in viam præceptionum induxerat, & reuocarat ad rationē doctrinæ, ſine qua, vt Cicero ſcripſit, etiam ſi quid bene fit adiuuante natura, tamen id, quia fortuito fit, ſemper paratum eſſe non poteſt. Hæc ſibi ipſi primum elaborauit, mox, vt erat liberaliſſimus & candidiſſimus explicare in ſcriptis libris Clariſ. & Doctiſſimo viro Bilibaldo *Pircamero* aggreſſus eſt, cui & elegantiſſima epiſtola illos dicauit, quam Camerarius Latinè reddere intemerata illius natiua quaſi facie, cum ſupra vires ſuas

Andreas Montegna Italus Durerī conſuetudinem expetit.

Effigies viuentium à Durero quæ les factæ.

Artis pingendi præcepta à Durero edita.

picturarum proferentẽ, ſe conſcium nimirum ſibi virium ſuarum: ſic tamen ex minoribus quoque operibus ipſius ſperni nihil debeat. In quibus nullam lineam inuenias ductam temere aut peruerſe, nullum ſuperuacuum punctũ. Quid ego de manus conſtantia & certitudine loquar? Iurares regula normaue aut circino perſcripta, quæ nullo adiumento vel penicillo vel ſæpè calamo, aut penna deducebat, ingenti cum admiratione ſpectantium? Quid memorem qua dextræ cum animi conceptibus congruentia, ſæpe in chartas ſtatim calamo aut penna figurasquarumcunq; rerũ cõiecerit, ſiue, vt ipſi loquuntur, collocarit. In quo hoc profecto legentibus incredibile futurũ proſpicio, diſtantiſſimas non ſolum argumenti, ſed & corporum partes inſtituiſſe nonnunquam, quæ conuinctæ inter ſe ita cõuenirent, vt aptius fieri nihil potuiſſet. Nimirum ita mens artificis ſingularis inſtructa omni cognitione & intelligentia veritatis conſenſusque inter ſe partium, ipſa moderabatur ac regebat manum, iubebatq; ſibi abſque vllis adminiculis fidere. ſimilis erat promtitudo peniculum tenentis, quo minutiſſima quæq; in linteo tabellave præſcribebat, nulla deſignatione premiſſa; ſic vt non culpari modo poſſet nihil, ſed laudem etiam omnia ſummam inuenirent. Maximè admirabile fuit hoc laudatiſſimis * pictoribus, quibus in illa re verſatis plurimum, difficultas non eſſet ignota. Hoc loco non poſſum ſilentio præterire quod inter hunc & *Ioannem Bellinum* accidit. Erat is Venetiæ inq; Italia tota huius artis fama excellens: quo cum Durerus veniſſet, facileque cum illo ſe coniunxiſſet, atque vt fit, mutuæ operum iam oſtentationes exiſterent, admirante Durero candidè, & magni faciente Bellini omnia; Bellinus & ipſe ingenuè cum alia tum pilorum ſubtilitatẽ præcipue in Alberti operibus comprobauit. Forte accidit vt de arte inter ſe colloquerentur, quibus ſermonibus finitis, *facies ne*, inquit Bellinus, *Alberte benigne & gratificabere in re non magna amico. Sentis*, inquit Albertus, *ſiquidem quod præſtare valeam à me petieris.* Tum Bellinus, *cupio à te ferre*, inquit, *dono vnum è penicillis tuu, quibus capillamenta deducere ſoles.*

Dureri in pingendo agilitas & felicitas.

* *Bononienſes ei pictores principatum picturæ in toto orbe detulerunt, affirmantes iucundius ſe morituros, viſo tam diu deſiderato Durero.*

Ioann. Bellinus Italus pictor excellens.

Ibi Albertus nihil moratus cum plurimos ſimiles aliorum & qualibus Bellinus quoque vteretur, protuliſſet, eligere iuſſit, qui maximè placerent, niſi auferre mallet vniuerſos. Sed Bellinus falli ſe ratus, *non* enim *hos*, inquit, *aiebam, ſed quibus crines & pilos vnico ductu complusculos exprimere conſueuiſti, quos ſparſu'os & latiuſculo diſcrimine eſſe oportet. Aliter enim in maxima ſæpe longitudine tanta æquabilitas flexuum & diſtantia ſeruari nequeat. Non aliis*, inquit Albertus, *quam his vtor, quod vt tibi probem, licet cõtemplere*; & arrepto vno ex propoſitis penicillo, longiſſimos & flexulos crines, quales mulierum maxime ſunt, conſtantiſſimo

ordine

etiam ſenex, cuiuſmodi ſunt gymnaſtices & Muſicæ reliquiæ. Sed præ cæteris eum ad picturam natura finxerat; quare & illius ſtudium totis viribus complexus, & vbique gentium laudatorum pictorum opera, & rationem illorum cognoſcendi & imitandi, quæ probaſſet, cura tenebatur. Inter quæ & maximorum Regum ac Principum ipſiusq; adeo *Maximiliani* & huius nepotis *Caroli* Auguſti & benignitatẽ expertus & fauorem cõſequutus eſt, affectus ab illis non aſpernando ſalario. Sed vbi iã habuit illius manus, vt ita loquar, maturitatem, tum maxime de operibus intelligeres ingenium ſublime & virtutis amans. Talia enim omnia faciebat grandia & laudabilis argumenti. Extant encomia Maximiliani, extant & hiſtoriæ aſtronomicæ opera immortalia, de quibus, quæ memoraui, æſtimare licebit, vt alia non dicam, quorum eſt nullum, quod non vel ex veteribus aliquis, vel noſtra ætate quacunque in gente pictor ſuum dici optaturus videatur. Eſt autem nulla profecto certior neque verior naturæ vniuſcuiuſq; indicatio, quàm quæ ab operibus fit, quæ quisq; pro artificio ſuo effecit. Quorum duo genera, quo reliquis longius præſtant & quaſi ex ipſius naturæ officina prodeunt, hoc in eo, quod diximus, magis poſſunt pollentque. Ea ſunt quæ *μιμητικὰ & ποιητικὰ* vocantur, id eſt, *repræſentatiua rerum ſimilitudines vel oratione vel manu*, quorum illa proprie poëtica nominantur: hæc neſcio an generalem appellationem habeant, ſed quadrifariam ferè intelliguntur, *Statuarum, picturæ, ſculpturæ & plaſtices.* Nunc verò de pictura loquamur, vt propoſitum fert, quæque ipſa inter quatuor illa laudatiſſima eſt, & ab aliquo Græcorum *poëtice vocalis* nuncupata. Tales igitur eſſe pictores prorſus, quales ipſorum opera ſunt, verè arbitrabimur, non ſecus ac poëtas. Polygnotum pinxiſſe ampliora omnia, Pauſona minora tradunt. Quis non ex hoc intelligit, & illum fuiſſe ingenio altiore, & hunc humiliore?

Picturæ inprimis ſtudioſus.

Durerus carus Cæſarib. & principibus.

Opus commendat artificem.

Qualis natura, tale opus.

Duo genera operis.

ποιητικὰ.

μιμητικὰ opera quadruplicia.

Pictura poëtice vocalis.

Qualis pictor, talis pictura.

Polygnotus.

Pauſon.

Quot autem fuere, ac potius quis non fuit pictorum inquã omnium, qui non declaret operibus naturam ſuam? Non iam veterum mentionẽ faciam, noſtrorũ temporum exemplis contentus. Cui autẽ obſcurum eſt non paucos laudẽ & admirationem vulgi quæſiuiſſe obſcænitate pingendi, dũ quæ nõ niſi occultè fieri honeſtè nequeant, imò quæ ne occulte quidẽ facta, nefario ſcelere & probro vacent; tabulis expreſſa publicarunt: hos ne pudicos quiſquã credet, quorum mens & dextera talia fuerit molita? Vidimus etiam multorum minutulas & benè ſanè coloratas picturas, quibus quidem nonnihil ingenij & grauitatis declararetur magiſtri, ſed ars requireretur. Hoc igitur loco optimo iure admirabimur Durerum ſanctimoniæ & pudoris diligentiſſimum cuſtodem, & granditate

Picturæ abuſus.

Dureri pictura qualis.

Moribus hanc niueis meruit studiisq; iuuandis;
Quæ nunc mœsta iacent orba parente suo.
Rettulit, ornauit veterum monumenta sophorum,
Arte, manu, curis, ære, fauore, fide.
Huic vitam in cœlis date numina iusta perennem,
Per nos in terris vita perennis erit.

Idem

Ὧδ' Ἰωάννης καθεύδει τυπογράφος Βροφέννιος,
Οὐδὲν ἄλλῳ πλέον ὀφείλει τῶν λόγων σπουδάσματα
Μὴ νεκρὸν θρηνεῖτε. ζῇ γὰρ καὶ πνέῃ πνεύσων ἀεὶ
Τῇτε ψυχῇ, τῇτε φήμῃ, τοῖστε βίβλων λειψάνοις.

Ex lib. 23. epistolarum Erasmi Roterodami, & l. 3. Prosopogr. Pantal.

ALBERTVS DVRERVS.

O. 1528. d. 6. April. æt. 57.

** Fuit eius pater Albertus ex vico Cula prope Voradium ciuitatem Hungariæ, natus.*

Dureri patria & natalis.

Prosopographia Dureri.

Durerus literarum studia non attigit.

Durerus honestatis & grauitatis amans.

ALbertum Durerum è Pannonia * oriundum accepimus; sed cuius maiores in Germaniam commigrarint. De origine igitur & natalibus illius copiosæ orationi locus non erit: qui etsi fuere honesti; ab eo tamen maiorem splendorem accepisse constat, quam tribuisse. Natus est *Norenbergæ*, celebri Germaniæ Vrbe, Anno 1471. d. 20. Maij. Dederat huic Natura corpus compositione & statura conspicuum, aptumque animo specioso quem contineret, vt iustitiæ suæ, quã solet extollere Hippocrates, etiam in hoc non oblita fuerit, quæ & ridiculè animato simiæ ridiculum quoq; corpus texuit; ita præclaris mentibus conuenientia corpora circumdare consueuit. Erat caput argutum: oculi micantes: nasus honestus, & quem Græci τετράγωνον vocant: proceriusculũ collum: pectus amplum: castigatus venter: femora neruosa: crura stabilia: sed digitis nihil dixisses vidisse elegantius. Sermonis autem tanta suauitas atq; is lepor, vt nihil esset audientibus magis contrarium, quam finis. Literarum quidem studia non attigerat; sed quæ illis tamen traduntur, maxime naturalium & mathematicarum rerũ scientiæ, ferè didicerat; éq; ijs præcipua vt intelligebat, & re explicare nouerat; ita & oratione sciebat declarare. Testantur hoc scripta eius *Geometrica*, in quib. quid de illa scientia possit requiri, quatenus quidem tractandã sibi iudicauit, non video. Ferebatur autem magno quodam ardore animi ad omnem honestatem morum & vitæ complectendam; quã ita præstitit, vt vir optimus meritò haberetur. Non tamẽ erat aut tristi seueritate aut grauitate odiosa, quin etiam quicquid ad suauitatem hilaritatemq; facere putatur neque ab honesto nec recto alienum; & ipse per ætatem non neglexerat, & probabat

etiam

genere dissentientes, alii aliud admouent remedium, nec deerant, qui autores erant, pedem resecandum esse. Tandem aliunde venit medicus, qui dolorem hactenus sedaret, vt & tolerabilis esset, & somni cibique sumendi permitteret facultatẽ. Demum ita confirmatus est, vt bis equo proficisceretur Francofordiam, malo in dextri pedis digitos relegato, quos solos flectere non poterat, cætera valens. Tũ & ab Erasmo & a medico frequenter monitus, vt rariùs prodiret in publicum; aut vestitu contra frigus munitior prodiret; non obtemperauit: pudendum ratus, si quicquam omninò pristinæ consuetudinis omittens, morbi speciem præ se ferret. Iam & duos manus dextræ digitos stupor occuparat, morbi imminentis præludium, dissimulauit & hoc, parum virile ducens quicquam morbo concedere Deniq; dum in sublimi agit nescio quid: correptus, vt est probabile, vi morbi in pauimentum decidit pronus, non sine graui cranii vulnere. Delatus in lectum nec oculos attollebat, nec vllum sensus indicium dedit, nec vllam omnino vitæ significationem, nisi quod manum sinistram mouebat. Nam dextrum latus omne dissimulata paralysis stupefecerat. Ita biduum consopitus sub mortem experrectus est, ægrè paulum diductis oculi sinistri genis, lingua tamen immobili, nec superuixit vltra sex horas. Ita rebus humanis exemtus ad vitam transiit meliorem, anno vicesimo septimo supra mille quingentos. Ob huius mortẽ (vt Erasmus inquit) decebat omnes, qui colunt bonas literas, pullatos lacrymas & luctum sumere, apio floscullisque sepulcrum ornare, lymphas aspergere; odores adolere, si quid talibus officiis proficeretur. Certè illud erit gratitudinis, vt omnes defuncto bene precemur, memoriamque laudibus debitis celebremus. *Mors Frobenii.*

Erat *Frobenius* ex Hammelburgo Franconiæ oppido, vna cum *Adamo Petri* ex Langendorff propinquo loco, Basileã vocatus ab ipso *Ioanne de Ammerbach, & Ioanne Petri* typographis Basilienſibus. Hi sce cum præclaram operam nauarent, postea successerunt, & ad artem illam ea in vrbe accessionis non parum attulerunt. *Qua occasione Basileam venerit.*

Reliquit *Frobenius* filium *Hieronymum*, atque generum *Nicolaum Epiſcopium*, qui patris vestigiis insistentes, vnanimi consensu officinam instaurarunt: & quæ eorum eruditio fuit & integritas, optimos quosque autores ediderunt: vt Frobeniana officina apud literarum cultores nihil notius aliquando fuerit. *Heredes Frobenii.*

Erasmus, vt se amico & hospiti gratum declararet, epitaphium Latinum & Græcum tale sepulcro Frobeniano apposuit: *Epitaph. duplex ab Erasmo scriptum.*

Arida Ioannis tegit hic lapis ossa Frobeni,
Orbe viret toto nescia fama mori.

officinam aperuit. In ea optimos quosque autores eleganter excusos foras dedit: atque iterata editione *Hieronymum*, deinde *Augustinum*, & alios patres atque autores in lucem emendatius protulit. A contentiosis vero libellis, vnde quæstum haud mediocrem alii haberent, ipse suam officinam semper immunem seruauit: ne literas ac disciplinas aliqua contaminaret labecula.

Excudit autores optimos quosque.

A famosis & contentiosis abstinet.

Tanta erat sinceritate præditus: vt etiamsi quid voluisset simulare aut dissimulare, non potuisset, natura repugnante: tam promptus & alacer ad bene merendum de omnibus: vt indignis etiam ex ipso beneficii quippiam accessisse gauderet, vnde & furacibus & decoctoribus erat & gratus & idoneus. Erepta furto, aut à malæ fidei debitoribus, interceptam pecuniam, ea solebat alacritate commemorare, qua lucrum præter spem obiectum alii. Fide tam incorrupta, vt in neminem magis congrueret illud: *Dignus, qui cum in tenebris muces.* Atque vt ipse fraudem nemini machinabatur: ita de nullo tale quicquam suspicari poterat: tametsi non rarò delusus. Quid esset inuidiæ morbus nihilò magis imaginari potuit; quam ii, qui cæci nascuntur, animo fingere possunt, quid sit color. Offensas, quamuis capitales, prius condonabat, quam rogaret is, qui offenderat. Nec vllius omnino iniuriæ poterat meminisse, contra nullius, quamlibet vulgaris officij, poterat obliuisci.

Mores eius & candor.

Liberalitas.

Pecuniæ contemtus.

Itaque *Erasmus* huius viri fama, & singulari, quam in exscribendis prælo suo libris adhibebat, diligentia excitus, Basiléam venit: atque suas lucubrationes in eius officina edendas curauit. Cum eodem quoque coniunctissime complures annos vixit, atque quibus potuit officijs honestissimũ certamen certauit. Nam omnes *Frobenius* occasiones venabatur, vt aliquid obtruderet muneris Erasmo; nec vnquam fuit lætior, quam cum vel dolo perfecisset, vel precibus impetrasset, vt aliquid acciperet. Si enim fortè pannus ad vestem erat emtus per famulos Erasmi; *Frobenius* subodoratus, illo nihil suspicante soluit: nec vllis precibus adigi potuit, vt reciperet. Arte simili fallendus erat, si damno vellet exemptum. Tale certamen inter ipsos fuit adsidue: longe diuersum à vulgi moribus: dum alter hoc agit, vt abradat quàm plurimum: alter, vt det quam minimum.

Erasmus Frobenii operas vsus.

Anno 1521. è summis gradibus in solum latericium decidit casu plusquam lethali: conualuit tamen, sed vt solet, mali reliquijs in corpore residentibus quod vtcunque dissimulauit ille. Tam erat animi generosi, vt puderet dolere. Anno prius quam moreretur 1526. corripuit illum grauissimus cruciatus circa talum dextri pedis. Ibi præstò erant medicorum officia, quæ nihil aliud, quam exasperabant malum, dum, de morbi genere

Frobenii lapsus ex alto Morbum dissimulat.

dormire siuit. A quo deinde somno experrectus, statim animã exhalauit. Itaq; factum est, vt cum *Philippus Melanchthon* peregre veniens Mosellanum ipsum iam inuisere, ac veteris amicitiæ nomine salutare vellet, defunctus * nunciaretur, ipsius profecto & aliorum bonorum virorum summo & acerbissimo cũ dolore. In cuius quidem beneuolentiæ atque amoris significationem & testimoniũ pro epitaphio *Philippus* elegantissimos inscripsit versiculos Græcos. Alii quoque viro optimo *Mosellano* iã defuncto officia suæ erga illum pietatis & obseruantiæ testificati sunt, præsertim *Iacobus Mi yllus*, elegantissimo elegiaco *Ioachimus Camerarius*, Græco & Latino Epigrammate, *Ioannes Mässerus Ottingensis*, oratione funebri. Denique ipse D. *Iulius Pflug*, præter funebrem orationem, etiam pro aris templi D. *Nicolai* Lipsiæ monimentum in præceptoris memoriam extrui atque in æs incidi fecit, hoc carmine:

** Ad morientem Philippus cum Camerario accessit. Camerar in vita Philippi. Epicedia in obitũ ipsius à varius scripta. Epitaphium â Iulio Pflug positũ.*

D. O. M.

Conditus exiguo iacet hic sub marmore Petrus,
Nobile cui nomen clara Mosella dedit.
Attica quo primum hic audita interprete lingua,
Cum docuit Graio Teutonas ore loqui.
Et Latiæ veterem linguæ reuocauit honorem,
Natiuumque illi reddidit arte decus.
Cuius & eloquium viuo Cicerone probasset
In medio quondam Roma diserta foro.
Magna etiam coluit pietate oracula Christi,
Et sanctis studiis consona vita fuit.
Ipse sua viuens quod spe votisq; petebat,
In gremio vt viuat, da, bone Christe, tuo.

Iulius Pflug præceptori charissimo F. C.

Lapidi incisus est hic versus:

Μικρὸς ἔην ῥώμην οὗτος, γνώμην δὲ μέγιστος.

Iustinus Göbler ad Ioannem Fichardum I. C. Chytræus in Saxonia.

IOANNES FROBENIVS. O. 1527.

Frobenius Basileæ officinam typographicam aperit.

IOannes *Frobenius* à puero ad optimas incubuit literas, atq; primis rudimentis in patria *Hammelburgi* Franconiæ, perceptis, ad Basiliensem Academiam se contulit. Ibi magna diligẽtia artibus & linguis operam dedit, & eruditionis non gregariæ nomen sibi comparauit. Postea, vt literarum studia, quod vnice in votis habebat, commodius iuuaret & illustraret, typographicis sese dedidit, & Basileæ instructissimam offici-

nissime restitutos accepimus. Atque huius similes permultos alios cum equestri ordine, tum dicendi facultate ornatissimos iuuenes Germaniæ nostræ dedit Mosellani institutio ac eruditio, qui nimirum eam vitæ atque studiorum rationem institutionemque iudicauit esse optimam & præstantissimam, quæ rectas disciplinas cum honestissimis moribus copularet Quē admodum ipse in epistola ad reuerendum patrem *Martinum à Lochau* testatur his verbis: *Deum, quem nihil latere potest, mihi aliquando animam agenti, & tum morte luctanti propitium adesse nolim, si non iam inde à puero, non sine summo domandi animi labore, nihil tam caui, quam ne alicuius vel lacessentis famam mordicus arriperem, quin omnibus, quæ mihi non adeo contemnenda, si anniti voluissem, contigissent, posthabitis honoribus, copiis familiaribus ac cõmunibus humanæ vitæ voluptatibus, hoc vnum sum subsequutus, vt optimi cuiusq; & doctissimi calculo probatus, tandem mentē disciplinis his elegantioribus à mundi sordibus repurgatam, Christo Iesu veræ sapientiæ fonti, diuinæ doctrinæ scatebris irrigandam, supplex offerrem. Hoc interdiu cogitaui, hoc noctu somniaui, huc manibus pedibusq; contendi, huc omnibus aspiraui votis, in hoc otium & negotium omne collocaui, ac deniq; omnes ingenii neruos intendi, videlicet, ne desit quod Euangelico illi diuiti, rationes suas olim explicanti, pro talenti quantulicunque mihi creditī vsura, rependere possim. Nullus alius vitæ meæ vnquam fuit scopus. Nam, si ad voluptates, ad opes, ad honores, ad potentiam anhelassem, longe alia via fuissem ingressus. Nec operam hic lusi omnem, nec caruit successu conatus.*

Mosellani pius animus.

Quam quidem vitæ atque studiorum rationem ac modum cum ipse vbique promptissimo animo tum docendo, tum viuendo sequeretur, breui tempore apud optimos quosque eam famam & gloriam consecutus est, quas alius mortalium nemo. Cœperunt eum maximi quique viri ob singulares illas ac raras virtutes impensissime amare atq; complecti: eius scripta sic in manibus habere, sic fouere, sic deosculari, & cõprimis à summo illo & clarissimo omnium sæculorum *Erasmo Roterodamo*, vt eius etiam hæres futurus fuisset, si *parsissent animæ fata superstiti*. Percharus erat *Philippo Melanchthoni*; charus *Eobano Hessi*; charus *Ioachimo Camerario & Iacobo Micyllo*; celeberrimis illius ætatis & incomparabilibus literarũ antistitibus; qui ipsum & in vita dilexerunt plurimum, & post obitum honorificentissimis officiis ac sententiis, suæ beneuolentiæ velut testimoniis, quæ publicè extãt, decorarunt & dolentissimè prosequuti sunt.

Mosellani amici.

Moritur autē in ipso ætatis flore *Mosellanus*, vix annum primũ & *triceſimum* egressus, cum bis Rector atq; moderator Lipsensis Academiæ fuisset & annos nouem publice docuisset: morbo atq; languore admodum diuturno: qui ipsum plane confecerat, nec nisi paulo ante emigrationem quiescere paululum ac

Mosellani obitus & ætas.

dormire

Erat imbecilliori corpore, ac lateribus non ſatis valentibus, ſtatura breui ac humili, voce debili magis, quàm ſonora, acuta tamen, facie ſubfuſca, cæſioque (quod de Minerua Homerus prædicat) aſpectu, ſubcriſpo & nigro admodum capillo. *Corporis Moſellani ſtatura & valetudo.* Ingenio omninò graui, & quidem præter ætatem canescente, ex quo etiam accidit ei, vt ætate ante tempus ingraueſcente, atque effœta eſſet. Somno parciſſimo, nec cibo nec potioni vnquam indulgebat. *Ingenium.* Circa Venerea & voluptatem continentiſſimus, vt huius hic Pythagoræ verſiculus ſemper obſtreperet auribus:

Γαστρὸς μὲν πρώτιστα καὶ ὕπνου καὶ φιλότητος.

Nullum homini ocium, nulla ceſſatio, nulla laboris prolixa fuit intermiſſio Sermonis atque colloquii ſuauiſſimi, qui neminem tœdio aliquo adficeret audiendi: De ſtudiis ac pietate creberrime diſputabat. Optimos quosque & Græcos & Latinos authores nulla habita pecuniæ aut ſumptuum ratione, maximè ex Aldina litera ſibi comparauit. *Librorum ſtudium.* Quotquot autem librorum congeſſerat: ita perlegit, vt multa ſignaret, plura ediſceret, nonnulla etiam deſcriberet. Indicant hoc etiamnum hodie quidam illius codices. *Moſellanus metaphorarum obſeruans.* Erat Metaphorarum (vt obiter etiam id indicem) obſeruantiſſimus, earumque ex Cicerone aliiſque optionis ſcriptoribus *magnum aceruum* collectarum, inſtar Adagiorum Eraſmi, editurus opus, ſi annos aliquot ſuperuixiſſet.

Porro à nulla re tam abhorrebat natura, atque à turbis & tumultu; vnde quoque nihil tam execrabatur, quàm diſſenſiones & bella: nihil exoptabat magis, quam & ſe placidam poſſe vitam ducere, & publicæ tranquillitati conſultum eſſe. Itaq; pacis artes & alumnas, bonas literas, propenſiſſimo animo ac ſtudio ſemper complexus eſt. *Quietis appetens.* Quæ cum ſeculo illo valde iacerent neglectæ atque oppreſſæ, eſſentque pauci, qui dignam illis manum operamque adhiberent: ſummis votis ac laboribus eò adſpirauit: vt pro ſua virili quiddam illis contuliſſe videretur. Itaque cum eorum cauſſa tam multa eſſet perpeſſus atque perfunctus; breui ſcholam ita inſtituit, vt veræ ac germanæ eruditionis quaſi officina quædam exiſteret, ex qua nimirum permulti ornatiſſimi atque doctiſſimi prodiere viri, ſuum Moſellanum agnoſcentes præceptorem; inter quos facilè primas & meretur & retinet ampliſſimus vir & clariſſimus D. *Iulius Pflug* * præpoſitus in Zeitz & canonicus maioris eccleſiæ Moguntinenſis, qui etiam ſingulari pietate, & diſſertiſſima oratione præceptoris ſui chariſſimi funus proſecutus eſt. *Diſcipuli Moſellani.* Ex eadem ſchola prodiit quoque nobiliſſimus iuuenis *Chriſtophorus à Carlowitz*, cuius quidem beneficio *Laurentii Vallæ* Antidotos libros multò quam antea correctiores, ſibique ipſis planiſſi-

* *Poſtea epiſcopus Naumburgenſis.*

emeruerit ac reportauerit. Inſcripſerat eos quidem labores ſuos vt dignum erat, ſummis ac maximorum ordinum viris: *Baſilii* opuiculum *de ſolitaria vita* illuſtri D. *Adolpho* Mersburgenſi Epiſcopo, principi Anhaldino, *Chryſoſtomi concionem aduerſus auaritiam*, generoſo *Sigumundo* Lobdouicæo & Haſſiſtenio Baroni, *Nazianzeni* libros quinque *de Theologia* reuerendiſſimo D. *Richardo Gryffencla* Archiepiſcopo Treuirenſi, ac Principi Electori, Mœcenati literatorum meritiſſimo: à quibus quoque horum officiorum cauſa, vnicè & amatus eſt Moſellanus, & muneribus ampliſſimis cohoneſtatus.

Orationes à Moſellano ſcriptæ.

Sunt & alia ingenii atque induſtriæ Moſellani monumenta cuiuſmodi eſt nobiliſſimæ illius orationis *Iſocratis pro pace* verſio, *Aphthonii* item, & *Luciani orum* dialogorum Charontis & Tyranni traductiones, quæ ſane Græcæ linguæ peritis diſplicere non poſſunt. Adhæc quaſdam non protritas aut vulgares orationes conſcripſit, ac habuit ipſe, ſed quæ à doctis hominibus mirifice adamantur & probantur, *pro linguarum ſtudio* contra Barbaros, *de concordia* in publicis ſcholis retinenda, *deq; ratione* in re theologica *diſputandi*.

Scripta alia.

Nec præterea fugiunt ſtudioſos reliqua illius etſi minutiora; tamen eius generis ſcripta, vt eiuſdem authoris eſſe appareat: nimirum *commentarii* illi in *Quintilianum & Gellium*, figurarum *fabulæ*, *Pædologia*, *Rhitorices* progymnaſmata, & quæ daturus erat plura & abſolutiora vir optimus ac diſſertiſſimus, niſi ante diem è medio fuiſſet manibus, proh, raptus auaris. Erat enim ea mente atque animo, cum erga meliora tum maxime ſacra ſtudia parato atque illuſtri, vt ea ſane, ſi quis alius, propagaſſet quam latiſſimè: ni fato ineuitabili ac planè immaturo, quod optima ferè ſtatim ſubtrahit, ſecus viſum fuiſſet.

Mores ac virtutes Moſellani.

Fuit autem ea comitate *Moſellanus*, eo ingenii candore ac modeſtia: vt facilè quemuis in ſui amorem pelliceret: quin & inſinuare ſe in eius amicitiam plerique etiam illuſtriſſimi viri laborabant, nec de ſuo erga illos, quos ſemel amplexus erat, animo quicquam immutabat. Fuit item moribus honeſtiſſimis atque ingenio eximio, fœcundo, ac pene diuino: quo facile factum eſt, vt ſi quæ, velut *corporis præſtantia*, opes atque diuitiæ, ei deeſſe viderentur, minus requireres, cum & hæc à priſcis philoſophiæ ſtudioſis propemodum neglecta ſint, & non in veris bonis habeantur, neque ob ea vnquam quiſquam fuerit melior exiſtimatus. Quamobrem etiam ingreſſus eſt eam potiſſimum ſtudiorum rationem, quæ videbatur eſſe & libero dignior, & cæteris multo quietior, eorum videlicet ſtudiorum rationem, quæ omnibus ſeculis iucundiſſima pariter ac liberaliſſima appellata ſunt, & multiplicem vtilitatem ac fructus vberrimos generi humano conferre ſolent.

Erat

Nec verò longè pòst migrare aliò, vbi & frequentia maior esset, & locus celebrior, constituit. Qua eius quidem voluntate perspecta, effectum est per amicos viros ornatissimos, vt publicum ei docendi munus in Academia Lipsensi, è communi ærario decerneretur, quod & illustrissimi Ducis *Georgii* beneuolentia, & celebrium hominum commendatione non difficulter impetrauit, atque obtinuit: factumque est vt post *Richardi* * *Croci* discessum vnus Græcæ linguæ docendæ prouinciam magno omnium applausu & congratulatione subiret, eâque cum laude, ac studiosorum profectu administraret, vt statim summis eius loci professoribus par, ne dicam superior haberetur: & quidem ad * *decennium*, adeoque ad extremum vitæ diem constantissimè exequeretur. Erat autem *Mosellanus* initio hanc potissimum studiorum ac vitæ rationem rectissimo consilio ingressus, etiam penè puer, vt *nihil pretiosius tempore* duceret.

Professor Lipsiæ constituitur Mosellanus.

* *qui Ioachimi Camerarii præceptor.*

* *Venit ergo Lipsiam anno 1514.*

Ratio studiorum & vita Mosellani.

Idcirco & noctis multum in studia insumebat, & summo mane, *Homerum* suis contubernalibus enarrabat. Seruabat & hoc, vt antemeridianum tempus grauioribus & Græcis literis: pomeridianum leuioribus & Latinis daret.

Bis primum aut etiam ter in die publicè prælegebat: bis item vel sæpius priuatim; reliquum verò tempus lectioni, scriptioni ac stylo dabat.

Theodori Gazæ grammaticæ *Diomedis* Latinam cõiungebat, *Aristotelis* Dialectica purè tractabat. Quosdam *Platonis*, *Ciceronis* & *Plutarchi* libros, ipsumque *Suidam* mira dexteritate atque facundia auditorio suo proposuit.

Autoresquos explicarit.

Isocratis orationes quasdam, *Demosthenis* item interpretari aggressus est, non sine magna studiosorum vtilitate ac laude. Verum ne his tantum, ceu profanis, delectari Christianus homo videretur, *Prudentium* cumprimis pium Poëtam cum Diui *Augustini* de doctrina Christiana libris, militem *Erasmi*, *Ioannis* Euangelium, ac illam *Pauli ad Romanos* epistolam publicè explicandam delegit, maximi faciens diuinarum literarum maiestatem: quas è suis fontibus potius, quàm ex turbulentis riuulis hauriendas esse putauit. Itaque ad hoc studium deinde omnem operam & industriam contulit; eò summã cogitationum suarum referens; vt non modò impensissime illud dilexisse, sed & optimo consilio adiuuisse, & excoluisse videretur. Ac ne etiam illotis, quod dicitur manibus aut temerè, vt hodiè per multi in arcẽ illius præclarissimę disciplinę inuaderet: omnes liberales artes atq; linguarũ cognitionẽ sibi velut in auxiliũ adhibuit: ac sic quidẽ *Basilii* quædã nõnulla *Chrysostomi*, plura *Nazianzeni*, honestiss. suscepto labore, è Græco in Latinũ sermonẽ vertit, ac ita vertit, vt ob id laudis plurimũ & gratiæ ab eruditis eme

Vertit autores Græcos Mosellanus.

istente è viuis sublatus est. Quocirca res ista in viduæ matris arbitrium ac potestatem deuenit: quæ cùm filium à schola & literis abstrahere, & ad domestica munia vrgere vellet: his remoratum aliquamdiu frater in Bessitem denique scholæ ac studiis reddidit *Luceburgumque* mittit. Verum cum in plagiarium potius, quam in peritum ludimoderatorem, nimirum durum illius gentis hominem, incidisset: tamdiu sustinuit imperium, donec oportunè per amicos *Limpurgum* (est id oppidum Lani) mitteretur. Vbi si etsi commodiorem ludum nactus esset: tamen inopia laborans, facilè *Treuerim* se transferri passus est, functurus fortè, in summa æde, * choraul munere. Hinc non longe post *Coloniam Agrippinam*, *Ioannis Schade* aui sui beneficio atque viatico instructus, ablegatur, seque ibi in disciplinam ac familiaritatem doctissimi viri *Ioannis Cæsarii*, qui tunc *Coloniæ* Græcas & Latinas literas profitebatur, insinuauit: à quo & *Chrysoloræ* grammaticam, & *Luciani* dialogos aliquot hausit, atque ita in eo studio processit, vt & *Homerum* & alios quosque bonos authores summo ardore cognoscere laboraret. Habebat ea vrbs illo tempore præter *Cæsarium* etiam alios viros doctissimos, & notissimos, præsertim *Buschium & Sobium*, qui tunc ambo Coloniæ publico stipendio elegantiores Musas docebant, quorum quidem beneuolentia & obseruantia *Mosellanus* nihil habuit prius. Hos igitur, cum literarum studio mire flagraret, diligenter audiuit, suique expectationem in dies maiorem ac probabiliorem reddidit; ita vt & doctissimis viris eius conatus arriderent, & votis propinquorum perpulcre responderent.

Præceptor Mosellani durus.

Limpurgo Treuirim se recipit Mosellanus.

* *Præceptoris potius.*

Ioannes Cæsarius præceptor Mosellani Coloniæ.

Viri docti Coloniæ Mosellani ætate.

Degustata Dialectica, discendi ac docendi magistra, iactoque in Græcis literis, quas cum Latinis ex M. T. Ciceronis præcepto, coniungendas putauit, fundamento, ad munus docendi cumprimis inter æquales aspirauit, vtilissimum sibi fore ratus, si eorum, quæ ipse didicisset, docendo alios periculum faceret. Ea namque re sibi euenire existimabat, vt & aliis plus prodesset; & maiorem sui profectus vtilitatem, eo ipso exercitationis genere consequeretur. Hoc igitur docendi munere, cum & gratus esset, & iam florere cœpisset: suas quidem inde extulit alas, *Lipsiamque* concessit, vbi primum inita cum *Caspare Bornero*, viro in Mathematicis non vulgariter versato, amicitia perductus est atque persuasus huius consilio & auctoritate ad suscipiendam conditionem, nauandamque nouæ scholæ operam, quam *Ioannes Asticampanus* grauis cumprimis vir atque eruditus, *Freiburgæ* apud Lipsenses instituisset. Qua in re illi cum haud grauatim obsequeretur, summa cum laude idipsum ac omnium admiratione præstitit.

Docendi munus subit Mosellanus.

Lipsiam concedit.

Caspar Bornerus Mathematicus.

Nec

Quo nuncio triſtiſſimo ille perculſus, quòd eum vnicè amaret, ſubito accurrit, multaque cùm in ſpem vitæ diceret, eadem etiam medici pollicerentur, nunquam ab eo deduci potuit, quin ea febris finem ſibi vitæ eſſet allatura, id quod paucos poſt dies euenit. Antequam vero diſcederet, in D. *Franciſci* Familiam voluit adoptari, eiuſque habitu poſt mortem & templo ſepeliri. Obiit XXXIV. ætatis anno III. Idus Septembris. Anno ſalutis humanæ M. D. XXII. atque *Patauii* in æde Franciſci, quemadmodũ ipſe præſcripſit, ſepultus.

Adoptatur ante mortem in familiam Franciſci.

Epitaphium eiuſdem Longolii.

CHRISTOPHORO LONGOLIO BELGÆ, ROMANAM CIVITATEM PROPTER EXIMIAM IN STVDIIS LITERARVM PRÆSTANTIAM ADEPTO, SVMMO INGENIO, INCREDIBILI INDVSTRIA, OMNIBVS BONIS ARTIBVS PRÆDITO, SVPRA IVVENTÆ ANNOS, IN QVA EXTINCTVS EST MAGNO CVM ITALIÆ DOLORE, CVI INGENTEM SPEM SVI NOMINIS EXCITAVERAT, PETRVS BEMBVS AMICO ATQVE HOSPITI, POSVIT.

Te iuuenem rapuere Deæ, fatalia nentes
Stamina, cum ſcirent moriturum tempore nullo,
Longoli, tibi ſi canos ſeniumque dediſſent.

Ioannes Fichardus I C.

PETRVS MOSELLANVS PROTEGENSIS.

O. 1524. d. 19. April. æt. 31.

NAtus eſt *Petrus Moſellanus* loco humili atque obſcuro, in quodam Treuirorum ac Moſellæ pago, cui nomen *Proteg*, ad quintum ferè lapidem ſupra *Confluentes*, tenuibus ac humilis fortunæ parentibus, honeſtis tamen atque probatis moribus. Petri fuit nomen *Ioanni*, Matri vero *Catharinæ*. Mulier quidem ſatis fœcunda, vt quæ quatuordecim liberos, quorum *Petrus* natu inter fratres minimus erat, ſuſtulerit. Pater autem præter vinearum culturam etiam tonſtrinã & mercaturam exercens, filii indole ac probitate adductus, ipſum ſtudiis addicere non ceſſauit, impendiaque ad hæc ſubminiſtrare minime recuſauit: quanquam is adhuc illo puero exiſtente

Patria & parentes Moſellani.

Educatio.

contentio illa Romæ acceſſit cum potentibus & factioſis aduerſarijs, inter quos cum ſæpe diſcrimen vitæ adijt, nunquam ſine magno periculo eſt verſatus. Extremum verò omnium, quod aliqua ex parte eum attingere videbatur, fuit *Leonis* Decimi Pontificis mors, in cuius vita omnem ſpem fortunarum ſuarum ſitam habebat, cuius authoritatem & promiſſa ſecutus, contra omnium amicorum ſuorum voluntatem in Italiam redierat.

Leon. X. PP. mors. 1521. cal. Decemb.

Cùm autem neque ad ſuos honeſtum reditum, quorum antea promiſſa ſpreuerat, neque quo pacto in Italia defuncto iam *Leone*, qui antea ſumptus ſuppeditabat, otium ſuum cum dignitate tueri poſſet, ſatis videret, hæc nonnihil eum conturbarunt. Nuſquam tamen ſe commouit: ſed veteribus tantum amicis, quos in Italia habuit, de ſtatu ſuo per literas admonitis, ille in contubernio illius nobilis iuuenis Britanni ſe continuit. Cùm vero decem menſes poſt obitum *Leonis* Pont. perpetuo fere in literis verſaretur, conſtitutum ſe habere dixit in *Forum Iulium* proficiſci, tum vt animum ſuum curis literarum diſtrictum peregrinatione laxaret, tum etiam vt eam partem Italiæ ſibi non ſatis cognitam viſeret. Itaque paucos ante dies quam egredi ſtatuerat, cum nihil omnino incommodæ valetudinis ſentiret, ſemotis arbitris multa cum *Pol.* ſuo, cui ſemper plurimum tribuit, fertur diſputaſſe de periculis, de fragilitate, de miſeria humanæ vitæ. Hanc vero tandem ſummam orationis habuiſſe, vt *quoniam ſibi peregrinandum eſſet, neque ignoraret multa ſæpe peregrinantibus pericula præter opinionem, quibus obſiſti non poſſet, interuenire: Vt rebus ſuis, quicquid ſibi accideret, prouideret, teſtamentum ſe velle facere dixit, atque apud eum deponere, flensq; penè rogauit, vt ſi quid ſibi aduerſi accideret, teſtamenti capita perſequeretur, famamq; ſuam & memoriam charam haberet.* Atque hæc cum magna admiratione illius, cui hæc commiſerat, fecit. Quis enim non miraretur, quod in proximam prouinciam exiturus, optima etiam valetudine, vt ſibi & alijs videbatur, præditus, ea diceret, & faceret, quæ magis ex vita quàm ex ciuitate migrantis videbantur?

Forum Iulium.

Longolii cum Polo colloquium.

Veruntamen ſiue diuinatione de propinqua morte ſua id faciebat, ſiue prudentia quadam, quam caſus poſtèa diuinationem videri fecit, eodem die, qui profectioni conſtitutus eſt, in grauem & aſſiduam febrem incidit, ex qua non conualuit, eo etiam tempore cum forte abeſſet *Polus*, cui antea res ſuas omnes crediderat. Quem tamen per literas ſtatim, quo ſtatu eſſet, certiorem fecit, nihil de teſtamento mutans, hoc tantum rogans; vt quemadmodum coram recepiſſet, curam & quaſi diſpenſationem rerum ſuarum acciperet, mortuoque memoriam pie & inuiolate præſtaret.

Longolius febre corripitur & moritur.

Quo

miserabiliter de morte filij scriptas, existimans se non aliter officio suo in amicum posse satisfacere, in medijs ipsis doloribus cum grauissime cruciaretur, literas ad eum consolatorias, morbum suum silentio tegens, ne hoc etiam ad amici dolorem adderet, dedit. Quæ quidem, vt tum scriptæ, maxime vim morbi auxisse existimari possent, sic vberrime quo officio in amicos esset declarauere; qui ne eo quidem tempore sibi parcere voluit, aut officium intermittere, quo omnes illi libenter remisissent, aut sanè amicus non esset, qui hoc ab eo exigeret: & tum alium consolaretur, cum magis consolatione ipse egeret. Sed ab ea humanitate, quam in omni vita erga amicos retinuerat, ne tum quidem dolor corporis & propinqua mortis expectatio potuit eum deducere, aut facere, vt suorum commodorum rationem haberet, qui semper quacunque in re declarare posset, amicorum commoda suis prætulerit. Quo factum est vt carissimos illos semper firmissimos haberet: idque maxime est expertus, cum absens Romæ in iudicium vocaretur. Quo tempore neque aduersariorum eius potentia, quæ maxima tuit, nec acerba eorum in eum accusatio, quenquam eorum, qui amicitia vel consuetudine aliqua, dum Romæ esset, coniuncti videbantur, vlla in re flectere potuit. Plurimum vero ex omnibus detulit *Iacobo Sadoleto* & *P. Bembo* viris cum autoritate & gratia inter eos, qui tum Romæ erant, maxime florentibus, tum vero doctrina omni politiore & humanitate prope singularibus. Quorum opibus & gratia quamdiu Romæ fuit; in omnibus rebus est vsus. Vt vero alios in se benignos ac liberales est expertus, sic omnibus, quos aut opera aut consilio iuuare posset, maxime fuit expositus, præcipue vero ijs, qui spem aliquam de se vel ingenij vel doctrinæ darent. Fuerunt multi, qui cum à patria absentes, & amicorum subsidio destituti ad eum confugerent, ab eo sæpe pecunia subleuati, cum tamen valde tenues facultates haberet, & aliorum opibus casus suos sustentaret. Quando vero diutius sumptus tales se ferre non posse sentiret: per amicos omnia egit, ne quid illis deesset, non secus, ac si omnia necessitudinis officia sibi cum illis intercessissent, qui neque cognatione, neq; patria eum contingebant, indole tantum & spe doctrinæ ei commendati. Aduersæ fortunæ vulneribus multis, vt in tam paucis vitæ annis, ictus, nihil vnquam aliter atque virum decuit, tulit. Primum *Philippi* regis Hispan. morte inopinata, ad quem se post amissum vtrumque parentem contulerat, ex quo cum magna speraſſet, iamq; apud eum gratia, & supra ætatem authoritate multum valeret, ille præter omnium opinionem in Hispania ereptus est. Deinde multis peregrinationibus & molestijs agitatus, carceris etiã molestiã & difficultatem est perpessus. Post

Longolii humanitas.

Longolii fortitudo.

Philippi regis Hisp. mors. 1506. d. 25. Septembr.

verò ipſe ſua ſponte erga Italiam & Italos homines afficiebatur, vt etiam in epiſtola quadam ad *Sadoletum*, reditus ſui rationem probare volens, cum alias cauſas attuliſſet, poſtremo addit, ideo ſe rediſſe, quòd *ad exercitanda fouendaque ſtudioſorum hominum ingenia plurimum conferre arbitratus eſſet, cœli ipſius Italiæ clementiam*, ſeque in eo fælicem illum & plane diuinum Italiæ genium ſecutum. Antequam verò rediret, *Britanniam* nobilem inſulam videre voluit, adductus præterea fama eorum, quos præter cæteros illic Græcis literis & Latinis eruditos omni liberali & ingenua doctrina pollere audiuerat. Cum quibus pluribus diebus iucunde conſumptis, quòd eorum doctrina ita delectaretur, vt etiam ſummæ admirationi eſſent, quemadmodum ſæpe narrauit; tantam & tam politam atque excultam doctrinam in illis locis, apud eos homines, vel vſquam pene terrarum, illis temporibus, quibus prope omnes elegantiores artes iacerent, potuiſſe reperiri: ad conſtitutum ſibi in Italiam iter reuerſus eſt, *Patauiumq;* venit, quem ſtudijs ſuis locum accommodatiſſimum elegit. Quanquam ſimul ac de eius in Italiam aduentu auditum eſt, populus *Florentinus* non ſolum in ciuitatem ſuam, ſi illic ad inſtituendam bonis artibus iuuentutem ſe conferret, inuitauit; verum etiam *vicena quina* in annos ſingulos *ſeſtertiorum nummum millia* ex ærario publico decreuit. Verùm ille recordatus, quæ prœmia ante contempſerat, quòd nullam ocij ſui partem alijs vendere voluiſſet: nulla mercede à ſuſcepta propoſitaque ſententia potuit auelli. Patauij autem ſe continuit, ſibi & ſtudijs ſuis ſeruiens, primum in contubernio *Stephani Sauli* nobilis Genuatis, qui literarum cauſa eò ſe contulerat optimarum artium etiam ipſe ſtudioſiſſimus. Deinde verò, eo in patriam reuocato, cum multi nobiles viri (quorum tum Patauij propter celebritatem eorum, qui literas docebant, magna copia fuit) certatim Longolium ad ſe inuitarent, quòd eius conſuetudinem non honorificam tantum ſibi; ſed etiam fructuoſam fore putabant, ille in domum *Rainoldi Poli* nobilis iuuenis Britanniæ, quem per eos dies Rex Britanniæ literarum cauſa eò miſerat, migrauit: quo cum coniunctiſſime in literis vſque ad extremum vitæ diem vixit. Amicitijs vſus eſt magnis & illuſtribus, quas illi vbique fere vel felicitas quædam eius, vel doctrinæ fama conciliauerat. Neque vero in conciliandis amicis felicior, quam in retinendis prudentior habebatur, quos ſumma fide obſeruantiaq; ſemper coluit. Quantum verò officio in amicos tribuit, vel extremus ille vitæ actus facile declarauit. Nam cum grauiſſime ex febre laboraret, ex qua etiam perijt, eodemque tempore ab *Hieronymo Sauorinano* amico ſuo, qui tum filium ſumma ſpe & indole adoleſcentem amiſerat, literas accepiſſet valde miſera-

Italiæ genius.

Britanniam adit Longol.

Longolius in Italiã redit.

Stipendium Longolio à Florentinis oblatum.

Rainoldus Polus, Amici Longolij.

duis precibus, obiecto etiam falsæ gloriæ splendore, quòd patriæ laudibus, quas oppugnatas à *Longolio* esse voluerunt, in huiusmodi accusatione adesse eũ asseuerarent. Ita verò acerbè & vehementer, ipso audiente principe Romano, cum multi nobilissimi & clarissimi viri iudicio interessent, egit, vt nonnulli amici *Longolii* essent, qui de causa obtinenda desperarent, donec amicorum præcipuè cura defensiones eius in lucem prodiere, quæ ita ab omnibus passim probabantur, vt multi dicerent: *non Longolium ciuitatis donatione ornatum, sed ipsum ciuitatem illis orationibus ornasse*, in quibus pristinam dignitatem ciuitati, & vetera sua ornamenta omnia restituisse videbatur. Principi verò ipsi ita placuere, vt oblitus pene quid aduersario eius tribuisset, quem paulo ante, nulla magis re alia motus atque eius in *Longolium* actione, in familiarium numerum receperat, protinus iuberet: vt diplomata *Longolio* expedirentur, quibus ratum esset, quod S. P. Q. R. de ciue eum adsciscendo decreuisset, præterea quòd ipse de priuato ærario ad tuenda studia eius concessisset: atque ad eum, vbicunque terrarum esset, deferrentur, ea tamen lege, ne sedem studiorum alibi, quàm in Italia poneret. Multis præterea honoribus affecit: nam in Palatium & sacrosanctæ Lateranensis aulæ comitatum sua sponte cooptauit, & in Romani Pontificatus scribarum numero esse voluit. Quæ cum ad eum perlata essent, cum alia omnia libenter audiuit, tum verò conditionem de commoratione sua in Italia non inuitus accepit: lætusque in Galliam quasi ex inimicorum dolore triumphum agens animo statim reuertendi est profectus: vbi magno amicorum concursu ac gaudio exceptus, quod nihil tam præter opinionem eorum acciderat; quam vt eum, quem vix saluum in tantis contentionibus arbitrabantur, honoribus etiam auctum viderent, magno cum studio apud se retinere contenderunt; plùribus etiam ad manendum præmijs & priuatim à multis, & publicè à rege ipso Francorum propositis. Ex priuatis autem, qui hoc maximè ab eo contenderunt, *Ludouicus Ruzeus* Parisiensis, cum multa alia, tum verò suburbanum fundum, lautum & fructuosum, muneri obtulit; nullam aliam beneficij sui remunerationem aut operam ab eo expectans, nisi vt vrbe illa, quasi domicilio suorum studiorum contentus, in Italiam amplius non rediret. Ille verò quanquam Galliam semper non minus charam, quàm patriam habuisset, existimans non inferiori amoris loco habendam, quæ excepit, quàm quæ genuit; plurimi etiam hac in re amicorum studia æstimaret; tamen cùm recordaretur, quam fidem X. Leoni Pont. Max. & reliquis amicis de reditu dedisset, ab eo nullis cuiuscunque promissis aut precibus deduci potuit. Mirificè

Exitus eius accusationis.

Galli Longolium retinere conantur.

vt regem puerum optimis artibus instituendum susciperet.

A Ludouico Gallorum Rege.

A *Ludouico* Francorum rege multis honoribus affectus, de quibus ille in iudicio cum pro se diceret, aduersarijs maximè conditionis obscuritatem obijcientibus, commemorare est coactus. Quo tempore regis decretum recitari fecit, *à quo ille non vnius aut alterius* (vt eius verbis vtamur) *suæ ditionis vrbium, sed vniuersi regni turribus vno edicto est donatus*. Sub quod etiam aliud decretum consilij illius centumuiralis, quod Lutetiæ Parisiorum cogitur, intulit: In quo illi iurati summo eum consensu in collegium suum cooptarant, habiturum in perpetuum ius vitæ & necis, ac summam fortunarum omnium potestatem, non in plebem modò, sed in omnes regni proceres. Vicesimo verò octauo ætatis anno ciuitas ei Romana vltrò est oblata, virtutisque & literarum ergo ciuis factus. Quæ res quanquã initio multarum illi turbarum causa fuit, multis clam inuidentibus, nonnullis verò nobilissimis viris palam eum oppugnantibus, & virtutibus eius obtrectantibus, inter quos magno periculo est versatus, postea tamen optimè cessit, nomenque eius & gloriam magnopere auxit. Nam cum statim post ciuitatem datam in Gallias redire studeret; vt amicos & propinquos, à quibus multos annos abfuerat, viseret; crebræ aduersariorum eius voces exceptæ essent, palam dicentium, se nomen eius delaturos, ea res fecit, vt paulò diutius consilium profectionis differret; ne si tali tempore vrbem relinqueret, non amicos salutandi causa discessisse, sed timore & minis inimicorum perterritus, ab vrbe aufugisse videri posset Sed cum diutius mansisset, quàm eius rationes paterentur, expectans quorsum obtrectatorum inuidia procederet, cum illi interim nihil contra eum nisi conuitijs agerent, existimans vlterius eorum indignitatem non progressuram, iter Galliam versus iam diu deliberatum, est persecutus, relictis tamen apud amicos defensionibus suis scriptis, vt contra omnes conatus aduersariorum, si absentia eius aliquam illis occasionem accusandi daret, præstò haberent, quod opponerent, iam tum ex eorum conuitijs animo prospiciens, quæ maximè obiecturi essent, quibus ille omnibus medicinam fecerat. Cuius sui consilij prudenter excogitati magnum postea fructum & voluptatem cæpit.

Consilium Centumuirale Parisijs.

Ciuitatis Romanæ ius Longolio indultum.

Vix enim *Venetias* in eo itinere peruenit, cum ad eum literæ amicorum sunt allatæ, nunciantes grauissimam accusationem, qua statim post discessum eius aduersarij sunt vsi, & quo pacto consilium de relinquendis defensionibus processisset. Accusauit eum nobilis ac disertus adolescens Romanus, in quo magnam dignitatis suæ spem maiores natu Romani collocarant, ad id inductus inimicorum Longolij multis & assi-

Longolius Romæ accusatus.

duis

ætatis magnam partem temporis sibi vendicat, nullum omnino tempus daret. Cibi & potus erat parcissimus, mero nunquam, dilutissimo semper vtebatur, maxime vero frigidæ potu delectabatur, quo etiam sæpius vsus fuisset, nisi medici, quod maxime inimicum stomacho dicerent, deterruissent. Somno parum indulgebat; cum plurimum, non amplius sex horas dormiebat. Reliqua genera voluptatum summus ille ardor in studia literarum ita restinxit: vt nulla prorsus in eo aliarum rerum cupiditas appareret: neq; vero ita prorsus studijs deditus erat, vt reliqua omnia, quæcunque in Republica Christiana agerentur, tanquam ad eum nihil pertinerent, negligeret. Sed cum studijs plurimum tribueret temporis, tum vero quando salutis ratio, vel quæuis alia necessitas, eum à studio auocaret, libentissimè & diligentissime de ijs, quæ foris agerentur, inquirebat. *Victus eiusdem.*

Quo factum est, vt simul & doctissimus & prudentissimus haberetur, vt neque hæc curiositas rerum externarum cognoscendi, quicquam de legitimo studiorum tempore detraheret, nec illa languidiorem ad cætera redderent, aut quicquam de prudentia rerum diminuerent; sed contra alterum ab altero adiutum, hanc pulcherrimam in eo prudentiæ & sapientiæ coniunctionem effecere. Corporis eatenus rationem habuit, quatenus studijs sufficere posset, quotidieq; ante cibũ parua pila se exercebat. Quanquam per se laboris apta membrorum compositione patientissimum corpus habuit, & quod multis magnisque laboribus ad omnem patientiam ineunte ætate firmauerat; quippe qui adolescens laborem etiam militarem fuerat perpessus, milesque Neapolitano bello cum *Ludouico* Gallorum rege in Italiam venisset, etsi à robore militari multum abesset, corpusque decorum magis habere, quàm robustum videretur. *Corporis exercitia.* *Longolius militauit.*

His verò rationibus ita corpus & animum curauit, vt alterum semper sanum, alterum quam doctissimum, varijsque & multis artibus repletum haberet. Quantum vero doctrina & eloquentia inter illius seculi scriptores præstiterit, ij demum intelligent, qui pauca ea, quæ suo iudicio probata, scripta reliquit, cum aliorum in illo genere scriptis conferent, aut is denique, qui in simili scribendi argumento sui periculum fecerit. Neque vero istis artibus atque virtutibus præmia omnino indigna suis temporibus tulit, multaque præclara de eo iudicia principes viri fecere. *Longolius quo in honore habitus.*

A rege Hispaniæ *Philippo* duodeuiginti annos natus, sanctioribus illis reconditarum rerum notis, quibus hodie vnis omnia prope regnorum arcana committuntur, præfectus. *A principibus Pannoniæ* magno proposito præmio accersitus; *A rege Hispaniæ.* *A Pannoniæ principibus.*

lere se apud eum testatus est, quòd cum à natura & literis ad oratorias artes instructissimus esset, voluntate etiam in eas maxime propensus, negligeret tamen eam partem emendate & Latine loquendi, quam M. Cicero eloquentiæ Romanæ parens, solum & quasi fundamentum oratoris esse iudicauit: vnde etiam eloquentia ipsa nomen sumpsisset. Magnopere igitur est cohortatus, vt totam suam dictionem ad præstantem illam Ciceronis formam reuocaret, eumque solum ex oratoribus sibi imitandum proponeret. Cuius consilio & autoritati tantum tribuit, vt *quinque annos* continuos, ab ea cohortatione nullum alium authorem Latinum in manibus haberet, nullum legeret, præter vnum Ciceronem: in quo tantum studio industriaque profecit, vt post breue tempus, cum sibi eam legem indixisset, ne alijs atque à Cicerone sumptis verbis vteretur, ad omnia fere quæcunque animo concepisset exprimenda, abunde ex illo vno verba electa suppeterent. Cumque se totum ad summi illius oratoris imitationem dedisset, sicque toto animo contendisset: vt nihil vnquam magis, quàm perfectam illius scribendi formam animo inclusam haberet, etiam in omnibus, quæ scripsit, vt eodem modo dicere posset, magnopere laborauit. In hanc vero formam scriptæ sunt ab eo *orationes duæ*, quibus eorum accusationi respondet, qui eum Romæ perduellionis reum egere, *vna præterea ad Luterianos oratio*, & aliquot *epistolæ ad amicos*. Reliqua omnia, quæ scripsit, ipse abolenda censuit, idque vt ita fieret, amicis moriens mandauit. Causam vero totam Lutherianam, cuius oppugnationem iussu Leonis X. Pontificis, à quo etiam commentarij totius causæ missi ad eum fuere, susceperat, quinque orationibus complecti statuerat, breuique perfecisset (excogitatis iam secum, quæcunque tali in causa dicenda forent) nisi prima statim absoluta, immatura mors consilium eius præueniisset. Theologiam & eos scriptores, qui de diuinis rebus tractant, omni ætate coluit, idque putauit hominis esse Christiani, non in senectutem, vt maxima pars hominum facit, hoc studium differre: sed quotidie addiscendo in eo quanquam lentius id fieret, aliquid tamen procedere. Hoc autem modo ipse & Græcos & Latinos plurimos, quos maxime in rerum diuinarum explicatione excellere putauit, diligenter euoluit. In his vero literis, & in alijs artibus, tot perlegit, tam multa, tanto iudicio, in tam paucis annis, ea etiam ætate, qua alijs vix maturum iudicium adesse solet, tot interim laboribus & peregrinationibus exercitus, vt ijs, qui eum & mores eius non nouere, pene incredibile videatur. Sed adiuuabat præter cætera, quæ modo sunt commemorata, temperantia summa in victu, & in omni vita: vt voluptatibus, quæ apud cæteros eius præsertim

Cicero ex oratoribus solus imitandus.

Scripta Longolii posteriora.

Longolii orationes in Lutherianos.

Theologiæ studium.

Longolii mirandus.

ætatis

apud Heluetios dignitate & gratia maxime valuit, eò veniſſet, cuius opem cum Longolius per literas ſupplex imploraſſet, ipſe caſum viri valde miſeratus, ſtatim cuſtodia liberauit, adhibitisque medicis, tam diu apud ſe retinuit, dum a vulnere prorſus ſanatus eſſet, tum equo donatum, & viatico liberaliſſimè inſtructum, in patriam remiſit. Nec verò ille antea diſcedere voluit, quàm id cuius cauſa venerat perfeciſſet, regionemque totam luſtraſſet, atque tabellis deſcriptam ſecum domum reportaſſet, cuius rei perficiendæ maiorem tum facultatem habuit, quam ei Sedunenſis autoritas dabat. Itaque cum in omnibus, quæ videre cuperet, abunde ſatisfactum eſſet, illinc in patriam deceſſit. Sed vt eò, de quo inceperam, reuertar, hoc ſæpe prædicauit; ſe quicquid rerum naturæ cognitione profeciſſet, id C. Plinij lectioni acceptum referre, qui in omnibus illi occaſionem plura quærendi & inueſtigandi ſemper dederat. Oratorijs artibus à puero ſemper deditus fuit, earum verò ſummam cognitionem, non artis ſolum præceptis, ſed multa exercitatione firmauerat, declamandique conſuetudinem multis iam ſæculis interniſſam & prope mortuam, quâ nihil vnquam vtilius ijs, qui oratores euadere cupiunt, inuentum fuit, in ſeipſo primum, poſt alijs renouauit, cùm argumento propoſito, ſæpe in ſcholis declamando, alios ſuo exemplo, vt idem facerent, commouit. Genus dicendi ineunte ætate ſecutus eſt, quod poſtea vir factus, valde improbauit. Nam cum adoleſcens per omnia ſcriptorum genera vagaretur, neque quenquam vnum ſibi imitandum proponeret, ſed, vt ipſe de ſe dicere ſolebat, *tantum in vno quoque notaret, quantum acutè aut ſententioſe dictum eſſet*, eò factum eſt, vt prudenter ſemper ferè diceret, quod fuit etiam naturæ: oratio verò eius, quæ ex verbis vndique accerſitis conſtaret, nullam neque elegantiam, neque venuſtatem præ ſe ferret, formamque dicendi inconditam & minime æquabilem redderet. In hoc tamen genere multa ſcripſit: *Orationem de laudibus C. Plinii*, alteram *de laudibus Galliarum*. *Comparationem iuris ciuilis cum re militari*, in qua iuris laudes extollit. *Commentarios quoſdam in ius ciuile*: *Hiſtoriam herbarum*: *Commentarios in XI. libros Plinii*, ab eo admodum adoleſcente, quo primum tempore Plinium in manus ſumpſerat, conſcriptos, poſtremum verò omnium, cum iam etiam maiorem elocutionis rationem habere inciperet: *quinque orationes de laudibus vrbis Romæ* fecit. Quòd verò genus ſcribendi mutauerit, id *Petri Bembi* conſilio, qui eo tempore hac laude eleganter & Latine ſcribendi multum Italis omnibus præſtitit, acceptum referre ſolitus eſt. Ille enim cum Longolio amiciſſimus eſſet, multaque eius prudenter quidem ſcripta, ſed inquinatis & corruptis verbis referta videret; do-

Antiſtes Sedunenſis Longolium e custodia liberat.

Longolius oratoriæ deditus.

Conſuetudo declamandi.

Genus dicendi Longolii, quod ipſe mutauit, ſuaſu Bembi.

Scripta Longolii primæ ætatis.

Petrus Bembus.

Memor verò vbique, cùm illos legeret, instituti sui, & cuius causa initio tot sibi scriptores euoluendos sumsisset; nihil in his omisit, quod ad pleniorem C. Plinij intelligentiam aliquo modo faceret, quin illud diligenter notatum, quo loco, & in quo autore legisset, in Plinij libro scriptum relinqueret; vt ante omnia subsidia in hac re, quæcunque ex lectione comparari poterant, tentaret; eandem rationem in recentiorum scriptis legendis seruauit. Quando verò de stirpium natura multa *Plinius* tradetet, nonnulla etiam de piscibus scriberet, rebus à cognitione huius seculi ita remotis, vt ne nomina quidem intelligantur: non contentus eorum authoritate, qui aliquid de his scripsere, voluit ipse verba rebus accommodare; hisque diligenter inspectis videre, quo pacto res ipsæ cum antiquorum scriptis conuenirent. Itaque ea causa illi in *Narbonensem* prouinciam iterum proficiscendi fuit: cùm adolescens antea ibi ius ciuile didicerat; quam quidem stirpium fertilissimam, piscium etiam abundantissimam, propter illius maris vicinitatem existimauit. In qua quidem peregrinatione librum etiam, quem *herbarum historiam* appellauit, scripsit. Eam verò partem, in qua *Plinius* terrarum orbis descriptionem complexus est, diligentissime est persecutus; atq; in hoc etiam oculorum iudicio vti voluit; amnesque & antiqua oppida à *Plinio* descripta, quorum aliqua vestigia manerent, ipse adire. Itaque cùm adolescens *Hispaniam* totam peragrasset; adulta iam ætate, *Britanniam*, *Germaniam*, *Galliam*, *Italiam* emensus est, statueratque in Orientem proficisci, nisi Turcorum arma, quibus omnia Christianis hominibus clausa essent, eum ab hoc consilio deterruissent. Quanquam etiam apud homines nostros peregrinando in magna pericula sæpe incidit. Apud *Heluetios* autem, dum eorum regionem viseret, nihil propius fuit, quàm vt interficeretur. Quid verò illi acciderit, & quomodo periculum euitauerit, non erit alienum commemorare, quo magis & industria eius cognoscatur, & animus, qui nullo periculo à rerum dignarum inuestigatione deterreri potuit. Profectus eò cum duobus familiaribus Gallis, eo sanè tempore, quo accepta clade apud *Mediolanum* Heluetij à Gallis maximè dissenserunt. Ex comitibus ergo, cùm in suspicionem veniisset, speculandi causa accessisse, pars quædam cohortis Heluetiorum eos aggressa est. Ibi cum aliquando repugnassent, neque pares esse potuissent, vnus eorum fuga Rhodanum tranatando, vitam sibi seruauit, alter in pugna cæsus, ipse graui vulnere altero brachio accepto, captus & in carcerem abductus est, vbi triginta ferè dies, cum neque medici, neque remedij vllius facultas daretur, vulneris dolore magis magisque ingraueſcente, in summo mœrore iacuit, donec casu *Antistes Sedunensis*, qui apud

In Narbonensem prouinciam proficiscitur, & cur.

Herbarum historia Longolii.

Longolius Geographiæ amans.

Peregrinatio periculosa.

vt cum postea ab amicis Lutetiam Parisiorum, vt ius sibi exerceret, esset reuocatus, tum agendo, tum respondendo, tantam laudem sit adeptus: vt vixdum biennium in Iurisconsultorum subsellijs versatus in Centumuirale illud consilium, quod antea solis senibus, vel certe ætate prouectis patebat, admodum iuuenis adlegeretur. Quare amicorum voluntati iam satisfactum ratus, tempus adesse putauit, vt animo etiam suo, maiorum cupiditate flagranti, morem gereret. Itaque C. Plinium, cuius lectioni se totum dicaret, delegit: quem varietate & copia rerum cæteris Latinis scriptoribus præstare, ac velut in vnius operis compendio, quæcunque à Philosophis Græcis pluribus & libris & verbis tractata essent, mira breuitate collegisse existimauit. *Plinii lectione Longolius delectatus.*

Sed cum res ipsæ, quæ quamuis copiose tractatæ, per se ipsæ difficultatem afferunt, in angustum à Plinio concluſæ, vix spem aliquam sui intelligendi darent; vbi partim necessitate coactus, quod aliter ea, quæ ita concise tradebantur, intelligere non posset, nisi eadem fusius apud alios tractata videret: partim magnitudine & varietate rerum eum inuitante, vt ex vberrimis illis fontibus potius, ex quibus Plinius ipse hausisset, quàm ex illa feculenta aquula illarum cognitionem peteret: animum ad maiora erexit, vt eos etiam scriptores videret, à quibus illa Plinij emanasse putabantur. In hac vero sententia cum esset; omnes illi Agricolæ, omnes ferè Medici fuere perdiscendi, rerum Romanarum, & totius antiquitatis memoria diligenter tenenda; orbis denique ille disciplinarum, quam ἐγκυκλοπαιδείαν Græci vocant, euoluendus; cum nulla fere ars sit, cuius non expressa vestigia aliqua apud Plinium reperiantur.

Hæc vero perficere illi longe fuit difficillimum, præsertim Græcarum literarum adhuc ignaro & prorsus rudi. Verum nihil horum eum retardauit; vt erat animo semper reluctante difficultatibus, tamque incensus cupiditate; vt Philosophorum, & aliorum scriptorum mysteria cognosceret.

Principio itaque Græcis literis tanto studio, tantisque ingenij viribus incubuit; vt nondum se vertente anno, siue ad oratores se conuerteret, ignoratio linguæ nusquam eum ab eorum intelligentia excluderet; eodemque temporis interuallo Græce etiam ad *Guilielmum Budæum*, Gallorum doctissimum, epistolas sæpe mitteret. *Græca lingua studet.*

Pari ergo studio atque industria cum quinquennium in Græcis scriptoribus legendis perseuerasset: iam lingua ipsa maxime illi familiaris fuit, eademque opera, doctos illos scriptores assidue legendo, vberrimam maximarum rerum cognitionem ex illis hausit.

Memor

ptoris alicuius, aut prolixitate deterritum, quo minus totum perdiſceret: ſi modo talem putaret, ex quo fructum aliquem capere poſſet.

Annotata Longolii in Plinium.

Cum autem ea, quæ in antiquorum ſcriptis tradita eſſent, celerrime perciperet; tum vero quæ abdita fuere, nemo maiori facilitate eruit. Atque huic rei teſtimonio eſſe poſſunt multa ab eo pene puero in C. *Plinii* de naturali hiſtoria libro ſcriptoris non ita facilis & plurimis mendis deformati ingenioſe excogitata & notata, quæ poſtea ipſo imprudente & inuito in Gallia fuere edita.

Memoria Longolii.

Memoria vero tanta fuit, vt ad ea tollenda, quæ animo ſemel inſediſſent, diuturnitas temporis vix aliquid valeret. De pluribus & varijs rebus ſæpe interrogatus, de quibus à multis annis nihil legerat, non minus prompte de ſingulis ſolitus eſt reſpondere, ac ſi eo die ab eo perlecta fuiſſent. Cuius rei iis, qui familiariter cum eo vixerunt, quotidie periculum facere licuit. Hoc que in eo magis mirum fuit, quòd cum plurima legiſſet, omnia autem quæ Græcè aut Latinè ſcripta eſſent, ſibi legenda præponeret, nunquam fere ad metam ſemper properanti, ad eundem ſcriptorem reuertere licuit. Si quando de ijs rebus ſermo incideret, quæ à diuerſis & varijs ſcriptoribus tractatæ eſſent, cum res ipſæ eſſent eædem: ita tamen oratione ſolebat diſtinguere, ſua verba ſingulis ſcriptoribus, à quibus ea acceperat, referendo: vt non memoriter ea dixiſſe, in quo ſæpe offendi ſolet, ſed de ſcripto pronunciaſſe, videretur. Quæ

Diligentia Longolii.

ſæpe dum faceret, ita auditorum admirationem incendit, vt cum artificio quodam, non naturali memoriæ bono, vti exiſtimarent. Ad hęc tanta naturæ bona doctrinæque ſumma adiumenta, eam induſtriam adhibuit, vt quicquid in literis profecerit, huic pene ſoli gratia habenda videretur.

Longolius Philoſophiæ deditus.

Ineunte ætate cum earum rerum cognoſcendarum magno ſtudio teneretur, quæ à Philoſophis tractantur, amicique eum honoratum magis, quàm doctum videre cupiebant, verentes ne talium rerum ſtudium; cum longius ab honorum petitione abduceret, magnopere illi autores fuere, ne aliud ſibi eo tempore, præter iuris ciuile diſcendum proponeret. Ex eius enim artis ſtudio affirmabant fore, vt celeriter ad honores, & ad ſummam gloriam perueniret. Quorum precibus & hortationibus cum ſibi omnino parendum eſſe duxiſſet: ſex annos in eo ſtudio ita conſumſit, vt nullis interim alijs literis, præterquam oratorijs, quæ maxime etiam artem illam vel ornare, vel adiuuare exiſtimantur, operam daret. Vſus eſt præceptore *Philippo Decio* celebri iuris interprete, qui tum *Valentiæ* in Narbonenſi prouincia maximo auditorum concurſu, qui vndique ad eum confluebant, ius docuit. Eo vero tempore ita profecit,

Longolius ad ius ciuile ſe confert.

Præceptor Longolii Decius.

vt cum

fuit, & nihil liuoris & obtrectationum. Quare à doctissimis viris vbique diligebatur. Ab *Hermolao Barbaro Veneto* nomen *Capnionis* factum esse dicebat ex Germanico, apud quem assiduè fuit toto legationis tempore ad coronationem *Maximiliani*. *Picus Mirandulanus* quia Hebræam linguam norat, multa ab eo scisscitatus est de reliquijs veteris doctrinæ, quam *Cabalam* nominant. Ac singularis felicitas fuit eius temporis, eruditorum inter ipsos coniunctio & candor. Nunc successit alia ferrea ætas, in qua vt Cadmæi fratres inter se dimicant hi, quos propter studiorum similitudinem, & fœdus religionis coniunctissimos esse oportebat. *Declamat. Philippi tomo 3 Est & inter colloquia Erasmi Capnionis apotheosis, lectu non indigna: qua docetur, quantum honoris debeatur egregijs viris; qui suis vigiliis benè meriti sunt de liberalibus studijs.*

CHRISTOPHORVS LONGOLIVS.

O. 1522. d. 7. Septembr. æt. 34.

CHristophorus Longolius *Maclinia*, nobili Germaniæ inferioris oppido, honesto splendidoque inter suos loco natus fuit. Quoniam verò eo viuo non defuere, qui eum Parisiensem dicerent; libri etiam ab eo scripti hoc titulo circumferrentur: non abs re erit, quæ ipse in altera defensionum suarum, errorem hunc librariorum refellens, de patria sua dicit, hoc loco commemorare, vt deinceps qui de hac re dubitant, ipsi potius Longolio de se, quàm alijs credant. Eius verba hæc sunt: *Ego P.C. Maclinia natus sum, Maclinia educatus, Germanicâ lingua & Cæsarum ditionis oppido, cum aliis laudibus multis illustri, tum verò Philippi & Caroli Hispaniæ regum incunabulis percelebri*: hæc ille.

Patria Longolii.

Gallus an Germanus fuerit.

Maclinia laus.

Puer admodum cùm vix annos nouem natus esset, parentum studio & diligentia, Lutetiam Parisiorum, vt ibi literas disceret, est missus. Neque enim vel id ætatis propter summam ingenij docilitatem immaturum censebant, qui in celeberrimo illo literarum domicilio politioribus disciplinis animum excoleret. Celeriter verò omnibus artibus, quibus puerilis ætas imbui solet, ita profecit: vt æquales suos omnes doctrinæ laude longè præstaret: Ex his autem generosissimum quemque imitandi cupiditate incenderet. Ingenio acri & vehementi præditus fuit; in quamcunque partem se dedisset; atque omnium disciplinarum (quod postea res ipsa declarauit) capaci. Quemcunque scriptorem sibi legendum proposuisset: eum nunquam ferè de manibus, nisi diligenter perlectum, dimisit. Neque vnquam in eo animaduersum est, aut obscuritate scriptoris

Educatio.

Ingenium Longolii.

vociferantur in concionibus, contra *Capnionem*, *Erasmum*, & *Huttenum*; edunt picturas, futilibus argumentis propugnant suas superstitiones, quæ sunt aucupia impij quæstus, denique malam causam stultissimè agendo deteriorem faciunt, & irritant contra se multò plures.

Tezelii monachi impostura.

Cùm ita accensa essent hominum studia, *Tezelius* aliud incendium maius excitat; irritat *Lutherum*, vt impostura indulgentiarum refutet. Hic explicata doctrina de pœnitentia, & taxatis superstitionibus, magis etiam labefactata est monachorum autoritas. Et Romæ occupatis iam animis nouâ curâ, prorsus conticuit causa Capnionis, vt sæpe fit, iuxta dictum; Λύη δὲ συμφορῇ τὸν συμφορέα. Ita periculo tandem liberatus est *Capnio*. In vltima senecta, propter bella Sueuica inuitatus à Duce Bauariæ *Guilelmo* in Academia Ingolstadiensi Græcam & Hebræam linguam docuit; postea & Tubingam accersitus est: sed iam egressus septuagesimum annum morbo Icterico laborare cepit, & paulatim languefactus Stutgardiæ in sua domo anno 1521. ex hac vita discessit.

Docet Ingolstadii Capnio.

Moritur.

Testamentũ Capnionis.

In testamento cum alia piè mandauit, tum verò libros Hebræos & Græcos donauit Collegio Phorcensi: ita vt ibi in templo publicè seruentur, & ab omnibus inspici possint. Quamquam autem nunc quidem, postquam Officinæ Typographicæ Bibliothecas vbique locupletarunt; minor est admiratio eius thesauri; tamen & voluntas Capnionis laudanda est, quòd non voluit dissipari libros ab hæredibus, sed in loco certo custodiri; vbi ad posteros etiam plurimis vsui esse possent. Sunt autem ibi & scripta nondum edita in officinis Typographicis, videlicet *Marci Antonini Imperatoris liber*, cuius & vetustas mentionem fecit, *orationes Maximi Tirii*, & alia quædam, inter quæ præcipua est *historia Synodi Ephesinæ* digna luce. Ostendit enim quis indixerit, quis præfuerit, & quo ordine, & qui viri sententias dixerint. Et recitantur multorum integræ orationes, in quibus vt ab illa erudita antiquitate, & vbi tot lumina Ecclesiæ suam confessionem ediderunt, diligenter exponitur, qualis sit copulatio diuinæ & humanæ naturæ in filio Dei nato ex virgine.

Libri in Bibliotheca Capnionis nondum editi.

Magnus etiam aceruus est ibi librorum veterum, qui lingua Hebræa scripti sunt; sed ingens thesaurus est vnus *codex librorum Mosis & Prophetarum*, pulcherrimè & emendatissimè scriptus, de quo antea.

Gratitudo igitur *Capnioni* debetur, quòd hos libros in loco publico posteritati custodiri voluit.

Capnionis mores.

Seruiuit Reipubl. in curia & iudicijs, propagauit linguam Hebræam Ecclesiæ necessariam, vixit modestè & erga inopes ac præcipuè scholasticos, beneficus fuit. Candor in eo eximius

fuit,

Hos fuisse fontes negotij certum est. Petunt igitur monachi edictum ab Imperatore, & religionem prætexunt. Editur edictum, & Francofordiæ libri in curiam gestantur. Interea, vt multi sunt Iudæi, non ignari communis vitæ, in aula Imperatoria suos etiam patronos adeunt; qui rem eò adducunt, vt Imperator scisciteretur iudicia eruditorum in lingua Hebræa. Iubet igitur scribere *Capnionem* quid sentiat. Hic in illo suo hortulo Stutgardiæ latitans, ne suspicari quidem potuit, quomodo hæc res instructa esset. Et tamen metuens linguæ, nolebat libros Grammaticos & medicos interire. Scribit igitur sententiam longe mitiorem. Discernit libros: Scripta nominatim contra CHRISTVM iubet abolere, eáque suis titulis nominat: Grammaticos verò & aliarum honestarum artium libros iubet conseruare, ne lingua necessaria Ecclesiæ penitus deleatur. Censet eruditos in lingua adhibendos esse. Hæc sententia æquior cum Imperatori magis placuisset; libri in curiam Francofordianam translati, Iudæis restituuntur, & elusa fraude discedit inquisitor, vt coruus hians. *Tunc autem monacho furijs exarserat atro felle dolor.*

Edictum Cæsaris contra libros Iudæorum.

Capnionis de libris Iudæorum sententia.

Lecto igitur *Capnionis* scripto, calumniose excerpit dicta, & arte deprauat, & atroci criminatione accusat *Capnionem* hæreseos.

Capnio hæreseos accusatur.

Moguntiæ corrogatis aliquot suæ factionis hominibus, comburit librum *Capnionis*. Hæc belli illius initia fuerunt. Postea *Capnio* luculentam orationem Latinam ad Imperatorem edidit. Et prouocatione ad iudicia legitima & ad Pontificem se defendit.

Pontifex Episcopo Spirensi mandauit, vt controuersiam cognosceret. Hic delegit iudices, viros sapientes & eruditos; *Sualbachium Truchses*, & Theologos *Capitonem*, & *Iodocum Gallum*, hospitem Erasmi.

Iudices in causa Capnionis.

Hi cùm pronunciassent pro *Capnione*; monachi rursus ad Pontificem prouocant. *Capnio* Romæ multo præstantiores habuit patronos, quàm in Germania. Iudicio præerat Cardinalis *Grimanus* Venetus, excellenter doctus in Latina, Græca & Hebræa lingua. Et hic adhibuit *Petrum Galatinum*, cuius extant scripta. Multum etiam apud hunc Cardinalem, & apud alios valebat autoritate, senex eruditus, & suauis, natus in oppido Mysorum Friberga *Iacobus Questemberg*, qui summa fide tuebatur *Capnionem*. Commendauit & *Erasmus* hanc causam Leoni, & præcipuis Cardinalibus. Interea lectis in Germania scriptis *Capnionis*, multi calumniarum odio à monachis fiunt alieniores: Et quasi classicum canebat suo sodalitio *Huttenus*. Hic monachi etiam magis furere ceperunt;

vocife-

Ecclesia, & de tota posteritate. Nam & inuitauit multos ad discendam linguam Hebræam, & ad cognoscendos fontes doctrinæ propheticæ, & eorum studia adiuuit. Quod enim postea multi locupletiora scripta ediderunt, gaudeo, & gratiam eis deberi fateor. Sed existimo hos ipsos & alios multos fateri: semina huius doctrinæ, vel se, vel suos Magistros à Capnione accepisse.

Certamen de libris Iudæorum.

Vltimum *Capnionis* certamen fuit de libris Iudæorum, in quo à Sycophantis monachis oppressus esset, nisi Deus eum texisset, & fatali quadam conuersione rerum tyrannis aduersariorum labefactata esset. Cumque palam esset iniuste *Capnionem* oppugnari à monachis, & multi homines literati in Germania, & in Italia priuatis studijs, sententijs, & scriptis eum defenderent; non leue odium aduersus monachos accensum est; quod postea etiam nonnihil momenti attulit, vt auidius exciperentur scripta contra superstitiones, quæ nerui fuerunt regni monastici. Multa sunt autem insignia exempla in hac historia. Inprimis in Ecclesia hoc crebro accidit; vt iusti & bene meriti, calumnijs circumuenti opprimantur, vt filius Dei, Prophetæ, Apostoli, Stephanus, & alij multi interfecti sunt. Nec desunt similia exempla in ciuili gubernatione, vt Palamedis, Socratis, Phocionis interitus. Et tamen veritas postea emergit, vt dicitur: ἄγει δὲ ἐς φῶς τὸν ἀλήθειαν χρόνος. Sæpe autem Sycophantæ quasi venti, magnas in Republica tempestates excitant, quæ postea mutationes & distractiones infinitas efficiunt.

Iusti sæpe calumniis oppressi.

Itaque cum iniuste oppugnarent Capnionem monachi, vt Socratem Anytus & Melitus; texerunt eum tamen propter eruditionem multi boni & docti viri, quorum autoritas impediuit monachorum furores apud Imperatorem & Pontificem. Vt autem ab ouo sciatur, quæ fuerit controuersia; repetendæ sunt occasiones eius rixæ.

Origo certaminis inter Capnionem & monachos.

Fuit in vrbe *Colonia Agrippina* impostor quidam Iudæus, qui simulabat se amplecti religionem Christianam, & familiaris erat monacho inquisitori, vt nominant, *Hochstrato*, & eius amicis. His ostendit, magnam pecuniam honesta specie & sine magno negotio Iudæis eripi posse, si edictum Imperator proponat; vt Iudæi omnes libros adferant in curiam, in suo quisque oppido, vt ab inquisitoribus cæteri libri, præter Biblia, tanquam pernicioſi Christianæ religioni comburantur. Nec id seriò impostor ille agi volebat; sed Iudæos sciebat statim magna pecunia libros redemturos esse. Eò igitur rem deduci volebat; vt Iudæi pecuniam offerrent. Hanc prædam captabat, diuidendam inter inquisitores & socios huius consilij.

Hos

Pontificis autoritate comprobari id cõiugium vellent; *Capnio* legatus Romam missus est, vbi cum diutius anno commoraretur, & otium ac pecuniam haberet, *Abdiam* illum Iudæum studiose audiuit, deditque *διδακτρα pro singulis horis, singulos aureos*. Ibi tantum didicit, vt postea linguam hanc recte propagare posset.

Didactrum pro institutione in Hebraicis à Capnione Iudæo datum.

Tunc etiam Romæ audiuit *Argyropylum*, publice enarrantem Thucydidem, de quo sui congressus exordia hoc modo narrauit ipse. Cum in auditorium venisset ante lectionem more legati cum comitatu mediocri, & assiderent ibi multi homines nobiles, senes, Cardinales etiam aliqui; salutat *Argyropylum* reuerenter: deplorat exilium Græcorum, & narrat se cupidum esse doctrinæ ipsius. *Argyropylus* interrogat, cuias sit, & an Græcam linguam intelligat? hic narrat se Germanum esse, & non omnino rudem Græcæ linguæ. Iubet igitur *Argyropylus* eum legere partem Thucydideæ concionis, & reddere sententiam. Legit clara voce *Capnio*, & addit interpretationem. Cumque & sonus pronunciationis non esset agrestis, & sententia recte & bonis verbis reddita; animaduertit *Argyropylus*, non prorsus tyronem esse in Græca lingua, & gemens exclamat; *Græcia nostro exilio transuolauit Alpes.* Ita diuinauit senex Græcæ linguæ cognitionem, quæ tunc late spargi cœpit, lucem alllaturam esse omnibus artibus, etiam in his gentibus horridioribus. Oratio Capnionis de Palatini & nobilissimæ familiæ Ducum Bauariæ reuerentia erga Ecclesiam, recitata coram Pontifice, extat ab Aldo edita. Cum Roma in Germaniam redijsset, iam rursus tranquilla erat Wirtebergensis aula. Nam edicto Imperatoris coactus ille successor *Eberardi* reliquerat gubernationem, & Monachus procul fugerat in alias terras: & iam gubernatio Duci *Vlrico* adolescenti sententia Imperatoris tradita erat. Sed adiuncti erant ei viri excellentes sapientia & virtute *Gregorius Lamparter* duo *Naucleri*, & alij quidam. Hi reuocãt Capnionem in patriam. Etsi autem *Palatinus* eum non libenter dimisit; tamen cùm diceret, se ad coniugem & otium domesticum linguæ Hebrææ propagandæ causa redire, & ab aulis velle abesse, non repugnauit honestissimæ ipsius voluntati.

Capnionis cũ Argyropylo colloquium.

Nota.

Oratio Capnionis corã Pontifice.

Reuocatur in aulam VVirtebergicam Capnio.

Reuersus in patriam, cùm post bellum Bauaricum iudicium Sueuici fœderis ita constitueretur, vt Tubingæ quater conuenirent quotannis iudices, & Doctores in eo numero essent; ipse quoque delectus est, eoque vno munere contentus in studia se abdidit. Scripsit primus omnium Latinè magna perspicuitate *Grammaticam Hebræam* & ὀνομαστικόν; addidit postea & psalmorum aliquot Grammaticas enarrationes, vt multis exemplis regulæ illustrarentur. His operibus benè meritus est de

Edit Grammaticam Hebræam.

Wirtebergensis mutationes, quæ hunc etiam non leuiter adflixerunt, & multarum rerum exempla continent. *Eberhardus* primus dux Wirtenbergensis testamentum condiderat, vt ipso * extincto, succederet adolescens *Vlricus*, cui tamen certos tutores & gubernatores addidit. Contra id testamentum successit alius, cuius naturam non probauerat sapiens & bonus princeps *Eberhardus*. Nec fefellit *Eberhardum* sua de illo diuinatio. Successor potitus ditione, Monachum Augustinianum habuit ministrum omnium cupiditatum. Hic quia intelligebat agi apud Maximilianum Imperatorem, vt successor ille remoueretur à gubernatione, infestus erat omnibus, per quos ea res agebatur, ac præcipuè *Capnioni*, quem cum decreuisset in carcerem abducere, monitus Capnio, fugit in aulam Palatinam, vbi tunc erant viri ipsi amicissimi, *Dalburgius* episcopus Vangionum, *Plinius* Cancellarius, *Rudolphus Agricola* & alii.

Testamentũ Eberhardi primi ducis Wirtebergensis.

** Mortuus est anno 1496. cum primus Dux Wirtebergicus anno superiore creatus esset in primis comitiis Maximiliani 1. wormatiæ.*

Monachus Augustinianus infestus Capnioni.

Videmus hic & principum dissimilitudines, & bonorum virorum pericula, qui non rarò illud gementes repetunt:

ὡς ἀργαλέον πραγμ' ἐστιν, ὦ Ζεῦ καὶ θεοὶ,
δοῦλον γενεσθαι παραφρονοῦντος δεσπότου!

Exulabat igitur Capnio; sed in aula Palatinâ tunc quidem florente; cum & principis *Philippi* virtus egregia esset, & multi viri docti simul in eâ versarentur, quorum singuli magnas Academias ornare poterant. Talium amicorum consuetudo exilium ei liniebat. Ibi & *Philippo* Palatino epitomen historiarum composuit, recitatâ serie Monarchiarum ex *Herodoto & Xenophonte*, & ex aliis bonis scriptoribus, qui postea res Macedonicas, & Romanas descripserunt. Ibi Comœdiam scripsit, *capitis caput* plenam nigri salis & acerbitatis aduersus Monachum, qui eius vitæ insidiatus erat. Ibi & alteram Comœdiam edidit *fabulam Gallicam*, plenam candidi salis; in qua forensia sophismata præcipuè taxat. Hanc narrabat hac occasione scriptam & actam esse. Cum alteram de Monacho scripsisset, fama sparsa est de agenda Comœdia, quod illo tempore inusitatum erat. Dalburgius lecta illius Monachi insectatione, dissuasit editionem, & actionem, quod eodem tempore & apud *Philippum* Palatinum Franciscanus erat *Castellus*, propter potentiam & malas artes inuisus nobilibus & sapientibus viris in aula. Intellexit periculũ *Capnio* & hanc Comœdiã occultauit. Interea tamẽ, quia flagitabatur actio, alteram dulcem fabellam edit, & repræsentari ab ingeniosis adolescentibus, quorum ibi extant nomina, curat. Secutæ sunt deinde in aula Palatini deliberationes de cõiugio *Ruperti* & * filiæ Ducis Bauariæ *Georgii*. Cumque Romani ponti-

Capnio exulat in aula Palatina.

Epitome historiarum à Capnione confecta.

Comœdia ab eodem scripta.

** Elisabetha: quæ obiit 1504.*

tunc, cum nondũ meliores libri in hoc genere haberentur, & expetitus eſt & ſtudiis profuit. Quia vero doctrinam iuris inchoarat, cuius ſtudia in Gallia maiora eſſe ſciebat, Aureliam profectus eſt, vbi etſi præcipuus labor erat diſcere iuris doctrinã, tamen hortator fuit iuuentuti nobili, vt linguam Latinam rectè diſcerent, ac enarrauit Ciceronis epiſtolas, interdum & Græcè docuit. Ibi cum frequens eum nobilitas audiret, quæ δείδαξις liberaliter dabat, ſumtus habuit ſuorum ſtudiorum copioſos.

Aureliam proficiſcitur iuris diſcendi cauſa.

Ornatus autem gradu in Pictauis, rediit in Germaniam, ac vt Tubingã proficiſceretur, inuitabant eum & vicinitas patriæ & recentis Academiæ, & aulæ celebritas. Nam & in Academia & in aula eruditorum & bonorum virorum magna frequentia erat, quorum aliqui in Gallijs familiares Capnioni fuerant. Ac vt in aulã citius vocaretur, occaſio hæc fuit. Princeps optimus *Eberhardus* eo tempore Romam proficiſci decreuerat, quo cũ ſenes *Naucleru̇m*, *Petrum Arlunenſem* & *Gabrielem* duceret, hi monuerunt, vt adiungeretur ipſis Capnio, qui & exteras nationes antea vidiſſet, & vſum haberet Latinè dicendi & ſcribendi, & ſonum pronunciationis minus horridum. Hæc initia fuerunt Capnioni militiæ aulicæ. Fuit enim principi admodũ grata ipſius induſtria Romæ, quia animaduertit libentius audiri Capnionis orationem à ſummis viris, quàm aliorum, qui retinebant patrium ſonum.

Doctor iuris renunciatus Tubingam vocatur.

Occaſio qua in aulam Wintebergicam venit.

Non multò poſt reditum legatus miſſus eſt ad *Fridericum* Imperatorem, vbi inter Medicos Imperatoris erat Iudæus *Iehiel Loans*, quem cùm in illis aulicis congreſſibus, ſemel atque iterum Capnio aliquid de lingua Hebræa ſciſcitatus eſſet, & Iehiel videret eum auidum eſſe eius linguæ; admiſit eum in familiaritatem, & legationis tempore fideliter eum in Grammatica erudiit. Hic cum deliberatio eſſet in aula de munere dando oratori, vt mos eſt, *Capnio* per hunc ſuum Magiſtrum perficit, vt donaretur codice Hebræo pulcherrime & integerrime ſcripto, continente Moyſen & alios libros propheticos. Delectatus eſt Senex & ſapiens Imperator ſtudio hominis Germani, & ad cætera dona hunc pulcherrimum codicem, qui non potuiſſet emi *trecentis aureis*, adiunxit. Flagrans igitur ſtudio & cognitis rudimentis, & inſtructus Bibliis, ipſe iam quantum aula concedebat temporis, tribuit lectioni propheticæ. Ita ſimul & Eccleſiæ doctrinam rectius diſcebat, & in lingua exercebatur. Cumque iam non rudis eſſet Hebrææ linguæ, noua ei legatio, & non difficilis ad vrbem Romam facultatem præbuit Romæ audiendi Iudæum perfecte eruditum in ſua lingua Abdiam, vt ipſe nominat. Sed priuſquam de ea legatione dico, recitandæ ſunt quædam au-

Iehiel Loans Iudæus præceptor Capnionis in Hebraicis.

Munus Capnioni legato ab Imperatore datum.

Codex Hebræus Bibliorum ſ. quanti.

Romam mittitur Capnio.

Abdias Iudæus alter Capnionis præceptor.

1.1 Introduction 1

ſtiſſimamq; animi inſtitutionem, quibus digne proſequar verbis, non inuenio. Vnum hoc tibi affirmo (neq; velim id à me dici blandius, credas) ingentem de te concipio fiduciam, ſummamq; in ſpem adducor, fore aliquando, vt priſcam inſolenti Italiæ, & propemodum occupatã benedicendi gloriam extorqueamus: vindicemusq; nos, & abignominia, qua nos barbaros indoctosq; & elingues, & ſi quid eſt his incultius, eſſe iactitant, exoluamus: futuramque tam doctam atq; literatam Germaniam noſtram, vt non latinius vel ipſum ſit Latium. Hęc ibi Agricola.

Itali contemnunt Germanos: ſed tunc.

Scripſit Langius præter ea, quæ ſupra indicauimus, carmine lib. *de tribus Magis*; *piſtolas* ad diuerſos; *carmina* item *varia*; quæ ſe vidiſſe *Herm. Hamelmannus* indicat, ſed excuſare an manuſcripta, & vbi non addit.

Langii ſcripta.

Tandem emeritus & decrepitus ſenex ſuperato ætatis anno *octuageſimo*, inter prima certaminum Lutheri initia, Monaſterij *vitam* in terris ſuam clauſit * Anno 1519. *Dauid Chytraus lib. 3. Saxoniæ.*

*Langii mors. * Pantal. vult obiiſſe eum 1496. ſed fallitur.*

IOANNES CAPNIO.

O. 1521. d. 30. Iunii *etat.* 67.

OPpidum eſt celebre ſupra Spiram, *Phorce*, vulgò *Phorcemium*; cuius nomen etſi Capnio ludens à Græcâ origine ducebat: tamen vere eſt porta Herciniæ. Eſt enim à Spira ad Syluam Martianam acceſſuris primus aditus. Per id oppidum flumen mediocre *Entius* labitur; quod cum aliis piſcibus abundat, tum vero *Phagros* copioſè gignit, qui noſtra lingua nominantur *Eſchen*; & influunt duo flumina in Entiũ ad mœnia, *Wormia & Nagolta*; qui copioſe gignunt auratas. Et amœnitatem augent ripæ, prata & vicini montes, vbi aditus eſt in ſylvam Martianã, & in altero latere agrorum fœcunditas & horti. Vt autem alia ſunt multa oppidi ornamenta; ita literarũ ſchola ibi frequentior ſemper fuit, quàm in aliis vicinis oppidis. Ibi ex parentibus honeſtis *Capnio* natus eſt anno Chriſti 1454. d. 28. Decembr. ac fratrem habuit Dionyſium, & ſororem honeſtam matronam. Parentes, vt erant amantes virtutis & doctrinæ, filios curauerunt doceri literas. Cum autem *Ioannes* natu maior voce valeret; poſtquam initia Muſicæ didicit in collegio eius oppidi, adiunctus eſt adoleſcentibus, qui, vt multis in locis mos fuit, multa præcinunt in templo. Inde in aulã Badenſem ad ſymphoniacos accerſitus eſt: vbi, quia Grammaticam melius didicerat, quam alii, ſtatim adiunctus eſt adoleſcenti Marchioni Badenſi, & aliquando poſt cum eo miſſus eſt Lutetiam.

Phorcemiũ vndedictum. Entius fluuius.

Germanice Reuchlin, quod Græco Capnionis commutauit Hermolaus Barbarus.

Lutetiam cũ Marchione Badenſi mittitur.

Hæc initia fuerunt ſtudiorum puerilium, quæ adparet ſin-

tribuit. Ipſe etiam rebus omnibus ex Epiſcopi & collegii ſui ſententia apud PP. confectis, cũ quidem honorificis Sixti PP. & *Laurentii Medicei* literis Epiſcopo & collegio commendaretur, maiore in precio & admiratione apud collegas fuit: & cauſam bonarum literarum, & emendationis ſtudiorum doctrinæ barbaræ paſſim in omnibus collegiis & ſcholis regnantium, maiore cum fructũ egit: tametſi aliquot adhuc annos reluctantib. veteris barbariei patronis, ac nominatim Academia Colonienſi, quæ datis ad Conradum Ritbergenſem Epiſcopum, qui Henrico Schwartzburgenſi ſucceſſerat, & ſumnum collegium literis, vſitatã tot ſeculis inſtituendæ adoleſcentiæ & docendi rationem & libellos, in ſcholis retineri, & mutationes nouas, ſtudijs & diſciplinæ periculoſas, caueri flagitabant. Etſi autem erudite & grauiter conſilij ſui cauſas Langius explicabat: tamẽ ad Italorum doctorum iudicia ipſi prouocare neceſſe fuit. Qui cum emendationem doctrinæ in ſcholis vſitatæ neceſſariã eſſe, & Langium rectè, Louanienſes perperam iudicare in reſponſis ad Epiſcopum ſuis pronuntiaſſent: Epiſcopus, qui Italorum, apud quos olim vixerat, cenſuram magni faciebat, facultatem aperiendæ nouæ bonarum literarũ ſcholæ collegio dedit: ad cuius gubernationem cum *Alexandrum Hegium* in diœceſi Monaſterienſi natum vocarent, ille ætatis excuſatione vſus, alios idoneos ſcholæ ſuæ alumnos, & in his *Ioannem Caſarium*, *Hermannum Torrentinum*, *Timannum Camenerum*, & aliquot præterea alios indicabat. Ex quibus Timannũ, ob perſonæ & morum grauitatem cæteris prætulit; eique ſex collegas, & in his *Ioann. Murmelium* Ruræmondenſem, & *Ioan. Hagemannum* adiunxit. Quibus docendi ordinem & libros in ſcholâ interpretandos, & reliqua ſcholæ exercitia, ipſe Langius præſcribebat, & ſuam Bibliothecam plurimis optimisque libris inſtructam, omnium in ſchola docentium vſibus communem faciebat. Sic igitur paulo ante annum 1500. conſtituta Monaſterij ſchola, vſque ad Anabaptiſticos furores florens ac celebris manſit, & in totam reliquã Weſtphaliam & Germaniam optima ſtudia propagauit. Hinc enim colonias elegantioris doctrinæ deduxerunt: *Petrus Nehemius*, Tremoniam: *Ioſephus Horlenius* Heruordiam, vbi inter alios *Petrum Moſellanum* auditorem habuit, *Ludolphus Heringius*, Hammonem: *Alexander Meppenſis*, Oſnabruggam: *Ludolphus*, Suſatum: *Tilemannus Mollerus* Attendorum: à quo *Ioan. Riuius* Attendorienſis, vir doctiſſ. & multis editis ſcriptis clarus, *Georgii Fabricii*, *Adami Siberi*, *Iobi Magdeburgii*, & poſtea Auguſti Electoris Saxoniæ præceptor, primum inſtitutus eſt.

Langius multis reclamantibus literas in Germaniam inducit.

Schola Monaſterii aperta. Langii in primis opera. Primi in ea ſchola doctores.

Coloniæ ex ea ductæ.

Ioan. Riuius.

Agricolæ ad Langium exhortatio.

Approbauit illud Langij ſtudium & *Agricola*, & in epiſtola ad eum quadam ſic exſtimulat: *Equidem ingenii tui vim honeſtiſſimam-*

adiacentium regionum, ac totius ferè Germaniæ luculentissime exponuntur: *regnorum Aquilonarium*, Daniæ, Sueciæ, Norvegiæ *Chronica*, quæ deinde ab aliis continuata sunt. Scripsit præter historias & versus: atque in dicendi genere, vt tunc ferebant tempora, excelluisse eum res ipsa ostendit. *Ioachimus Mollerus in præfatione metropolis ad Christianum, Danorum regem: Chytræus in Saxonia.*

RODOLPHVS LANGIVS.

O 1519. ætatis 81.

ROdolphus Langius Westphalus fuit, nobilis genere, & ingenio poëta. Primis literis *Daventriæ* præclare excultus à patruo *Hermanno*, Ecclesiæ cathedralis Monasterii Decano in Italiam, vbi tunc Latinæ & Græcæ linguæ studia reflorescebant, missus est. Ibi studiose *Laurentium Vallam*, cuius de elegantia sermonis Latini commentarii exstant, *Maphæum Vegium*, qui Æneida Virgilii addito libro compleuit, *Franciscum Philelphum*, & *Theodorum Gazam* audiuit: & in soluta ac ligata oratione eleganter formanda se exercuit, ac studiorũ socios, *Mauritiũ* comitem Spiegelbergicum, Philippi filium, & *Rodolphum Agricolam* Frisium habuit. Qui in patriã reuersi omnium primi in Germania puriorem Latini sermonis formã vsurpare, & rectam discendi & Latinè scribendi rationẽ ostendere, & cohortationibus ac exemplo sui excitare, cũ *Alexandro Hegio* Daventriensis scholæ studiorũ Rectore fidelissimo ceperunt. Primus autem Germaniæ poëta, ipsius *Rodolphi Agricolæ* iudicio, auorũ ætate, aliquot ante *Conradũ Celten* annis celebris, hic *Rodolphus Langius* fuit, editis *de excidio Hierosolymæ poëma*, de obsidione *Nouesii*, de *Paulo* Apostolo de *Maria* virgine, poëmatis clarus. De quo condiscipulo & æquali suo Hegius cecinit.

Mittitur à patruo in Italiam.

Præceptores eius in Italia.

Commilitones eiusdem.

Primus Germaniæ poeta.

Hegii de Langio carmen.

——— ——— *Iam ferre poëmas*
Barbarie in media Westphalis ora potest:
Langius hanc decorat, maiorum sanguine clarus;
Monasteriaci laudq; decusq; soli.
Primus Melpomenen qui rura in Westphala duxit,
Cum caneret laudes, maxime Paule, tuas.
Buschius hanc modulis & stemmate clarus honestat
Cum te, Virgo parens, numine facta, canit.
Vatum terra altrix tantorum Westphala gaude!
Lumine te dextro docta Thalia videt.

Duxerat secũ in Italiã Langius adolescentẽ *Hermannũ Buschiũ* cognatũ suũ, cũ ab Epo Henrico Schwartzburgensi & collegio Monasterienſi An. 1480. ad PP. Sixtũ IV. legatus Romam certi negotii causa mitteretur: vbi præcipuis viris in itinere Buschiũ cõmendauit, & sumtus studiorũ in Italia cõmoranti liberaliter

Hermann. Buschius.

Langius mittitur ad Pontificem.

in ſchola ac templo docentium, inſtituta anno Chriſti quadringenteſimo octauo, ſupra milleſimum, à quodam M. *Ioanne Frickio*. Animaduertit in doctrina eius temporis multum fuiſſe errorum & ſuperſtitionum: & mores Canonicorum ac monachorum acerrime reprehendit; eoſque in ordinem redigere conatus eſt. Sed cum id fruſtra ſe tentare videret: quod peruerſitas illorum hominum munita eſſet auctoritate Pontificis, dixiſſe fertur: *nunquam poſſe eos reduci ad meliorem frugem, niſi prius à viris doctis expugnata arce.* Interrogatus cur ſeſe ipſe non opponeret tam craſſis erroribus, reſpondit: *ſe neque eruditione neque ætate parem eſſe tantis negotiis.*

Superſtitiones & abuſus Eccleſiaſtici ab eo notati.

Fruſtra conatur Canonicorum mores emendare.

Perſtrinxit autem variis in locis errores ac mores Cleri ſui temporis: & * *Canonicos καθ' ἀντίφρασιν dictos* adſeruit: qui maiori ex parte irregulares eſſent. De monaſteriorum & redituum Eccleſiaſticorum abuſu * alicubi ita conqueritur: *Vtinam illo ferueore, quo res incoantur, perennarent: qua in re nimium falluntur opinionib. fundatores. Degenerant enim in deterius omnia: quod in probatiſſimis quibusq; religionibus ſpectatur. Inde crebræ reformationes, & ſecutæ deformationes. Sic teritur vita.* De Euchariſtia * autem hæc habet: *Eius vſus à cæleſti Magiſtro conſtitutus eſt ad vſum, non ad oſtentationem.*

* *Metrop. l. 4. cap. 2.*

Canonici unde dicti.

* *Metrop. l. 4. c. 37.*

Abuſus monachorum.

* *Metrop. l. 11. c. 39.*

Euchariſtiæ vſus.

Cum ægrotus ac fere animam agens, vidiſſet propoſitiones *Martini Lutheri* cõtra indulgentias, dixiſſe fertur: *nihil effecturũ eſſe contra tam potentes aduerſarios. Suum eſſe conſilium, vt ab incepto deſiſteret. Frater, frater,* inquit, *abi in cellam tuam, & dic Miſerere mei Deus*: ſignificans conatum rei tantæ, aduerſus Pontificẽ cuius auctoritas & potentia ſummis Regibus terrori erat, ab infimæ ſortis monacho ſuſceptæ, inanem & irritum fore.

Iudicium Crantzii de cauſa Lutheri.

Deceſſit autem eo anno *Crantzius*; quo Lutherus nundinationes indulgentiarum reprehendere cepit. Sepultus eſt Hamburgæ: vbi in cœmiterio ſummi templi monumento hoc epitaphium inſcriptum eſt.

Obitus eius.

Et Epitaphium.

ANNO DOMINI M.D. XVII. IN VIGILIA CONCEPTIONIS VIRGINIS MATRIS GLORIOSÆ, SPECTABILIS AC EGREGIVS VIR, DOMINVS ALBERTVS CRANTZ, SACRÆ THEOLOGIÆ AC DECRETORVM EXIMIVS DOCTOR, ECCLESIÆ HAMBVRGENSIS CANONICVS, LECTOR FACVNDISSIMVS DOCTISSIMVSQVE, ET OLIM DECANVS, MORVM AC VIRTVTVM SPECIMEN ET EXEMPLAR, PATRIÆ DECVS FELICITER CONCESSIT IN FATA, CVIVS ANIMA CVM BEATIS MOLLITER QVIESCAT, AMEN.

Scripta Crantzii.

Reliquit poſteritati ſcripta hæc: *Eccleſiaſticam hiſtoriam ſiue Metropolin: Saxoniam & Metropolin*: quibus res Saxonum & adiacen-

ſed qui artis medicæ periti morienti adfuere, peripneſimonia extinctum affirmabant.

Multa inter piſtrini labores carmine ac ſoluta oratione ſcripſit. Grammaticas enim præceptiones tabulis complexus eſt: epigrammata varia feliciter luſit: Perſij ænigmata opera H. *Buſchii* acutè illuſtrauit; vti & *Boëthii* elegans illud Satyricon de Philoſophiæ conſolatione. Collegit verſus ſententioſos ex Elegiographis Latinis: ſcripſit & ſcoparium ad profligandam barbariem è ſcholis, librum apprime eruditum: & alia, quæ Geſneri bibliotheca recenſet. *Mireus in elog Belgicis: Gerhard. Nouiomagus l. 2. de viris illuſt. infer. Germaniæ.*

Scripta eiuſdem.

ALBERTVS CRANTZIVS.

O. 1517. die 7. Decembri.

THeologum hunc profeſſione, Philologis annumerabimus, ſcriptorum, quæ poſteritati elucubrauit, habentes rationem. Edidit eum *Hamburga*, vrbs Hanſetica, celebris emporio in familia natũ honeſta. Ibi à prima ætate ad literas diſcendas adhibitus, omni doctrinarũ genere ingeniũ excoluit. Cumque ætas eius grauioribus ſtudiis idonea eſſet: *ius ciuile* ac *Pontificium* addidicit.

Hamburgæ. Educatio & ſtudia.

Poſtea, quæ erat ingenij ipſius felicitas, animum ad *Theologiæ* ſtudium applicuit: ac in vtroque ſtudiorum genere tantum profecit; vt inſignia cum iuris tum Theologiæ emeruerit. Cum autem præcipue omnis antiquitatis eſſet ſtudioſus: multarum gentium euoluit annales atque hiſtorias: ac de Saxonicis gentibus, & vicinarum Inſularum orbis Arctoi regnis, præclare meritus eſt: dum & regum vicinorum ſucceſſiones, & bella præcipua, & Vandaliæ in illo litoris Balthici tractu longiſſimo, & Saxoniæ fere vniuerſæ principũ & epiſcoporum nomina & ſucceſſiones, vſq; ad annum Chriſti milleſimum quingenteſimum, grauiter & prudenter explicatas deduxit. Quod *Saxoniæ & Vandaliæ Chronicon Dauid Chytræus*, ab eo tempore, vbi ille finem fecit, vſque ad annum nonageſimum tertium, ſupra mille quingentos, perduxit.

Doctor Theologiæ & iuris.

Hiſtoriarum ſtudio deditus: Chronica regnorum Aquilonariũ.

Non itaque in ocio Crantzius vixit: ſed ingenium ſuum & doctrinam, præcipue ad vtilitatem Eccleſiæ contulit. Docuit primum in Academia *Roſtochiana*; cuius rector anno milleſimo, quadringenteſimo, octuageſimo ſecundo, fuit. Poſtea *Hamburgæ*, in collegio duodecim monachorum, à *Carolo Magno*, eiuſque filio *Ludouico Pio*, inſtituto, cũm virtute, doctrina multarum artium ſcientia & facundia cæteros antecelleret, præcipua eius in decanatu fuit auctoritas: & lectoris Theologiæ officio functus, ſacras literas profeſſus eſt, ac publicis cõcionibus populũ docuit. Fuit ipſe nonus in illa lectura, publice

Docet Roſtochii.

Dein Hamburgæ.

Germaniæ limites quatuor.

quatuor ætatum affectiones; & ſecundum quatuor Germaniæ latera: vt illam ab occaſu *Rhenus*, à Septentrione *Rhodanus* & mare Germanicum; ab ortu *Viſtula*, à meridie *Danubius* & Alpes claudunt, obſeruatis maxime gentium moribus, & locorum naturis, fluminibus, lacubus, ſyluis, & vrbibus inſignioribus: edidit *libros carminum* totidem, Horatium maxime ſecutus in Lyricis & Epodis: Libros *Epigrammatum* quinque: *Parnaſſum bicipitem*, in quo poëtas & Theologos conciliat, *Theodoricriden* orſus, qua Theodorici regis Gothorum & Germaniæ hiſtoriam complecti volebat; oratione pedeſtri item Germaniam illuſtratam cupiuit, ſitum Norinbergæ, & de eius inſtitutis, moribus, aliaque non ita magni ponderis opuſcula affecta habuit.

Liberi ἀνεκδοτοι.

* *O. Viennæ Auſtriæ, vbi docebat. Obitus & ætas eiuſdē.*

Vixit * annis nouem & quadraginta, diebus tribus, ad annum vſque Domini, octauum ſupra mille, quingentos, diem verò ſecundam Nonar. Februarii. *Ex Volumine 1. de vitis illuſtr. virorum Iohan Fichardi.*

O. 1517. d. 2. Octobr.

IOANNES MVRMELIVS.

Patria Murmelii.

IOannes Murmelius natus eſt *Rurimundæ*, Geldrorum vrbe inſigni, ad Moſæ & Ruræ confluentem. Primum militiæ nomen dedit: poſt à turbulentis Bellonæ caſtris ad blanda quietaque Muſarum ocia conuerſus, *Alexandrum Hegium*, cui & *Eraſmus* & *Hermannus Buſchius* operam dederunt, Dauentriæ audiuit. Coloniæ in Vbijs artium liberalium magiſter, non ſine inſigni eruditionis laude, eſt renunciatus.

Audit Alexandrū Hegium.

Magiſter renunciatur.

Multis in ſcholis docet.

Bonas literas, quas callebat exactè, pluribus in locis optima fide docuit. Nam *Alcmariæ* apud Batauos, *Dauentriæ* apud Weſtphalos, & alibi, magno cum iuuentutis commodo ludum aperuit. Fuit Monaſterii annos 11. Conrector Timanni, & per triennium rector ſcholæ Lutgerianæ. Tandem decimo quarto poſt, 1500. anno, venit *Alcmariam*, ibique inſtructa ſchola clarebat: ſed incendio redactus ad paupertatem, venit *Dauentriam*, publico ſtipendio accerſitus, anno 1516. vbi poſtea anno ſequenti d. 2. Octobris obijt, relicta in paupertate, vt ſcholaſticum hoc genus ſolet, vxore cum filio, quem inſtituere ceperat Græcè & Latinè. Miræus tamen vult obijſſe eum Monaſterij, idque anno 1513. Sed ſi anno 1516. ſcripſit *encomium Reuchlini*, vt Geſnerus in Bibliotheca confirmat: vtique ille fallitur.

Obitus Murmelii.

Vt vt ſit, de fati certe genere ambigitur. Creditum enim, ab æmulis, quod ante diem obijſſet, toxico è medio ſublatum: ſed

optimum genus victoria non inuidiam, sed in pœnitudinem duxisse hostem: tolerabiliores esse miserias, dum ad aliorum comparantur calamitates: Illorum, qui sine laude viuerent, laudes aut vituperia non debere curare sapientem: præbere histrionum speciem, qui habitu tantum profiteantur religionem & philosophiam: multum referre in quæ tempora cuiusq; vita & virtus inciderit: A diis neminem amari, nisi quem ament homines: Amantem & inuidum intra se gestare supplicium: in præteritum ne Deum quidem consulere posse, & perinde de his esse consolationem: Principes indoctos organorum instar esse, quæ aliorum impulsu sonos edant: felices esse, qui alios probe institutione erudirent: feliciores, qui cogitationes suas illustres ad posteritatem destinarent: felicissimos, qui vtrumq; perfecissent: Tria esse ingeniorum genera: Bonos, qui aliorum scripta interpretentur; meliores qui exotica transferrent; optimos qui noua cuderent: animorum affectus esse fatales.

Contemtus malorum.

Amans & inuidus.

Principes indocti.

Felices qui

Tria ingeniorum genera.

Hortanti, vt indoctum doctorem salutaret, respondit: doctos quærimus, doctores plures habemus. Adspernantibus eloquentiam & Græcas literas respondit: facilius esse honesta studia & virtutem contemnere, quam discere: philosophum decere passiones suas frangere, aut condere: apud prudentem & studiosum virum debere obseruari semper, vt dies diem doceret. Interrogatus, quid noui acciperet, respondit: nil nisi nouas semper in peruersis mentibus erumpere cogitationes & affectationes.

Docti, non doctores quæruntur.

Facilius contemnere quã discere.

Cum ex familiaribus suis quendam cõmendasset, & ille negligentius egisset: hortantibus cunctis, vt eum vituperaret, respondit: semel laudaui, vituperare non possum. Poëticam diuinum esse motum animi: oculos fenestras animi, & sensus, ianuas intellectus esse: Virtutem esse vt spongiam & silicem, quorum alterum si cõpresseris, contrahitur, alterum si laseris, ignem elicis: dulcissimam esse mortem, quæ cum gloria apud posteritatẽ reuiuisceret. Cum quendã castigasset, & ille se illustrium virorum vitiis tueretur, respondit: illorum vitia sequeris virtutes negligis. Viuum viuis prodesse debere post mortem bonorum omnium incertum heredem: virtutem similem esse oleo, quod cuicunq; liquori miscueris demum supernatabit. Interrogatus, quo Græcorum & Latinorum studia differrent, respondit: hos magis rebus, illos magis verbis abundare. Neminem in familiaritatem admisit; nisi quem ipse meliorem, aut qui se meliorem reddere posset. Non quomodo videndum, sed quo modo moriendum, cogitandum dixit. Colentes se colere debere spernentem spernere. Interrogatus quo res humanæ cõsisterent? respondit: tolle eloquium & intellectum: non erit quippiam in hominibus. Menstruanos amicos vocabat: qui aduersis rebus amicitiã soluerent. Quomodo aliquis cognosci deberet interrogatus? respõdit: ex eius amicis & contubernalib. Scripsit in Poëtica libros amorũ, quatuor vitæ circulos, vt Pythagorici tradunt, & secundũ qua-

Poetica.

Oculi.

Sensus.

Virtus.

Mors quæ dulcissima.

Latinorum & Græcorum discrimen.

Amicos quos admiserit.

Menstruani amici.

Scripta Celtis.

ctu coronam poëticam à Cæsare obtinuit, ætatis suæ anno trigesimo secundo: primusque eius dignitatis titulum & insignia apud Germanos gessit. Coronatus est manibus *Friderici 3.* Imperat. in arce Noribergensi, anno * octogesimo septimo, supra mille quadringentos, die 18. April. vnde ipse de se:

* *Vel potius nonagesimo primo.*

Primus ego titulum gessi nomenq; poëta:
Cæsareis manibus laurea nexa mihi.

C. Celtes I. Poeta Laureatus apud Germanos.

Laurea eius adhuc hodie Viennæ, vbi docuit, adseruari dicitur. Ipse ad peregrinationem rursus conuersus, cuius auidissimus discendi gratia erat, totam Germaniam, & *quindecim* tunc eius *Academias* perlustrauit. Primus patriæ suæ fines ad quatuor mundi plagas conspexit: primus eloquentiam Romanam, quantum Germano saltem homini concessum, cum rudimentis Græcæ linguæ, in Germaniã induxit: primus Comœdias & Tragœdias, publicis in theatris, veterum more exhibuit. Statura fuit mediocri; corpore obesiore, facie clarissima; candentibus oculis & grandiusculis: ore decoro: pilo leni, raro, & subnigra circa tempora parũ renodi: barba rara, & eius p̃coci canicie, ac frontis caluicie. Animo & mente hilari: vultu gelasino; valetudine prospera: stomacho imbecillo Solis, nemorum, montium, peregrinationum, balneorum, conuiuiorũ, & vtriusque musices pertinax amator. Amicitiæ & fauoris studiosissimus: & cui nulla ad audiendum doctos viros longa aut difficilis fuerit mora. Omnium antiquitatum diligens inquisitor, & admirator. In verbis & moribus lenis & suauis: sed in iram præceps, & difficulter placabilis: in cæteris animi motibus sedatus & generosus.

Eruditio eius.

Statura & mores.

Amici.

Amicos sui æui viros præcipuos habuit: & quos semel acquisiuit, nunquam suo vitio perdidit: *Ioannem* inquã, *Dalburgium*, *Ioannem Trithemium*, Spanhemensem abbatem, *Ioannem Vigilium* Cheruscum Iureconsultum, *Andream Stiberum & Ioannem Stabium*, Mathematicos, & Theologos, *Andream Pegasum* Sarmatam, *Sebaldum Calamosum*, *Hartmannum Eptingum*, *Philippum Callimachum*, Florentinum, vatem doctissimum.

Dicta memorabilia.

Stultitia.

Agnitio sui.

Voluptas vera.

Vitæ vehicula.

Philosophia.

Inuidia.

Apophthegmata eius, præter illa, quæ carmine conscripsit, hæc celebrantur: *neminem viuere, cui non pars stultitiæ contigerit: nullam agnitionem difficiliorem, quam sui: Eam solidam esse voluptatem, quam nulla pœnitudo sequatur.* Interrogatus, cur negligẽtius opes curaret? respondit: *maiorum domũm maiorem esse curã:* & rursus de eodem interrogatus, subiecit: *impossibilem non curantem habere quod habeat. Somnum, vinum, amicum, & philosophiam, dixit leuamina & vitæ vehicula: ætate vinum & carmina pretiosa fieri: conueniens esse philosopho pessimis displicere: Philosophũ oportere amatores sui primum docere patientiã, & vacuos reddere affectionibus: Inuidiam conuertere debere sapientem in misericordiam:*

optimum

festê veras calumnietur & deprauet. Inter alios discipulos habuit *Nauclerus* quoque *Ioannem Reüchlinum*, virum postea vndequaque doctissimum; quem humanioribus in disciplinis, nec non & iuris studio diligenter erudiuit, ac suo exemplo iuuentutem ad otium literarium inuitauit. Habuit etiam *Luaonicum* Vergu fratrem: quem in bonis literis adeò fideliter instituit: vt præpositus Stutgardianus, & cancellarius principis sui factus fuerit. *Martin. Crusius in annalibus Sueuicis, Ioach. Camerar. in vita Melanchth.*

Capnio discipulus Nauclerj.

O.1508.d.4. Febr.ata.49. compl.

CONRADVS CELTES PROTVCIVS.

Patria Celtis Suinfurtum.

CONradus *Celtes* Protucius, familia Celtica honesta, *Suinfurti* in Francia Orientali ad Mœnum, haud longê ab Herbipoli, calendis Februarii natus est anno quinquagesimo nono, supra mille quadringentos, mane circa horam tertiam: quo eadem anno & *Maximilianus* postea 1. Augustus eius nominis * editus est.

Maximilianus 1. Augustus quando natus

Infans incredibiles vagitus edidit: butyro & mellis fauo, foco admotus, ægrè leniebatur. Responsum est à nutricibus, magna fama & facundiæ virum fore. Infantia exacta à germano suo Druide, literarum rudimenta (vt Germanorum institutio fert) breui perdidicit. Per patrem à literis reuocatus; vt vinearum & familiæ curam susciperet; cum in vineam perductus esset, elapsus nil tale suspicantis patris manibus, adscensaque rate per Mœnum *Coloniam Agrippinam* venit: ibique liberalibus studiis & Theologiæ aliquamdiu operam dedit.

* *Die 22. Martii.*

Præsagium de ipso.

Inuito patre literis dat operam.

Venit Coloniam.

Inde Haidelbergam.

Motus deinde fama *Ioannis Dalburgii*, Vangionum episcopi, & *Rodolphi Agricolæ*, Haidelbergam adiit: ibique oratoriam & poëticam, cum Græcæ & Hebraicæ linguæ prægustamentis hausit: & mox Erphordensium, Lipsensium, Rostochiensium publica Gymnasia perlustrans, non exiguas docendo pecunias acquisiuit.

Peregrinatio literaria.

Italiam adit.

Exin Poloniam.

Hinc in Italiam profectus, Paduæ, *Calphurnium, & Creticum*; Ferrariæ, *Guarinum*; Bononiæ *Philippum Beroaldum*, Florentiæ, *Ficinum*; Venetiis *Sabellicum*, Romæ *Pomponium Lætum* audiuit. Roma per Venetias, Illyricum, & Pannoniam, Sarmatas adiit: ibique astronomiæ vacauit, præceptore *Alberto Bruto* vsus.

Innotescit Friderico Saxoniæ Elect. Lauream primus Germanor. meruit.

A peregrinatione Sarmatica & Italica reuersus, in familiaritatem *Friderici*, Saxoniæ ducis, peruenit: cuius suasu & ductu coro-

viueret: ephorus ei datus est Nauclerus, qui & moribus & literis indolem illustrem informaret. Verum, vt plerumque fuit aularum aduersus literas iniquior animus, Latinæ linguæ operam dare per aulicos integrum ei non fuit, dictitantes, *maternam linguam principi adolescenti sufficere*. Quanquam est non nemo, qui affirmet, à patre Eberhardi Ludouico, iam depositio, aulicos iureiurando fuisse adactos, vt promitterent: curaturos se, vt ne filius literis Latinis inficeretur. Longe sane alia mens *Alphonso* regi, longe alia *Æneæ Syluio*, pòst Pontifici, fuit, qui, *literas pauperibus argentum*: perhibuit, *nobilibus aurum*: *principibus gemmas*. Sed forte id fecit ab aliis sic inductus, de cuius farinæ hominibus illud dicas:

Princeps prohibetur discere linguã Latinam.

Apophtegma Syluii.

——amaracinum fugitat sus, & timet omne
Vnguentum: nam setigeris subus acre venenum est.

Lucret. l. 6.

Ipse certe *Eberhardus* Princeps, iam adultior, id serò agnouit, & non rarò ad doctos latinè loquentes infelicitatem suam qui erudita eorum colloquia assequi non posset, miseratus est. Ab aulâ *Nauclerus* ad sacra se retulit: & Ecclesiæ collegiatæ apud Stutgardianos præpositus, circa annum, milleſimum, quadringenteſimum, ſexageſimum. Anno verò 1467. ab inclyto comite Wirtembergensi, *Vlrico*, ad *Carolum*, Burgundiæ regulum, missus, propter bellicos furores ad Traiectum subſtituit, ac tandem re infecta domum redijt.

Ecclesiæ Stutgardianæ præpositus Nauclerus.

Legatus ad Carolũ Burgundiæ ducẽ.

Anno deinde Christi, ſeptuageſimo ſeptimo, ſupra mille quadringentos, Academia Tubingæ auſpicijs Eberhardi Comitis, & poſtea * primi Ducis Wirtembergenſis, conſtituta, plantante eam *Gabriele Biel*, Theologo & Sententiario ea tempeſtate celebri, *Ioannes* hic **Vergenhanß**, præpoſitus Tubingenſis, decretalium Doctor, primus Vniuerſitatis illius Rector eſt deſignatus.

Academiæ Tubingenſis initium.

* *Anno* 1495. *in primo Maximiliani* 1. *comitiis, Gabriel Biel.*

Primus Tubingæ Rector Nauclerus.

Hic itaque cum in literarum ſtudiis prouehendis, totus eſſet: Chronica ſubcinctè comprehendentia res memorabiles ſeculorum omnium ac gentium, ab initio mundi, vſque ad Annum Chriſti, milleſimum, quingenteſimum, ex omnibus alijs Latinè conſcripſit. * Excudit opus iſtud *Thomas Anshelmus*, qui Typographicam officinam habuit Tubingæ. Melanchthon autem in eo partim diſponendo, partim augendo, partim etiam retexendo, id præſtitit: vt lectio iſtius libri à pluribus expeteretur, & fructu voluptateque non careret.

Chronica Naucleri.

* *Anno* 1515. *Melanchthõ ea retexuit.*

Continuauit deinde idem *Laurentius Surius* Carthuſianus vſque ad Annum Chriſti ſexageſimum quartum, ſupra ſesquimilleſimum. De cuius tamen Paralipomenis *Caſpari Peũceri* * judicium hoc eſt: vt dicat, monachum illum Surrianum, *Scurram* rectius vocari: quippe qui, vtrum rem ſeriam agat, an ſcurretur, non facile dixeris; cum impudenter res manifeſtè

Continuat Surius monachus.

* *In dedicatoria lib. 5. Chronic. Melanchth.*

& auctor ipse, & alii non iniuria reprehendunt, & sublata optant omnia; quæ pias ac honestas aures offendunt. Scripsit & *de magistratibus Romanorum, de nominibus artificum, de nominibus morborum corporis humani Græcis & Latinis, de nominibus sanctorum*, cum eorum interpretatione, *de pagis Sueuorum, & Neccaro flumine*; hisque similia, vno volumine impressa Argentinæ in officina Schureriana, anno millesimo quingentesimo decimo tertio. Exstat in primo tomo scriptorum Germaniæ, à D. Schardio collectorũ Bebelii *oratio* ad Maximilianum primũ Cæsarẽ, *de* eius & *Germaniæ laudibus*. Item *demonstratio* Germanos esse αὐτόχθονας: *Apologiam* etiam scripsit pro defensione Imperatorum contra Leonhardum Iustinianum & alios, qui, nomen Imperatorum extenuant, & coronationem eorundem incessunt ac derident. Idem edidit tractatum: Imperatorem Christianorum iure Christianissimum esse dicendum. Scripsit & de laude, antiquitate, imperio, victoriis rebusque gestis veterum Germanorum. Item epitomen laudum Sueuorum, atque principis Wirtembergici Vlrici: de proditione ducis Mediolani: & de mendaciis quorundam historicorum. Plura, quæ posteritati elucubrauit, recenset Gesnerus, & Bibliothecæ. *Crusius in annalibus Sueuicis, Schardius, alii.*

Facetiæ Bebelii.

Floruit circa annum 1490.

Heroum filij noxæ an semper verum.

Familia Naucleri.

Nomẽ vnde.

* *Ouid. l. 13. Metamorph. At genus & proauos & quæ non fecimus ipsi, vix ea nostra puto.*

Studia Naucleri.

Doctor iuris Naucler.

* *An. 1450. Ephorus Eberhardi Wirtembergici, primi postea ducis.*

* *Alberto Austriaco, fratri Fride. 3. nomen ei Machtildis Palat. Com.*

IOANNES NAVCLERVS.

NON vsquequaque veritati adfine esse illud, quod Græcorum sermone iactatur prouerbium; ἀνδρῶν ἡρώων τέκνα πήματα: cum aliorum, tum huius Naucleri exemplum luculenter euincit. Hic enim loco nobili apud Sueuos natus, patre *Ioanne Verge*, vulgo Vergehans, (quod nautam Germanis notat, vnde Naucleri postea defluxit, & familiæ adhæsit appellatio) Natus igitur viro equestris ordinis, & apud *Ludouicũ* Wirtembergensem Vraci Comitem, præcipuæ dignitatis, maiorũ splendore, tanquam alieno * bono, minime contentus, propriæ quoq; virtutis laude, nomen literis à puero summa industria, nec sine ingenio, perceptis, quæsiuit. Cum studio autẽ mansuetiorum Musarum, coniungere ei visum fuit & Iurisprudentiæ, & Theologiæ, qualiscunq; tunc temporis tradebatur, cognitionẽ. In iure igitur eò progressus est, vt docturæ, quã vocant ἀξίωμα, & testimoniũ Academicum summum, consecutus fuerit: nec in Theologicis plane fuit nullus: Id quod & honores, quibus ornatus est, & scripta, quæ reliquit, testantur. Nam cum * mortuo *Ludouico* Comite Wirtembergico, filius *Eberhardus* licentius sub cura primum matris, deinde, illa iterum * nupta, snb tutela patrui *Vlderici*, viue-

HENRICVS BEBELIVS.

Claruit circa annum milleſimum quingenteſimum.

Inſtauratoribus doctrinarũ gratia debetur.

Inter eos Bebelius.

Iuſtinga.

QVI in Germania viri boni & eruditi ſeculo præcedente, Romanæ linguæ vſum, temporum iniuria, pariterque hominum incuria neglectum, reducere ac genuino nitori reſtituere conati ſunt: ij æternam à grata poſteritate laudem ſuo merito inierunt. Talibus inter primos accenſendus venit *Henricus Bebelius*: qui Iuſtingæ, quæ pagus & arx Sueuiæ eſt, parentibus ruſticanis quidem, ſed honeſtis eſt prognatus: id quod ipſe his carminibus fatetur:

Si non criminibus poterit mea vita notari,
Non cuiquam indocti verba profana viri.
Cum referam proavos, fateor, charosq; parentes:
Ruſticus, & duri ruris alumnus ero.

A puero omne ſtudium omnemque laborem ad literarum optimarum adipiſcendam cognitionem contulit: iurique ciuili ſimul operam dedit: vnde ipſe:

Solus ego capi ciuiles diſcere leges;
Pallidaſque ſequi non rudis ipſe ſcholas.

A Ceſare poëta coronatur.

Maximil. 1. Aug.

Cumque ad carmen fundendum venam nactus eſſet nõ infelicem; eamque vno alteroque ſpecimine probatum iuiſſet: laurea & inſignibus, à *Maximiliano* primo Auguſto, qui in Germania ſuperiori ſeculo ingenia mirifice excitauit & munifice iuuit, donatus eſt. Ita enim ipſe in quodam ad Zoilum carmine:

Glorior hinc humili quod ſurgam ſanguine primus;
Atque meum veniat nomen in ora virum.
Namq; adoleſcentis lauro mea tempora Cæſar
Cinxerat, ex hedera conſpicuumq; caput.
Contulit & nobis armorum inſignia; laus eſt
Induperatori me placuiſſe meo.

Bebelius Tubingam vocatur.

Anno nonageſimo ſeptimo, ſupra mille quadringentos, in Tubingenſem Academiam accitus eſt; vt politiorem ibi doceret literaturam. Frequenti itaque auditorio poëtas, oratores, ac hiſtoricos explicuit; craſſamque barbariem ſuo loco pro virili exegit. Quanquam quale fuerit tunc literarum ex barbariei abyſſo emergentium, quaſi crepuſculum; vel hinc appareat; quod anno primo ſupra ſeſquimilleſimum, per literas ex *Ioanne Capnione* ſciſcitari ac diſcere non dubitauit; *eleiſon*, trium ne, an quatuor ſyllabarum eſſet?

Græca lingua ignorantia Scripta Bebelii.

Libellum facetiarum anno milleſimo quingenteſimo ſexto edidit; eumque *Petro Iacobo Arlunenſi* Iureconſulto, Præpoſito Backnaugerſ., canonico Stutgardiano, dedicauit: in quo

&

disputatione variis argumentis, alijs inextricabilibus, eum adorti sunt: sed ex quibus Schottus se argutè expediret adeo; vt non iam tyro, sed veteranus videretur. Fama hæc ingenij eius Parisijs degentis etiam in patria Argentorati increbuit: & expectationem summam excitauit. Lutetia deinde ad suos reuersus vix tres menses ibi hæsit; cùm pater eum *Bononiam*, studiorum matrem, misit. Hic cùm primò se se poëticæ atq; oratoriæ dedidisset: adeò celeriter & feliciter eas arripuit, vt omnes in admirationē sui adduceret. Contulit se demum ad ius ciuile: in quo indefesso labore tantum profecit, vt nullus nodus in iure tam esset implicatus, quem non solueret. Inde ad ius Canonicum transiit, vt non solum ea quæ ad opes consequendas, sed etiam quæ ad animæ salutem faciunt, condisceret. In Græcis Bononiæ anno 1487. præceptorem habuit *Antonium Britonienſem*: vsusque est consuetudine ac familiaritate arctissima *Bohuslai Hassenſteinii Bohemi*, quem etiam versibus celebrauit: qui ei par retulit, oratione pro ipso ad Argentinenses dicta & scripta. In patriam ex Italia reuersus Schottus, canonicus S. Petri est electus quo in officio summa cū innocentia ita versatus est, vt ab omnibus præcipuo in honore fuerit habitus. Scripsit aliquot opuscula tàm metro quam pedestri sermone, vt sunt vitæ *Iohannis Apoſtoli, Iohannis Baptiſtæ & Chryſoſtomi* carmine elegiaco conscriptæ Item laudes *Iohannis Gerſon*, & epistolæ.

Bononiam mittitur.

Ex Italia redux Canonicus Argentinadesignatus.

Scriptæ Schotti.

Mores & ingenium.

In exercitationibus & studijs assiduus fuit: quippe qui nec conuiuia humanioribus disciplinis vacare passus est: Semper aliquid siue in poëtica, siue oratoria, siue in legibus proponebat: audiebat alios libenter, placideque omnibus respondebat: recte dicta gratissimo animo suscipiebat: praua non acriter refutabat: disputantes contra se docere potius, quam vincere nitebatur. Concurrebant itaque ad eum familiares, nunc qua oratione vtendum, quærentes, nunc quibus argumentis aliquis oppugnandus esset, inuestigantes: & omnes omnia eius dicta, tanquam Apollinis oracula, obseruabant, nec vnquam cum eo quisquam collocutus est, qui non doctior discesserit. Quæ præterea eius tum in omni vita, tum præcipue in cibo potuque moderatio fuerit, vel ex eo apparet, quod in Italia, vbi etiam indigenæ aliquando aëris intemperantiam vix tolerant, adeo prospera valetudine vsus sit, vt nunquam aliquo corporis dolore affectus fuerit.

Obitus.

Cum autem in medio vitæ cursu & ipso ætatis flore esset: mors eum rebus humanis exemit, ætatis, vt volunt, anno 31. Christi vero 1491 vel 92. Argentinæ, vbi in æde S. Petri est sepultus. *Bohuslaus Hasſenſtein. & Pantaleon.*

Præsagium Wesseli. Futurum enim breui; vt doctores illi irrefragabiles, cucullati, atrati, & albati, in ordinem se dignum redigerentur. Romanæ Ecclesiæ errores sæpius deplorauit; atque gratuitam nostri iustificationem per fidem in Christum, inculcauit: purgatorium & indulgentias διαβόλου improbauit. Multa *scripsit* in Theologia; sed *quæ à Catholicis*, vt Suffridus ait, *non probantur*. Anno decimo quarto supra millesimum sexcentesimum, opera eius omnia, quæ inueniri saltem potuerunt, excusa sunt Arnhemiæ. *Geldenhaur. Nouiomag. l. 1. de viris illustribus inferioris Germaniæ; Suffridus Petr. decad. 8. de scriptorib. Frisiæ cap. 4.*

Scripta.

PETRVS SCHOTTVS.

PETRVS SCHOTTVS Argentinam nactus est patriam, vrbem Germaniæ nobilissimam, sub annum Christi quinquagesimum nonum supra mille quadringentos. Pater eius fuit vir ea in Republica tum omnibus notus, summi consilij, summæque industriæ. Qui cùm ob publicas occupationes minimè ea cura, qua cupiebat, filium educare posset: tradidit eum in disciplinam grauissimo atque integerrimo viro *Iohanni Müllero* de Rasteten. Is nullum laborem prætermisit, quo discipulus ad doctrinam & virtutem institueretur. Erat inter eos certamen quoddam atque contentio. Præceptor enim diligebat eum tanquam filium; contra discipulus præceptorem non minus, quàm parentem venerabatur & colebat; dictoq; eius ita audiens erat, vt simul ac quid mandasset, dicto citius effectum daret. Sæpe percunctabatur ex magistro varia, & vix pro captu ætatis.

Ioan. Müller præceptor Schotti.

Postquam prima rudimenta & Grammaticen in patria didicerat: *Parisios* cum illo præceptore profectus est. Ibi quantum doctrinæ, pro eo tempore, breui consecutus fuerit; incredibile est dictu. Nihil in Logicis tam erat spinosum ac contritum: quod non explicaret; nihil in Physicis tam reconditum, quod non erueret, & disputando clarum redderet: nihil in Ethicis tam anceps, quod nõ apertissimè explanaret. Erat ei ingenium summum, memoria tenacissima, sermonis mira suauitas. Itaq; & audita faciliter percipiebat, & percepta fideliter retinebat, & retenta elegantissimè pronunciabat. Eminebat igitur inter æquales, & suo studio eos incitabat: nec tamen cuiquam ideò minus gratus, virtute superante inuidiam. Laudatus nunquã intumescebat: tardiores non contemnebat: de alterius inuento non minus quàm de suo gaudebat, & puer ferè senilem præ se sapientiam ferebat. Itaq; cùm omnibus illius Gymnasij magistris carus esset; consensu omnium decretum est, vt baccalaureatus insigniretur titulo: ac, pro more Academiæ, antea in

Schottus Lutetiam petit.

Baccalaureatus creatur.

disputu-

Vixit Groningæ diu charus omnibus: tandem cum ætatis annum *septuagesimum** attigisset, integro visu & auditu: ita vt nunquam ocularijs specillis opus habuerit, minutissimasque literas & commode legeret, & pulchrè ipse pingeret, in morbum incidit; qui ei & vitæ finem attulit. Hìc cum amicus quidam doctus inuisendi gratia eum conueniisset, & vt valeret, interrogasset? respondit, *se pro sua ætate & morbi molestia vtcunque valere; sed vnum admodum molestum sibi esse; quòd variis cogitationibus & argumentationibus circumactus, de veritate Christianæ religionis subdubitare inciperet.* Obstupescebat ille, ac hortari ægrum cepit; vt omnes cogitationes suas in Christum Seruatorem vnicum reijceret. Sed cum huiusmodi admonitionem ei molestiorem esse sensisset: tristis tum abijt. Post vnam atque alteram horam reuersum ad se, vbi Wesselus vidit: alacri animo, &, quantum valetudo sinebat, exultans dixit: *Gratias ago DEO; omnes illæ vanæ disputationes abierunt: iam nihil scio, nisi IESVM, & hunc crucifixum.* Hac in confessione animam Deo reddidit.

Ætas VVesseli, & valetudo.

* *Alii nonagesimum, sed calculus non conuenit.*

Tentationes in morbo.

Decessit anno millesimo, quadringentesimo, octogesimo nono, die Francisci: sepultus Groningæ in monasterio, quod spiritualium virginum dicitur. In libro memoriali templi illius hæc leguntur:

Obitus.

Anno Domini millesimo quadringentesimo octogesimo nono obiit venerabilis M. VVesselus Hermanni, egregius Doctor sacræ Theologiæ, & in Latina, & Græca, & Hebræa linguis multum eruditus, & in tota Philosophia quasi vniuersalis. Epitaphium ei huiusmodi positum prope monumentum fuit:

Epitaphium.

Pallida Vesseli saxum hoc tegit ossa magistri,
Philosophos inter qui leo fortis erat.
Illum lingua triplex, Hebræa, Pelasga, Latina,
Inclita doctorum scandere pulpta dedit:
Agrippina & Parisium, duo regna Minervæ,
Sensere ingenii vimq; decusq; sui:
At laus vna viro, quia totum scibile sciuit,
Et vitio infectis malleus ipse fuit.
Arx Frisia cineres, Germania tollit honores:
Dic ferat omnipotens, lector amice, animam.

Inter familiares & amicos, quos multos Groningæ habuit, maximi fecit *Rodolphum Agricolam*, & M. *Ioannem Oestendorpium*, postea Canonicum Dauentriæ ad S. Lebuinum. Hic cum Wesselum, natu grandiorem, aliquando conueniisset; deque ordine studiorum consuluisset: inter cætera studiosum eruditumque iuuenem, hortatus est, vt veteres scriptores, tam sacros, quàm profanos, neotericis scholasticis, Theologicis præsertim, anteferret.

Amici.

Veteres auctores neotericis præferendi.

scientia, disputationum acumine, docendi denique dexteritate, tantam nominis famam adeptus est; vt *lux mundi* vulgo diceretur. Docebat enim clarius, & disputabat euidentius; quàm reliquum professorum vulgus: cum instructus esset à Logicis artibus; quæ alijs recte explicandis comparatæ sunt. Docuit autem *Colonia*, *Haidelberga*, & *Lutetia* Parisiorum.

Lux mundi dictus.

Docet in variis Academiis.

Et cum Platonicæ Philosophiæ, vt *diuinioris atque Christianismo propioris*, summus admirator esset; acerbius interdum in Aristotelem inuectus est; quàm teneræ scholasticorum doctorum aures ferre possent. Hinc factum, vt & odio ab illis haberetur, qui hactenus in summa fuerant auctoritate, cum se à iuuentute destitui, illum coli animaduerterent: & vulgo *magister contradictionis* appellaretur.

Platoni addictior.

Disputandi modus.

In disputationibus Theologicis magnos titulos Doctorum contemnebat, solis diuinis literis firmiter adhærens. Quare si quis forte inter disputandum, vt fieri solebat, ei obijceret; *hoc dicit Doctor Sanctus: hoc Seraphicus*: ipse respondere solebat: *Thomas fuit Doctor, quid tum postea? Et ego Doctor sum. Thomas vix Latine intellexit, & vnilinguis fuit: Ego trium principalium linguarum mediocrem peritiam assecutus sum: Thomas vix vmbram Aristotelicam vidit; Ego Aristotelem Græcum in ipsa Græcia didici.*

Irritat monachos VVesselus.

Ioan. Vesaliensis.

Dauid de Burgundia patronus VVesseli.

VVesselus nõ metitur preces sphærulis.

Hac loquendi libertate incitauit aduersus se Prædicatorij Ordinis Fratres, hæreticæ prauitatis inquisitores, qui eo tempore aduersus *Ioannem Vesaliensem* Theologum, & insignem concionatorem, tyrannidem suam exercebant. Sed quo minus palam Wesselum persecuti sint, in causa fuit reuerendissimus & illustrissimus princeps, *Dauid* à *Burgundia*, Vltraiectinus Episcopus, cuius medicus tum Wesselus erat. Versabatur crebrò apud Canonicos, quos regulares vocant, montis Sanctæ Agnetis, non procul ab oppido Suolla. Ibi cum neque horario, neq; rosario vti eum obseruassent: Interrogatus, vtrum nihil oraret? Respondit, se quidem, gratia Dei, adhuc conari, vt perpetuò orare posset; nihilominus tamen etsi singulis diebus Orationem Dominicam semel recitaret; sperare, eam orationis paucitatem Deo placere.

Redit Groningam.

Ingrauescentibus annis in patriam redijt: ibique scribendo suo more, & docendo & sibi, & suis vixit. Commendatus enim fuit Virginibus spiritualibus Groningæ à *Dauide Burgundo* Episcopo Vltraiectino: cuius ad Wesselum datæ literæ, cum aliorum quoque magnatum & doctorum virorum, ibi adseruantur.

Ibi virginib. spiritualib. se diungit.

Incertum tamen est, vtrum ipse, an eius nomine Episcopus virginibus expensas pro conuictu soluerit; an verò gratis ab illis alitus fuerit.

Vixit

tissimus habeatur ; apud quem Hermolai memoria non sit sacrosancta.

Hu itaque tam plenis tam absoluti viri laudibus equidem fateor, me peculiariùs etiam atque impensiùs fauere : quòd mihi admodum adhuc puero contigit vti præceptore huius discipulo, Alexandro Hegio VVestfalo, qui ludū aliquando celebrē oppidi Dauentriensis moderabatur : in quo nos olim admodum pueri vtriusq; linguæ prima didicimus elementa : Vir (vt paucis dicam) præceptoris sui similimus, tam inculpatæ vitæ, quàm doctrinæ non triuialis ; in quo vnum illud vel Momus ipse calumniari fortasse potuisset, quòd famæ plus æquo negligens, nullam posteritatis haberet rationem. Proinde si quæ scripsit, ita scripsit, vt rem ludicram, haud seriam egisse videatur. Quanquam vel sic scripta sunt eiusmodi, vt eruditorum calculis immortalitatem promereantur. Itaque in hanc digressionem non temere sum exspatiatus ; non vt glorioſe Germaniæ laudes iactarem ; sed vt grati discipuli vicibus fungerer, & vtriusque memoriæ debitum officium vtcumque persoluerem : propterea quòd alteri veluti filii debeam pietatem, alteri tanquam nepotis charitatem. Hactenus Erasmus: Cuius sententiæ *Petrus Montanus*, Philosophus Platonicus & poëta Satyricus his verbis subscripsit: *Agricolam solum ex Germanis scriptoribus insolenti Græciæ, aut procaci Italiæ obiicere possumus. In oratione enim pedestri mihi effinxisse videtur sonum Lactantii, lenitatem & rotunditatem Plinii, lumen Senecæ, Tullianam quoque redolet vbertatem, & acumen ostentat Quintiliani, vehementiamq; & obliquitatem Cypriani referre videtur.* Ex Geldenhaurio, & orat. de Agric. tomo 2. Philippi, & alijs.

Alexander Hegius.

Petri Montani de Agricola.

WESSELVS GANSFORTIVS.

Ob. 1489. ætat. 70.

WESSELVS cognomento *Gansfortius*, Græcis *Basilius* appellatus, *Groninga*, quæ Ostfrisiorum ciuitas est, honestis parentibus circa annum millesimum, quadringentesimum decimum nonum natus ; literis in patria, pro seculi illius barbarie, operam dedit. Cumque ingenio esset præstantissimo, diligentia autem incredibili, tandem hoc assecutus est, vt non solum *Theologicæ* scientiæ lauream meritus ; sed *Iuriconsulti* iuxta & *medici* doctoribus annumeratus fuerit.

Groninga patria VVesselli.

Trium facultatum doctor VVesselus.

Postea in Græciam profectus, Aristotelem Græcè, & quicquid eo seculo in Græcia docebatur, summa industria ac labore didicit: ibique cum eruditis, quos inuenit viris, linguæ potissimum & philosophiæ gratia versatus, *Basilii* nomine, ob excellentiam ingenij opinor, ab ijsdem donatus est.

Peregrinatio VVesselli in Græciam.

Basilius cur dictus à Græcis.

Reuersus inde, Germaniæ, Galliæ, Italiæque Academias perlustrauit : in quibus linguarum Hebreæ, Græcæ & Latinæ

Redit in Europam.

balneo: quodque hodie in editione Manutiana, ex decreto Synodi Tridentinæ perpurgata, nuſpiam apparet. Ita igitur Eraſmus: *Hoc equidem adagium eò libentius refero, quòd mihi refricat renouatque memoriam pariter ac deſiderium Rodolphi Agricolæ: quem ego virum totius tum Germaniæ tum Italiæ publico ſummoq; honore nomino: illius, quæ genuerit; huius, quæ literis optimis inſtituerit. Nihil enim vnquam hoc Ciſalpinus orbis produxit omnibus literariis dotibus abſolutius, abſit inuidia dicto. Nulla erat honeſta diſciplina, in qua vir ille non poterat cum ſummis artificibus contendere. Inter Græcos Græciſſimus: inter Latinos Latiniſſimus: in carmine Maronem alterum dixiſſes; in oratione Politianum quendam lepore referebat, maieſtate ſuperabat. Oratio vel extemporalis adeo pura, adeo germana: vt non Friſium quempiam, ſed vrbis Romanæ vernaculum loqui contenderes. Eloquentiæ tam abſolutæ parem adiunxerat eruditionem, Philoſophiæ myſteria omnia penetrauerat. Nulla pars Muſices, quam non exactiſſimè calleret. Extremo vitæ tempore ad literas Hebraicas ac ſcripturam diuinam, totum animum appulerat. Atque hæc conantem fatorum inuidia virum terris eripuit, nondum annos natum* quadraginta.

* 43. opinor.

Extant paucula quædam illius monimenta; epiſtolæ quædam; carmina item varii generis; Axiochus Platonis Latinus factus; Iſocrates ad Demonicum verſus; tum vna atque altera oratio, habita in publico ſcholaſticorum Ferrarienſium cœtu. Nam illic & didicit, & publicè docuit. Latitant apud neſcio quos commentarii Dialectites. *Verterat & Luciani dialogos aliquot; ſed vt ipſe erat gloriæ negligens; & plerique mortales alienam ſanè quàm indiligenter curare ſolent: nondum in lucem emerſerunt. Quanquam hæc ipſa, quæ extant, etſi ne edita quidem ab ipſo; planè diuinitatem quandam hominis præ ſe ferunt.*

* pòſt editi.

Verùm, ne videar homo Germanus immodico patriæ ſtudio cæcutire; Hermolai Barbari Veneti de eo epitaphium ſubſcribam, elegantiſſimum profectò; & de quo dubites, vtro ſit dignius, ipſone qui ſcripſit, an hoc, quem eo exornauit. Eſt autem huiuſmodi:

Epitaphium Agricolæ ab Hermol. Barbaro poſitum.

Inuida clauſerunt hoc marmore fata Rodolphum
Agricolam, Friſij ſpemque decusque ſoli.
Scilicet hoc viuo meruit Germania, laudis
Quicquid habet Latium, Græcia quicquid habet.

Quæſo quid noſtro Rodolpho potuit amplius, aut omninò magnificentius contingere, quàm teſtimonium tam ſplendidum, tam plenum? idq; redditum non viuo, ſed iam vita defuncto; ne quis ab amore magis, quàm à iudicio profectum cauſari poſſit. Deinde ab eo viro, qui non ſolùm Italiam ſuam; verùm etiam omne ſeculum hoc noſtrum illuſtrarit: cuius tanta eſt apud omnes eruditos autoritas; vt impudentiſſimum ſit ab eo diſſentire; tam inſignis in reſtituendis literis vtilitas; vt aut à literis omnibus alieniſſimus, aut certè ingra-

tiſſi-

runt: vt sibi videretur cum Antæo luctari. Sed postea nactus Iudæum, eius linguæ vtcunque peritum, paucis mensibus tantum profecit: vt aliquot Psalmos Dauidicos in Latinam linguam citrà culpam transtulerit. Iam totus videbatur alius factus. Immutauerat enim cor eius Verbum Dei viuum & efficax.

Iam Christum Iesum spirabat animus: loquebatur lingua: manus scribebat. Et ecce adest ipse Christus: qui consecratum sibi pectus ex hoc errorum pelago in veræ sapientiæ portum transuecturus erat. Correptus itaque febri, etiam prius, quàm medicorum auxilia aduocarentur; totum se Christo Seruatori commendarat: superanteq; vi morbi, animam suam Christianâ alacritate vitæ datori Christo reddidit; annum quadragesimum secundum egressus, anno Domini 1485. d. 28. Octobr. Ingenti studiosorum & doctorum omnium mœrore Haidelbergæ apud Minoritas, in *habitu Franciscano* sepultus. *Morbus & mors Agricolæ.*

Fratres habuit duos vterinos *Ioannem* & *Henricum*: quorum ille Secretarius, vt videtur, fuit Dominæ Auricensis: hunc adolescentem studijs informandum Hegio commendauit. *Fratres eiusdem.*

Vxorem nunquam duxit: quanquam in priore ætate ducturum destinarat. Sed posteaquam incepit diligentius se ipse introspicere; auersus est ab eo consilio, non incommodis rei Oeconomicæ; sed deterruit ipsum genus vitæ suæ, & animus leuissimis etiam curis impar, καὶ φιλήσυχόν τι τῆς φύσεως (verba sunt ipsius epistola quadam ad Capnionem) ἦγε μᾶλλον ἀπραγμοσύνῃ, καὶ ῥᾳθυμίᾳ τὸν παντὸς βίου. Amicos habuit præter *Ioannem Dalburgium*, hominem apprimè nobilem & egregiè eruditum, primùm Illustrissimi Principis Palatini Electoris Cancellarium, postea Vangionum præsulem, & *Theodoricum Plenningerum*: item *Adolphum Occonem* Frisium, Augustanæ ciuitatis medicum, quem & bibliothecæ suæ heredem scripserat: *Wesselum Gansfortium*, popularem suum; *Rodolphum Langium*, nobilem illum Canonicum Monasterienſem: *Iacobum Barbirianum*, musicum nobilissimum: *Alexandrum Hegium*, quem Græcas literas docuerat. Hic sæpe cum natu grandiores ad literarum studia hortaretur, & ne desperarent, admoneret; eius meminit: *Ego*, inquit, *liberalium artium Magister, & quadragenarius, tum quoque barbarus, perueni ad Agricolam adolescentem, præceptorem meum, à quo quicquid in Latinis & Græcis literis scio, aut alsi me scire credunt, didici.* *Amici.* *Alex. Hegius ὀψιμαθής.*

Scripsit Agricola tum prosa, tum carmine multa: quæ omnia *Alardus Amstelrodamus* in duos Tomos redegit: & excusa sunt Coloniæ apud Ioannem Gymnicum anno 1539. Videatur Gesneri Bibliotheca; & alij. Lubet hîc addere elogium, quod Rodolpho posuit Erasmus in adagio, *quid tam cum* *Scripta Agricolæ* *Erasmi de Agricola iudicium.*

& inanem esse, sine obseruatione omnium rituum humanorum! lucem & vitam æternam in mentibus inchoatam extingui, si aliqua ridicula ceremonia negligeretur! Addebat tales ritus sępe sine vllo peccato omitti posse. Hac tam dextra interpretatione facile satisfecit omnibus. Sæpe & in iure ciuili ea, quæ ab historijs petenda sunt, explicabat interrogantibus; vt locum *de vsuris centesimis*: item *quid sit ἐρήμη δίκη*; qui fuissent *gradus* veterum Romanorum *iudiciorum*, & talia permulta. In Theologia quid desiderauerit; testatus est *Iosquinus Groningensis*; qui scripsit, se adolescentem interfuisse sermonibus Rodolphi & Wesseli: in quibus deplorarint Ecclesiæ tenebras, & reprehenderint profanationem Cœnæ in Missis, ac cælibatum: item disputauerint, de iustitia fidei, quid sit, quod Paulus toties inculcat: *Homines fide iustos esse, non operibus*: atque apertè reiecisse monachorum opinionem, quæ fingit, homines operibus iustos esse.

In Theologia quid desiderarit.

Cætera erat vir prudens, liberæ & veracissimæ linguæ moribus grauis; à liuore, maleuolentia ac petulantia alienus. Nec solebat irritare morosos, & φιλονίκους, intempestiuis reprehensionibus, ne quid certaminum sereret in schola; sæpe recitans Græcum versum:

Mores Agricolæ.

Ξένον δὲ οἰδᾷν κρῆττον, ἢ κεκραγέναι.

Iocis eruditis gaudebat plurimum: scurrantem nemo audiuit vnquam. Non vestiebatur splendide; sed honeste & iucunde. Natura negligentior, vt solet fere hoc genus hominum, ac paulò inciuilior, in conuiuijs præcipue, citra tamen cuiusquã offensam, habitus est. Cogitabundus enim mensæ innitens vngues demordebat. Puellas amare se nonnunquam simulabat: verùm nunquam deperibat. In earum gratiam vernacula lingua quædam carmina scripsit elegantissime: quæ virginibus primarijsque amicis præsentibus voce & testudine modulatissime canebat. Huiusmodi cantionibus animum intentiore studio grauatum interdum remittebat.

Cùm iam in ipso vigore ætatis, nec procul à quadragesimo anno abesset; & eruditionis ac eloquentiæ gloria per Germanias, Gallias, & Italiam ab optimis quibusque celebraretur: non ignorans Vir vere pius vereque Christianus illud Platonis: *Omnem scientiam magis obesse, quàm prodesse; si desit scientia optimi*: magno animi ardore sese sacris literis addixit. Has nocturna, has diurna versare manu, delitias suas ducebat: in solis his venam scientiæ & intellectus, imo fontem aquæ viuæ, salientis in vitam æternam, se reperisse gloriabatur.

Studium sacrarum literarum: &

Verùm, vt erat iudicij exactissimi, ad sacras literas penitius intelligendas, sanctæ Hebrææ linguæ cognitionem necessariam esse, facile intellexit. Studia itaque Hebræa aggressus est; quæ primùm ei plurimum negotij, vti scribit ipse, exhibuerunt:

Linguæ Hebrææ.

dijs Græcarum ciuitatum, ex *Thucydide* & *Xenophonte*: de Philippo & Alexandro & ſucceſſoribus, ex *Diodoro* & *Polybio*: deinde lectiſſima quæque excerpſit ex hiſtorijs Romanis: poſtremo & Germanici imperij res præcipuas collegit. Ac eo in ſcripto non ſolùm res ſummas perſpicuè narrat: ſed etiam principem de pleriſque monet, vnde apparet, non ſolùm literis, ſed etiam ciuili prudentia eum excelluiſſe.

Docet VVormatiæ.

VVormatiæ autem etiam publicè docuit. Fuitque ei auditorium, vt illo loco, ſatis frequens: ſed eiuſmodi ferè auditores, qui propenſius cuperent, quàm commodius poſſent illas literas diſcere.

Maxima enim pars erant Magiſtri, aut ſcholaſtici, vti appellabant, artium: quibus neceſſe fuit omne ferè tempus cauillationibus ſuis impendere: minimum & velut ſubſeciuum in ſtudia humaniora, quæ vrgebat Rodolphus, concedebatur.

Haidelbergæ quomodo verſatus.

Multas præclaras orationes, & in Academijs frequentibus, & coram maximis Chriſtiani orbis Monarchis, non minore prudentia, quàm facundia habuit. Et cùm *Haidelbergæ* conſuetudo eſſet, plena humanitatis; vt in publicis diſputationibus profeſſores, ſi quando hæreret diſputator, interfarentur: ipſe ſæpe difficiles nodos perſpicuè explicauit. Conſulebatur ſæpe ab eruditioribus tum in Philoſophia, tum in alijs artibus. Multa ex Ariſtotele vertebat & interpretabatur ijs, qui eius ſententiam ſciſcitabantur. Et quia nemo tunc viderat *libros Ariſtotelis de animalibus*: pergratum accidebat eius officium doctioribus; ſi quando inſignem aliquem locum inde proferebat: vt cùm de immortalitate animæ hominis diſputaretur, quid ſenſiſſet Ariſtoteles; magna cum admiratione excepta eſt illa ſententia prolata ex libro * de generatione animalium: *Λείπεται τὸν νοῦν μόνον θυραθεν ἐπεισιέναι, καὶ θεῖον εἶναι μόνον. Mens extrinſecus accedit, & eſt diuinum quid, nec naſcitur ex materia corporum.* Interdum aliquid ex *Arato*, de ſiderum poſitu, ortu, & occaſu, ſtudioſis impertiebat. Nec deerat eius officium profeſſoribus aliarum diſciplinarum. Forte inciderat diſputatio inter Theologos & Iuriſconſultos de hoc dicto: *Fruſtrà ſeruat Euangelium, qui non ſeruat canones Synodorum.* Hoc cùm alii ad confirmandam ſuperſtitionem in ceremonijs detorquerent: alij ὑπὸ ῥητὸν eſſe durius quererentur, & mitigandum aliqua interpretatione dicerent: Rodolphus admonuit; canones à veteribus vocatos Synodis tantùm articulos doctrinæ dijudicatos in Synodis; non traditiones de ceremoniis. *Verum eſt*, inquit, *Euangelium non ſeruari ab iis, qui adſpernantur decreta contra Samoſatenum, aut Arium, aut Macedonium facta. Nam veteres Synodi propter controuerſias dogmatum conuocabantur; non de ceremoniis cumulandis. Quàm indigna vox eſſet dicere, Chriſti fidem inutilem*

Libri Ariſtotelis de animalibus.

Ariſtotelis de anima hominis ſententia.

* *l. 2. c. 3.*

 ina-

Groningana tamen Reipublicæ vel Syndicus, vel consiliarius fuit: cuius nomine aulam *Maximiliani I.* dimidio anno secutum se scribit: & causam quidem patriæ feliciter egisse, gratiam autem à ciuibus speratam minimè retulisse. Peruenit in aula Augusta in arctissimam familiaritatem cancellariorum duûm *Burgundiæ* & *Brabantiæ*: qui summopere conati sunt eum inserere familiæ *Maximiliani*, præmiis amplissimis propositis: sed ipse pro iudicio eorum de se honorifico gratias egit: & obligatione priori excusauit. Maluit nempe retinere quietem, & in libertate permanere. Fuit ei etiam oblata *Antuerpiæ* conditio, scholæ ibidem gubernatio, cum stipendio trecentorum Rhenensium annuorum; verùm & hanc recusauit: vt rem studiis suis multum impedimenti allaturam. Crebrò loca mutabat; quod tamen non leuitatis nec inconstantiæ, sed iudicii erat. Alte enim illud Flacci infixerat animo:

Amat locorum mutationes.

Dic mihi Musa virum, captæ post tempora Troiæ,
Qui mores hominum multorum vidit & vrbes.

Libri eidem comites & cari.

In itineribus vnum saltem famulum comitem habebat. *Plinii* autem *naturalem historiam* è sinu nunquam deponebat: iunioris *Plinii epistolas*, *Quintiliani* de oratoria institutione libros sua manu descripserat; quibus *Platonis* quædam & *Ciceronis* selectiora addiderat. Hanc bibliothecam semper circumferre secum solebat: cæteros libros apud amicos relinquere: amicorum libris bona fide vti; gratus omnibus, grauis nemini.

Accersitur Heidelbergã à Dalburgio.

Ne perpetuò peregrinaretur, doctissimus Princeps *Ioannes Camerarius Dalburgius*, Vangionum Antistes, quem in Græcis discipulum habuerat, sua liberali humanitate tandem effecit. Cùm hoc enim ab anno 1482. partim *Haidelbergæ*, partim *VVormatiæ*, ad vltimum vitæ actum vsque vixit coniunctissimè. Scribit quidem *Rodolphus* ad fratrem *Ioannem*, se prorsus contra animum suum principiò ibi fuisse: sed vicit tandem constantia, & id quod mutare citra leuitatis notam non poterat, assuetudine iucundum reddidit. Haidelbergæ quidem vixit in ædibus viri equestri loco nati, principi suo tùm, & aulicis omnibus grati, *Theodorici Pheningeri*, quam *Plinium* ipse nominat: quo & antè Ferrariæ erat familiariter vsus. Placuit ipsi multum *aula Haidelbergensis*, cùm summa principis Electoris mansuetudine, & ingenii suauitate, tum amicorum omnium modestia, concordiaque vitæ. Cumque ibi, vt fit, incideret mentio veterum imperiorum; & *Rodolphus* commemoraret vel Græcas vel Romanas historias: princeps * & verti sibi multa, non solùm ex historiis, sed etiam ex poëtis iussit: & petiuit sibi contexi integram seriem quatuor Monarchiarum. Contexuit igitur eruditissimam epitomen, ex Bibliis & *Herodoto* de Assyriorum & Persarum imperio; de ciuilibus discordiis Græ-

Aula Haidelbergensis eidem grata.
* *Philippus Elector Palat.*
Epitomen historicam contexit Agricola.

ruſticitatem deuitaret; aulicamque eius linguæ elegantiam feliciter imitaretur.

Muſices verò ea fundamenta iiſdem annis iecit: quibus abſolutam eius artis peritiam poſtea ſuperſtruxit. Canebat enim voce, flatu, pulſu. Literas pingebat elegantiſſimè, à quarum pictura ad ipſam pictoriam artem, non ſine maxima laude aditum ſibi parauit. *Muſices peritia.* *Καλλιγραφία.*

Louanii vixit honeſtiſſimè ab omni compotatione ac comeſſatione, contra gentis ſuæ morem, alieniſſimus. Tantus erat in eo bonarum literarum amor, tam indefeſſum ſtudium: vt turpis Veneris fornices & luſtra ne nouerit quidem. *Modeſtia & temperantia.*

Cùm autem nihil eſſet antiquius ei; quàm vt ad veram politæ doctrinæ gloriam perueniret: relicto Louanio *Galliæ* adijt; vt vel ibi diſceret, quod ſibi deeſſe ſentiebat. Hinc in *Italiam*, vbi, capto * *Byzantio*, à Græcis exilibus philoſophiam & eloquentiam audierat renouari, profectus, Græcè Latineque diſcendo pariter atque docendo tantum nominis eſt adeptus: vt Italorum nonnulli inuiderent, alii dolerent, deflerentque, Latij gloriam in Germaniam penitiorem iam mox demigraturam. *Ferrariæ* vno atque altero anno, nimirum mileſimo quadringenteſimo ſeptuageſimo ſexto, & ſequent. loci amœnitate, ſtudioſorum ac nobilium quorundam Muſicorum frequentia, ipſius quoque principis, *Herculis Eſtenſis*, Ferrarienſis ducis, liberalitate detentus eſt. *In Galliam abit.* *Mox & Italiam.* * *An.* 1453. *d.* 29. *Maii.* *Agit Ferrariæ.* *Hercules Eſtenſis.*

Ibi *Theodorum Gazam*, Ariſtotelis ſcripta enarrantem, diligenter audiuit: magna cum laude ingenij acuminis & dexteritatis diſputauit: enarrauit vtriuſque linguæ autores; habuit publice orationes magna cum auditorum approbatione. Et verò tunc non fuit exigua laus homini Germano, non ſolùm eruditione & genere ſermonis; ſed etiam venuſtate actionis ſatisfacere Italiæ, morosè ac faſtidioſè iudicanti. *Eraſmum* accepimus, ſæpe in Italia rogatum fuiſſe; vt ſpecimen ſuæ eruditionis ac facundiæ prælectione publica præberet: ſed, vt hac in re amicis morem gereret, adduci nunquam potuiſſe; veritum ne ab Italis pronunciatio hominis Germani, derideretur. Sed Muſicæ naturæ ad actionem & pronunciationem aptiores ſunt cæteris. *Docet & perorat ibi, cum Italorum applauſu.*

Redijt tandem in patriam: ibique honeſtiſſimo officio *Rodolphum* ſuum honorare ac detinere prudentiſſimus Senatus anniſus eſt: verùm cui omnia, præter literas ſordebant; perſuaderi nulla ratione poterat, vt à ſemel adamata ſapientia vel pilum latum diſcederet. Verſatus eſt aliquandiu *Nouiomagi*, Batauorum ciuitate; in qua præter ſummos honores, ampliſſimum quoque ſtipendium facile conſecutus fuiſſet: ſi Reipublicæ ſeſe addicere vnquam voluiſſet. *Redit in patriam.* *Vbi à multis operæ eius exmagi petita, ſed fruſtrà.*

Breui itaque in Grammaticis tantum profecit; vt præceptoris iudicio aptus haberetur, qui ad Academiam aliquam celebriorem mitteretur. Eo tempore *Louanij*, quæ est Brabantiæ primaria ciuitas, bonæ artes, vocatis ad hoc amplis stipendiis doctissimis quibusque Philosophiæ professoribus miro studio docebantur. Præterea adolescentum mores ingenti cura formabantur ea ratione; vt propius ad seueritatem, quam ad indulgentiam accederetur. Qua re factum est, vt tota fere secunda Germania, vna cum bona Galliæ Belgicæ parte, cum adolescentes *Lutetiæ Parisiorum*, & *Coloniæ Agrippinæ* licentius lasciuiusque viuere didicissent, inde auocatos Louanium, tanquam ad quoddam bonorum morum, solidæque eruditionis, emporium mittendos censeret.

Louanium Academia celebre.

Venit ergo & *Agricola* Louanium, nomenque dedit inter eos, qui in pædagogio, vt loquebantur tunc *Cacabi*, deinde *Falconis*, instituebantur. Hic vix dialectices elementa degustarat, & mox commilitones, stupentibus præceptoribus, præuertere cæpit. Quæ à magistris audiebat; non tantum memoriæ, sed literis etiam commendabat. Puer enim didicerat illud Ciceronis: *Stylum esse optimum dicendi magistrum*. Erant tum Louanii nonnulli, qui Latinæ dictionis puritatem amare cæperant. His se Rodolphus fato quodam familiarius adiungebat; suffuraturque nonnihil tempusculi, quo ab Aristotelicis laboribus vacans *Ciceronem Quintilianumque* legendo percurreret.

Eò Agricola mittitur.

Studet generi orationu elegantiori.

In scholasticis disputationibus sedato animo, ore verecundo aduersariorum argumenta semel atque iterum repetebat, singulasque partes accuratè introspiciens, summa arte, si quid refellendum esset, refellebat. Sua verò neruosè, acriter, magna certæ victoriæ spe, & proponebat, & defendebat. Præceptores quoque quæstionibus quibusdam contra receptum Aristotelicum docendi ordinem interdum exercere solebat. Meditabatur enim adolescens ex obseruatione Ciceronis & Quintiliani ea, quæ hodieque magna eruditorum approbatione leguntur.

Agricolæ ratio disputandi.

Posthæc in examine & censura eruditionis publica, inter multos competitores modestia ac liberalium artium cognitione antecelluit, primasque magisterii artium, quod summi honoris est Louanii, obtinuit. Mox cepit Rodolphi Frisij nomen per totam Academiam finitimasque ciuitates diuulgari. Ac potuisset docendi conditiones adipisci honestissimas: si nõ diuinus egregii adolescentis animus ad altiora anhelasset.

Cùm in pædagogio illo inter Belgas, qui Gallica lingua vtebantur, & ad Musicen natura propensiores erant, habitaret: Gallicam linguam ita didicit, vt Hannoniorum simplicem rusti-

Gallicam linguam vsu discit.

dolphum Langium, Monasterienſium ac Weſtphalorum primos fuiſſe; qui in Germania poëmatis elegantibus editis clari ſua ætate fuerunt; & meliorem diſcendi ordinem, & puriorem Latinæ orationis formam monſtrarunt. Tanta enim elegantia Hegius veterum expreſſit dicendi ſtylum; vt Eraſmi iudicio, ſi deſit carmini titulus; in autore facilè erraueris, nec alius in proſa fuit, nec Græcarum literarum ignarus. *Alex. Hegius & Rodolph. Langius ex VVeſtphalia primi literarum inſtauratores.*

Idem Hegius adeò fuit φιλομαθὴς, vt etiam tùm, cum Rectorem ſcholæ Dauentrienſis ageret, non dedecori ſibi duxerit, ex Agricola, quæ ignoraret, aut de quibus dubitaret, ſciſcitari ac diſcere; ſæpiùs etiam rogare, vt literis ſuis limam adhiberet. Fecit id Rudolphus candidè, &, qua fuit modeſtia, eandem cenſuram ab Hegio petiit. Explicat ipſi Agricola in epiſtola quadam; quid inter *mimum* & *hiſtrionem* ſit diſcriminis, item quid *perſona*, & vnde dicta: tum quid *ſcurra*, *paraſitus*, *nebulo*, *nepos*; vnde ἀνθρωπος dicatur: quid *aurora*, quid *veſpera*, quid *tigillum*, *aſſer*, *dæ ſis*: docet, rectius dici: *vt plura paucis complectar*, quàm *vt plura breuibus complectar*; monet, Latinius dici: *intra*, *non poſt quantum tempus rediturus*: quàm *quanto tempore*, &c. Vnde tùm ardor proficiendi, tùm candor in communicando, & animorum, ſtudiorumque ſocietas elucet. *Hegii cupiditas diſcendi.*

Scripſit multa, quæ maxima ex parte dicuntur poſt eius mortem prodijſſe, vel inuito illo edita eſſe: vt ſunt *dialogi multi*, *epiſtolæ*, *carmina* & *epigrammata* ad ſanctos, quæ in bibliotheca à Geſnero recenſentur. Confectus ſenio ſacerdos eſt factus Dauentriæ. Inter alias virtutes, quibus à DEO ornatus fuit, celebratur eius liberalitas in pauperes ſcholaſticos: quos & ope & opera pro virili iuuit. *Ex epiſtolis Agricolæ, & Chytræi Saxonia.* *Scripta Hegii.*

RODOLPHVS AGRICOLA.

AGricolarum familia apud Friſios inter honoratiores ſemper habita eſt. Ex hac vir incomparabilis *Rodolphus Agricola* originem duxit propè* Croningam, nobilem illam Friſiorum metropolim circa annum 1442. natus, ibidemque educatus. *O 1485. d. 28. Octob. ætat. 42. menſ. 2.* ** Pago nomẽ eſt Baſſlon duobus miliarib. Groninga diſt.*

In ipſa infantia haud obſcura ingenij ac memoriæ ſpecimina edidit: cum libellis & chartis vnicè videretur delectari: & nutricularum quoque blandimenta balbutiens lingua felici conatu exprimeret. Puer admodum in ludum literarium miſſus, non ſolum coætaneos, verum etiam multos natu maiores diſcendo præcurrit: ita vt ludimagiſter, ſi quis ignauiæ tarditatisque arguendus eſſet, Rodolphi alacritatem, ſtudium, diligentiam illi ob oculos poneret. *Suffrid. Educatio Agricolæ.* *Studia & felix ingenium*

Rodolphus Agricola, homo verè diuinus: cujus ego ſcripta quoties lego, toties pectus illud ſacrũ ac celeſte numen adoro atq; exoſculor. Eraſ. Roterod. epiſt. ult. Breui

in hac tota rerum natura, vel cœli figuram, motus, & harmoniam cum elementis considerans, vel mirandam artem in opificio nostri corporis, & terræ fœcunditatem intuens: ordo in omnibus rebus clamitat, esse mentem æternam architectatricem. Et hæc agnoscenda est, vt se in Ecclesia patefecit. Quod cùm fecerit Regiomontanus, nunc eum existimemus, & in ipso DEO cernere ideam totius mundi, & causas, cur hoc modo omnia condita sint: & coràm aspicere cœlestia corpora, & sæpe cum primis patribus de inuentione harum artium, & ipsorum obseruationibus, tanquam συμφιλοσόφοις dulcissimè colloqui, & Deum autorem celebrare.

Bibliotheca Regiomontani à VValtero emta.

Bibliothecam Regiomontani Walterus ille ciuis Noribergensis, de quo antea, redemit: quo mortuo asseruari reliquias Senatus ibidem curauit: ex quibus vir doctissimus Schonerus quædam vtilia scripta edidit: sed plura alia & longè vtiliora haberemus; nisi tristi fato autor ante tempus extinctus esset. *Extemo 3. declamat. Melanchthonis.*

ALEXANDER HEGIVS.

Floruit circa an. 1483.

ALEXANDER HEGIVS Westphalus fuit, in diœcesi Monasterienſi ex pago Heck propè Horstmariam, natus. Præceptorem nactus est *Rodolphum Agricolam*, linguarum & scientiarum omnium eruditum virum; cuius magistri non degener ipse exstitit discipulus. Ludo Dauentrienſi, omnium eâ ætate in illis gentibus celeberrimo, præfectus, *triginta ipsos annos* magna cum laude eum rexit. Nam ipso docente ibi, illa schola, ante Monasterienſem, velut seminarium fuit politiorum literarum & linguarum; quas illius alumni, *Erasmus Roterodamus, Iohannes Murmelius, Hermannus Torrentinus, Hermannus Buschius, Iohannes Cæsarius Iuliacenſis, Conradus Goclenius Padebornenſis, Iacobus Montanus Spirenſis, Ioan. Peringius, Gerardus Listrius, Matthæus Friſſemius*, & alii; longè latéque, in tota Germania & Belgico propagarunt. De Eraſmo quod Dauentriæ contigit, hoc memoriâ dignum est. Venit aliquando *Rodolphus Agricola* in Hegij scholam: ibi cum ei discipulorum scripta Hegius monstrasset: prætulit *Rodolphus* Eraſmicum scriptum cæteris propter inuentionis acumen, orationis puritatem, & figuras, ceu flosculos aptè interspersos; eoque adeò delectatus est, vt accersito ad se Eraſmo, dixerit. *Tu eris olim magnus: quod omen eum minimè fefellit.* Facit huius Hegij non vno in loco epistolarum * honorificam mentionem Eraſmus.

Hegius schola Dauentrienſi præficitur.

Alumni illius schola.

Agricola de Eraſmo præſagium.

Nota.

* *Vide & in vita Agricolæ.*

Hoc *Dauid Chytræus* confirmat; *Alexandrum Hegium & Rodolphum*

pulcerrimi laboris socios, & magni artificis censuram.

Grata fuerat Romæ inprimis editio Ephemeridum: & viri docti, qui eius ingenium & eruditionem norant: in Italiam eum retrahi cupiebant; vt frui eius doctrinâ possent. Hi sunt hortatores, vt Pontifex *Sixtus* eum Romam accersat: & causa recensetur, quòd *de emendatione calendarii* deliberationes futuræ essent. Etsi autem ægrè patiebatur auelli se Regiomontanus ab officinâ, & â Ptolemæi editione; & præsagiens suam mortem, vt narrant, querebatur, se grauatim hoc iter suscipere: vicit tamen Pontificis autoritas. Et causa proposita erat, quæ virum cupientem vtilitati communi seruire, mouebat. Sciunt enim omnes, quantum prosit, habere rationem anni rectè ordinatam & emendatam. Huic negotio tanto tamque vtili deesse noluit. Credibile est etiam, eò minùs abhorruisse ab hoc itinere: quia expetebat eruditorum colloquia, & inuitabant eum bibliothecæ.

Romam reuocatur à Pontifice Regiomontanus.

Redit igitur Romam: vbi cùm non diu fuisset, mortuus est anno * millesimo, quadringentesimo & septuagesimo. Quis autem non doleat, tanto ingenio non contigisse vitam longiorem, præsertim molienti res vtilissimas? Extinctus est enim cùm iam ingressus esset * quartum & trigesimum annum. Fama est, venenum ei datum esse à *Trapezuntii* filiis, quia & versionem Ptolemæi taxauerat, & errata in commentario & reprehensiones Theonis refutauerat. Ac genesis non solùm hominem βιοθάνατον significat; sed etiam ingenuum & pugnacem. Quare fortassis ei linguæ libertas nocuit. Sed quoquo modo extinctus sit; mors immatura fuit, ac etiamnum lugenda; propterea quòd iis operibus, quæ iam inchoarat, carendum est.

Vbi moritur.
* *alii* 1477. *& Bucholzerus: alii* 1489. *& Crentzheim.*
* *alii* 41.
Veneno extinctum fama est.
Mores Regiomontani.

Non prætereundum est autem, quòd ad tantam eruditionem, & ad alias virtutes adiunxit pietatem erga Deum; ac vt verâ agnitione eum & inuocatione coleret, *nouum Testamentum* integrum Græcè suâ manu elegantissimè descripsit; quem codicem *Melanchthoni Schonerus* inter alia eius monumenta monstrauit. Et consentaneum est, tales viros, qui vbique vestigia diuinitatis impressa rerum naturæ vident; & propter eruditionem attentè considerant: his testimoniis valdè moueri, vt multò firmiùs statuant, hunc mundum ab æterna mente architectatrice conditum esse & gubernari; quàm alios homines, alienos ab hoc studio considerandi tam multa & illustria vestigia DEI in natura. Equidem pia mens non potest non cohorrescere, quòd cùm tam multis testimoniis verissimè ostendat DEVS se propè adesse; & spectatorem ac iudicem esse omnium nostrarum actionum; tamen eum pectora nostra languidiùs metuunt, & non ardent fiduciâ eius. Quaqua te vertis

Virtutes. Pietas. N. Testam. suâ manu descripsit.

Naturæ consideratio inuitat ad pietatem.

in hac

cant. Quod opus Græcum à Beſſarione Cardinale, natione Græco, acceptum, Noribergam attulit: vnde traditum eſt typographo. Id opus Beſſarion tanti feciſſe fertur: vt vnâ totâ prouinciâ æſtimare non dubitarit: quod in epiſtolâ nuncupatoriâ ad Senatum Noribergenſem Ioachimus Camerarius teſtatus eſt.

Bernardus VValterus.

Sumtus autem ad inſtruendam officinam typographicam præcipuê contulit *Bernardus VValterus*; è cuius familiâ Walteri ſunt, in Saxoniâ non ignoti: qui & facultates habebat ampliſſimas, & colebat doctrinæ cœleſtis ſtudia. Inuitauit idem & aliorum multorum ciuium voluntates; vt has diſciplinas deguſtare & cognoſcere inciperent. Hæc ſeminaria huius doctrinæ primum Noribergæ ſparſa ſunt. Quare vſque ad hæc tempora eâ in vrbe magis harum artium ſtudia florent: quàm in pleriſque Academijs. Et ſapientiſſimi Senatus conſilio ſtipendium certum artium ſtudioſis conſtitutum eſt: vt ad earum cognitionem iuuentus aſſuefiat. Ac poſtea multorum ibi ſtudia excitauit vir doctus & honeſtiſſimus *Ioannes Schönerus*

Noribergenſes Philomathematici.

Regiomontani ſcripta.

Vide autem quantam rem molitus ſit Regiomontanus. Nouas verſiones inſtituit *Ptolemæi*, magnæ conſtructionis & Geographiæ. Adornabat & ſuarum emendationum confirmationes. Obiter & aliæ naturæ opera ſcrutatur & patefacit.

Vapores quâ altè ſupra terram vehantur.

Inquirit quàm altê vehantur ſupra terram vapores: & mirabili ſolertiâ deprehendit, non ampliùs *duodecim milliaribus Germanicis* eos ab horizonte diſtare. Legimus autem eo tempore duobus continuis annis 1471. ac rurſus 1472. arſiſſe duos cometas: quos tanta ſiccitas ſecuta eſt; vt fluminum & fontium venæ exaruerint. Nominatim etiam narrant, multorum oppidorum conflagrationem ſecutam eſſe. Et dimicarunt inter ſe de Bohemiâ Hungari & Poloni: & Mahometes Turcicus tyrannus in Europâ Walachiam occupauit; in Aſia Trapezuntinum regnum: vt alia omittantur.

Duo cometæ duobus continuis annis.

De loco & magnitudine cometarum.

Bf Chriſtianus Mathematicus Erfordia.

Cùm igitur Regiomontanus ſciret, non ſæpe duobus continuis annis incenſos eſſe cometas, & moueretur magnitudine euentuum, qui ſecuti erant: edidit *mirandum opus de vero loco & magnitudine cometarum*. Fuit eodem tempore Erfordiæ vir doctiſſimus in his diſciplinis, M. *Chriſtianus*: cui quantum tribuerit Regiomontanus, ex eius epiſtolâ apparet, in quâ ſcribit; *ſe molientem editiones vtilium ſcriptorum, hanc ob cauſam libentius migraſſe Noribergam; ne procul ab ipſo abeſſet, quòd maximê ſe ab eo adiuuari, & iudicio ipſius cenſuráq; in multis materiis vti cupiat.* Laudandus nimirum artificis præſtantiſſimi candor; quòd alienus fuit ab obtrectatione, & â maleuolentiâ erga ſuæ artis profeſſores: & quæſiuit proculdubio ſeriò ſui

pulcer-

tus. Nam episcopi magna erat eruditio in his disciplinis. Et rex, quamuis nemo principum eius ætatis bellicosior erat: tamen non erat rudis doctrinæ de motibus cœlestibus. Et Regiomontanum tanti fecit: vt crebrò ipsum eruditorum colloquiorum causa mensæ suæ adhiberet. Narrant & grauissimo morbo seruatum esse Mathematici consilio. Nam cùm Medici nullam in humoribus causam morbi deprehenderent; ac animaduertissent, tantum mirificum esse languorem cordis: Mathematicus monuit, propter Eclipsin, quæ minata fuerat regis vitæ, hanc imbecillitatem virtutum vitalium extitisse; nec causam in humoribus quærendam esse: sed tantùm cordis vires rebus suauibus fouendas. Ita rex conualuit.

Mathematici consilio morbo liberatus rex Matthias.

Eo tempore Regiomontanus & episcopo illi *tabulas directionum* conscripsit: quarum initia etiamsi ab aliis sumsit: tamen magna pars lucubrationis huius est ipsius propria. Et hæc laborum communicatio iusta, & laude dignissima est: priores artium semina tradere posteris, & posteros ea fideliter conseruare & illustrare.

Tabulæ directionum Regiomontani.

Eo ipso tempore rex Pannoniæ *Matthias* bellum mouit aduersus Bohemos: quæ res multarum vicinarum regionum tranquillitatem turbauit. Bohemi partim Casimirum, Poloniæ regem accersebant: partim regnum duci Saxoniæ Alberto tradere conabantur: partim inuitabant Matthiam: qui, vt erat acerrimus, anteuertit cæteros. Cùm igitur Pannonia, Austria, & tota vicinia, plenæ essent tumultuum: *Regiomontanus*, tranquillam sedem studiis suis quærens, anno 1471. *Noribergam* se confert. In hac vrbe vt mallet reliquum suæ ætatis consumere, ipse has causas recitabat: *quòd* artifices ibi essent idonei ad fabricandas machinas, huic arti necessarias: deinde *quòd* per mercatores facilius in alias regiones inde literas transmittere posset. Cùm enim iam præclarè instructus esset doctrinâ, & cæterorum iudicia explorasset, & se, quantum potuit, ad Mathemata illustranda & propaganda præparasset: constituerat, & veteres scriptores edere, & suas enarrationes publicare. Ad hanc rem instruxit officinam typographicam, & nomenclaturam proposuit librorum, quos editurus erat, quæ adhuc extat. Et quidem auspicato exorsus est ab editione Ephemeridum annorum triginta; fuitque tam gratus labor eo tempore; vt *singula exemplaria duodecim aureis* Hungaricis venderentur, & quidem appeterentur ab omnium gentium hominibus. Nemo Italus, Gallus, Pannonius, Sarmata, aut Germanus, simile calendarium viderat. Veneti eti[illegible] in Græciam inuehebant. Cyclopes enim sunt; qui harum artium studia vel oderunt, vel contemnunt. Edidit & commentaria subtilissima in μεγάλην σύνταξιν Ptolemæi, quam *Almagestum* [illegible]

Noribergam concedit ob bellicos tumultus.

Instruit officinam typographicam.

Ephemerides Regiomontani quanti venditæ.

Almagestũ Ptolemæi quanti æstimatum.

fontes inſpicere non poſſet, nec Græcæ linguæ præceptores haberet, eamque ob cauſam decreuiſſe aliquando Italiam adire. Moleſtè tulerat adoleſcens, in verſione deſcriptionis Danubij toties erratum eſſe. Nam cum in textu ſit ἐκβολὴ, quæ eſt meatus, vbi influit alius amnis; vt ad Patauium Oenus influit in Danubium: verterat interpres multis locis ſciſſiones; quaſi cætera flumina ſint Danubii brachia. Simili hallucinatione deſcriptio Padi obſcurata eſt. Sed Purbachij conſilium de hac peregrinatione mors immatura anteuertit: quo extincto luctusetiam Regiomontanum mouit, vt facilius Viennam relinqueret.

Danubii deſcriptio non recte ab interpretibus Ptolemæi tradita.

Regiomontanus in Italiam cum Beſſarione proficiſcitur.

Comitatur igitur *Beſſarionem*, redeuntem in Italiam, cum iam non procul â triceſimo anno abeſſet. Romæ cum *Trapezontio* ſæpè congreſſus eſt: luſtrauit & Bibliothecas, quæ magis accenderunt eum, vt Græcæ linguæ operam daret. Ardens itaque eâ cupiditate multa ſuâ manu deſcripſit, & Ptolemæi libros ſibi familiares lectione aſſiduâ fecit. Tunc & dialogum contra Cremonenſis Theoricas ſcripſit. Aliquanto poſt Ferrariam ſe contulit, vbi tunc erant *Blanchinus & Theodorus Gaza, & Guarinus*, qui ibi Græce docebat. Hìc nauauit egregiam operam in Græcâ linguâ, amplius anno: tantumque didicit, vt & verſus Græcè ſcriberet, qui adhuc extant; & expeditè verſari in philoſophis Græcis poſſet. Hìc etiam Ptolomæum & Theonis commentarios conferre cæpit. Aliquantò pòſt diſcedens *Ferraria* venit in Academiam *Patauinam*: vbi â philoſophiæ ſtudioſis rogatus, *Alfraganum* publicè enarrauit. Extat præfatio ibi recitata: in quâ non ſolùm diſciplinas prædicat, ſed etiã magno candore celebrat Mathematicos, qui tunc in Italiâ clari fuerunt; & quos ſibi deuínxerat amicitiâ propter ſocietatem ſtudiorum & virtutem.

Ferrariam ſe conſert.

Inde Patauium; vbi explicat Alfraganum.

Abſolutâ enarratione Alfragani, cum iam Beſſarion ex Græciâ redijſſet: contulit ſe Regiomontanus Venetias Anno 1464. Hìc & librum *de triangulo* magnâ diligentâ conſcripſit, & Refutationes *quadraturæ circuli*, quam *Nicolaus Chuſanus* demonſtraſſe putabatur. Romam poſtea rediit; vbi libros Græcos & Latinos partim ſuâ manu deſcripſit (pinxit enim literarum figuras & venuſtate & facilitate magnâ) partim magna pecunia deſcribi curauit. Hìc & certamina ei cum *Trapezontio* acerrima fuerunt, cuius hallucinationes, cum Theonem reprehendiſſent, ingenue refutauit.

De triangulis liber Regiomontani.

Romam redit.

Trapezontium refutat.

Peragratâ Italiâ rediit *Viennam*: vbi etſi docere ceperat: tamen euocatus â rege *Matthia*, & ab epiſcopo Strigonienſi, magnis ab vtroque præmiis donatus eſt. Rex etiam ei penſionem annuam decreuit *aureos* Hungaricos *ducentos* Hìc & regi & epiſcopo inſtrumenta fabricauit ad obſeruandos motus.

Viennam Auſtriæ redit.

A rege Matthia euocatur.

complexus Regiomontanum, cum naturæ vim & voluntatem adoleſcentis conſideraſſet: non ſolum hortator, ſed etiam dux fuit in ipſa adyta ſacratiſſima harum artium. Sic *Theletem*, *Metonem & Eudoxum* erudierunt ſacerdotes Ægyptij, *Eudoxus Platonem*. Sic antea *Atlas* dicitur *Orioni* hanc doctrinam tradidiſſe: imo ſic longæui illi primis mundi temporibus *Adam*, *Noha*, *Sem*, *Ioſeph* poſteris hanc doctrinam tradiderunt, ac poſſeſſio eius in Ægypto retenta eſt inde à *Ioſephi* ad *Ptolemæi* vſque ætatem & aliquanto amplius, plus duobus millibus annorum.

Artes ab aliis ad alios propagantur.

Cum autem Regiomontano ſumma eſſet familiaritas cum Purbachio, & aſſidua ſententiarum collatio circiter decennium: multas obſcuras materias, vt fit σωί τι δὴ ἐχχωίνω, illuſtrant, vel obſeruant motus, ac deprehendunt, Martis motum non congruere ad tabulas: ſed duorum nonnunquam graduum errorem eſſe. Incipiunt igitur tabularum emendationem.

Forte autem *Beſſarion*, vir Græcus doctrina excellens, cum eſſet Cardinalis, tunc ad *Fridericum* Imperatorem legatus erat. Is cum de Ptolemæi doctrina *Purbachium* multa ſciſcitatus eſſet, & dexteritatem eius in explicando admiraretur: petiuit ab eo, vt epitomen componeret eius libri, cui titulus eſt, μεγάλη σωίπαξις. Id opus interruptum morte Purbachij Regiomontanus abſoluit: quia, vt ipſe narrat, moriturus Purbachius inter extrema mandata id petiuerat.

Beſſarion legatus ad Cæſarem.

Epitome Purbachii in μεγάλην σωίπαξιν Ptolemæi.

Qua in re valde mirandum eſt, tunc ſine Græcis fontibus ſententiam eos ex illis Arabicæ verſionis tenebris eruere potuiſſe. Id vero fieri nequaquam potuiſſet; niſi propter magnum vſum in toto illo artium orbe, demonſtrationes eis obuiæ & facile penetrabiles fuiſſent. Sed tamen hoc ipſum opus Regiomontanus poſtea Romæ, cum Græce didiciſſet, & Theonem contuliſſet, emendauit. Extat etiam *epiſtola Regiomontani*, plena pietatis, in qua Purbachij præceptoris mortem deflet: & eius ingenium ita prædicat, vt omnibus ætatis ſuæ Mathematicis anteferat.

Epiſtola Regiomontani de morte Purbachii.

Inceſſerat autem vtrique cupiditas adeundæ Italiæ, *Purbachio & Regiomontano*: tum vt doctos viros, inter quos *Blanchinus*, audirent: tum vt Græcæ linguæ, in qua fontes earum artium contineri ſciebant, operam darent, & Ptolemæum ſua lingua loquentem intelligerent, eratque hortator *Beſſarion*, vt ſecum proficiſcerentur. Narrat Regiomontanus, ſe adoleſcentem, cum videret duos ingenioſiſſimos viros, *Purbachium & Franciſcum Mantuanum*, in verſionibus Ptolemæi hærere propter inſcitiam Græcæ linguæ: valde doluiſſe, quod

Græca linguæ ſtudium.

& disciplinis idoneam; in qua cum & lumina conuenerint, & Mars, & Mercurius: fuit ingenium neque hebes neque segne, & bonitatem temperamenti augent Iupiter in Libra, & Venus in Cancro. Sed eruditi vident, qui positus vitæ minitentur.

Labores & opera Regiomontani.

Fuerint autem læta sane naturæ semina, fuerit ingenium docile & acre: tamen sine afflatu diuino, nec tot tamque varias artes penitus percipere, tot linguas discere, tantos perferre labores discendi, docendi, fabricandi machinas, spectandi stellarum loca, scribendi eruditissimas enarrationes, euoluendi tot labyrinthos, edendi tabulas tum suas tum alienas, item ephemerides: hæc inquam omnia præstare non potuisset, præsertim in tam * *breui vitæ curriculo*: nisi illa mentis & pectoris incendia DEVS & fouisset & adiuuisset: vt solet immensa bonitate ad restituendas & conseruandas artes vitæ necessarias, in omni genere subinde excitare & adiuuare artifices. Profecto DEI æterni, qui fons est omnis sapientiæ, beneficium est artium & doctrinarum in genere humano conseruatio. Vult autem ad suam liberalitatem mediocrem etiam in nobis accedere diligentiam & sedulitatem; vult non fastidio ac contemptu abijci sua munera, quod in parabola de negociantibus etiam in argumento grauiore significatur. Nec absurde dictum est à Platone: ὡς Θεὸς μὲν καὶ καιρὸς τἀνθρώπινα διακυβερνῶσι ξύμπαντα ἡμερώτερον μὴν τρίτον ξυγχωρῆσαι, τούτοις δεῖν ἕπεσθαι τέχνην, id est: *Deus quidem & occasio vniuersi operis summam gubernant: sed tamen mitius est concedere tertium artem videlicet quoque adiungendam esse.* Vt in naui etsi tempestas dominatur: tamen non sint ociosi remiges: ita & nos dona diuina reuerenter habeamus & quantum possumus diligentia tueamur ac augeamus, vt scriptum est: *hoc flagitatur, vt fideles simus.*

** Triginta quatuor annorum, & quod excurrit.*

Ingenij bona sunt excolenda.

Plato l. 4. de legibus.

Itaque & Regiomontanus, etsi ei Deus ingenii & corporis vires discenti necessarias dederat: tamen adiumenta non neglexit, non vt multi voluptates aut diuitias sectatus est; sed omnibus ingenii atque animi viribus ad studia incubuit, vbique eruditos quæsiuit, quorum sapientia erudiretur: & quantum potuit suis laboribus artes illustrauit. Postquam enim in patria Grammaticen didicit: puer adhuc venit in Academiam Lipsicam: vbi Dialecticen & elementa Sphærica auidissime arripuit. Sed natura, flagrans discendi cupiditate, requirebat huius studii duces, ac socios pulcherrimi laboris: & Viennam audierat præcipuum esse domicilium eius philosophiæ. Quare in Austriam admodum adolescens proficiscitur. Ibi inuenit *G. Purbachium Bauarum*, ingeniosissimum virum, & ætate ac autoritate florentem. Hic com-

Studia Regiomontani.

G. Purbach. præceptor Regiomontani.

sub id tempus forte agebat, magna inprimis in æstimatione est habitus. Hic ad suos rediturus, indignumque arbitratus tantum ingenium apud nostros subobscure agere; secum in Italiam, studiorum nempe tunc parentem, vt proficisci vellet, tandem persuasit. Ergo dum ad iter se parat, DEO ita disponente, morbo victus, viam vniuersæ carnis ingreditur *Viennæ* Austriacorum, anno *sexagesimo secundo*, supra *millesimum quadringentesimum*, die *octauo* Aprilis, ætatis *trigesimo septimo*; relictis post se discipulis innumeris, quorum primus *Ioannes Regiomontanus* ὁμότεχνος & qui γνήσιον se eius discipulum deinceps reipsa luculente demonstrauit, vti mox dicemus.

Purbach. abitum dum molitur, moritur.

Reliquit *Purbachius* varia ingenij perspicacis monumenta; quæ diligentia *Andreæ Stiborii* ad posteros peruenerunt; inter quæ *theoricæ Planetarum* eminent, opus vere insigne; quod & superiori, & nostro seculo passim publica Academiarum auditoria personat. Prudentissime enim in epitomen contraxit Ptolomæi doctrinam, de omnium orbium cælestium motibus; vt Philomathematicis aditum ad integras disputationes patefaceret. Prodest enim ad longas & difficiles controuersias afferre summam negotii, velut argumentum. Atque cognitis elementis istis; planetarum motus ex tabulis, ad id compositis, computari facile possunt. Calculauit & *Almanach* pro annis pluribus: fecit *sphæras solidas*; & alia instrumenta complura. De reliquis videantur bibliothecæ. *Philippus Melanchthon, Gesnerus in bibliotheca; Zwingerus in theatro, & alii.*

Scripta. Theoricæ planetarum.

Compendia antiqua prosunt.

IOANNES MVLLERVS REGIOMONTANVS.

O. 1470. at. 34. vel 41. vt quidam volant.

NAtus est Iohann. Müllerus, dictus Regiomontanus, in oppido Franciæ, cui nomen est Mons regius. Parentes eius tradunt fuisse honestos, & facultates habuisse mediocres; vt sunt res in nostris municipiis; vnde vtcunque liberos educare & erudire potuerunt.

Patria Regiomontani. Parentes.

Cum autem res ostendat, ingenia sumere impetus aliquos à cælestibus caussis: operæ precium videtur, recitare tempus, quo in lucem editus est, & siderum positum, quæ nascenti fulserunt. Natus igitur est Regiomontanus, iuxta vsitatam numerandi rationem, anno *millesimo, quadringentesimo, sexto & tricesimo*, die *sexto* Iunii, *quarta* hora post meridiem, minuto quadrages. Fuit horoscopus 15. gradus Scorpii; Sol, Luna, Mars, & Mercurius simul in Geminis: quod signum minime significat fertitatem, sed naturam moderatam, docilem,

Thema genethliacum Regiomontani.

vel literis in Græcia ac Latio floreſcentibus, notum fuiſſet! quàm multi auctores, quà ſacri quà profani, vel non interciderint prorſum, vel ſaltem non ita manci atque mutili ad nos peruenirent? Sed querelam abrumpo, & epigrammate, à *Sebaſtiano Brand* Iureconſulto, in laudem præſtantiſſimæ huius artis ſcripto, materiam hanc finio. Carmen eſt eius modi.

Sebaſtian. Brand epigramma in typographiã.

Nuper ab ingenio Rhenana gentis, & arte,
Librorum emerſit copia larga nimis.
Et qui diuitibus, vix regi obuenerat olim,
Nunc liber in tenui cernitur eſſe caſa.
Gratia diis primum, mox impreſſoribus æqua
Gratia: quorum opera hæc prima reperta via eſt.
Quæ doctos latuit Græcos, Italoſq́ peritos:
Ars noua Germano ſeruit ab ingenio.

Wimpfeling c. 65. Polydor. Virgil. l. 2. cap. 7. Sabellic. l. 6. Ennead. 10. Huldericus Mutius Chronic. German. lib. 28. Paulus Langius in Chronico Citizenſi pag. 865. Zwinger. in Theatro & alii.

GEORGIVS PVRBACHIVS.

O. 1462. d 8. April. ætat. 57.

Patria & natalis.

HIC ad limites Bauariæ & Auſtriæ, anno à Chriſto nato, *milleſimo, quadringenteſimo, vicesimo tertio,* die *trigeſimo* Maij, hora poſt meridiem tertia, editus; qua erat ingenij felicitate, atque in literarum ſtudio adſiduitate, omnes quæ ad humanitatem pertinent artes, quanquam aſpero adhuc & rudi ſeculo, promptè hauſit. Itaque & Philoſophicis doctrinis excelluit; & in Mathematicis omnes ſibi συγχρόνους multis paraſangis anteiuit.

Ingenium & Studia.

Docet Viennæ.

Exin *Viennæ* Auſtriæ cum profeſſio Mathematum ordinaria ei fuiſſet demandata: magna cum laude diſciplinas abſtruſiores ibi inſtaurauit; atque tandem rediuiuas à mortuis quaſi in lucem reduxit. Fuitque magnum Purbachij tunc nomen, non ſolum apud noſtræ nationis homines; verum etiam apud exteros: ac ingenium eius & Galli & Itali admirati ſunt. Nec admirati hi ſolum: verum & *Friderici* III. Auguſti præclara in Purbachium exſtitit munificentia; *Purbachium Ladislaus* Pannoniæ rex aſtronomũ ſibi è non multis delegit: *Purbachium*, Cardinalis D. Petri ad vincula, in familiam ſuam receptũ vnice voluit: *Purbachium Ioannes* Varadienſis Epiſcopus eximie dilexit; & Mathematicis, quibus delectabatur, ſtudiis, præceptorem optauit.

Fama Purbachii, & æſtimatio.

Beſſarion in Italiam pellicit Purbachium.

Apud *Beſſarionem* verò Cardinalem, qui legatum Viennæ ſub

que affluebant, & magno ære opera eorum conducebatur. Argentinæ *Ioannes Mentel* id artificij genus inceptans, multis voluminibus castigatê & politê impressis, factus est breui opulentissimus. Sed vt in alijs etiam fit rebus, ita hodierna die, cum immensa sit librorum copia, ars hæc quoque vtilissima vilescit: & præter labores vix aliud typothetis & impressoribus relictum est, omni quæstu ad officinarum dominos ac bibliopolas redundante.

Ioan. Mentel

Omne vulgare minus carum.

Cæterum *Pomponius Latus* maiorum memoria, & post eum *Paulus Iouius*, hoc inuento Germanos fraudare mala fide conati sunt. *Ludouicus* etiam *Guicciardinus*, in descriptione inferioris Germaniæ, Harlemi in Hollandia typographiam primum inuentam, Moguntiam inde exportatam inclarescere cepisse, vulgari fama Harlemensium scribit. *Hadrianus* item *Iunius* in Batauiæ * historia, autorem eius quendam *Laurentium Ioannem*, cognomento ædituum seu custodem Harlemi laudat, verboseque archetypi formam, cui titulus, *Speculum salutis* fuerit, sibi visum, describit. Qua de re candidis lectoribus iudicium relinquimus. Illud admiratione maiore dignum est, quod historiæ Indiarum orientalium * testantur, apud *Chinenses* cum *typographiam*, tum *tormentariam* ante multa secula cognitam vsurpatamque. Ita enim inter alia *Ioannes Hugo* * *Lintscotanus* αὐτόπτης de Chinensibus: *typographia, bombardæ, tormenta bellica, puluis tormentarius, & si quæ alia huc pertinent, fuerunt illis in vsu ante aliquot secula: nec viuit inter illos, qui memoria repetere possit: quando eiusmodi quicquam inuentum sit apud ipsos. Habent libros excusos annis quingentis sexcentisve prius, quam in Europa id inuentum fuit. Sunt ibi bibliothecæ refertissimæ.* Hæc ille. Sed hinc euincitur hoc saltem: verum esse illud Aristotelis pronunciatum: *nihil prohibet, easdem artes à diuersis, vel eodem vel etiam diuerso tempore, citra vllam communicationem, inueniri.* Nos hoc artificium, vt vir magnus grauiter monet, agnoscamus esse donum diuinitus generi humano communicatum hoc senescentis mundi, vel potius ætate iam effæti ac fatiscentis seculo: vt renascentis in Ecclesia sincerioris doctrinæ, & aliarum necessariarum artium studia, prolatis in lucem ê tenebris omnis generis codicibus vetustis, instruerentur copiosa supellectile optimorum scriptorum; quorum fuit autoritas ἀξιόπιστος; & subleuaretur imbecillitas & ignauia hominum, fatali languore torpescentium. Grati etiam vtamur tanto DEI munere, non ad obscurandam, sed illustrandam DEI gloriam; non ad disiungendas, sed ad copulandas Ecclesias. Vtinam vero, vtinam artificium hoc vel in populo DEI,

Typographiæ inuentio aliis adscripta.

* *pag. 253.*

* *Hieronym. Osorius lib. 11. de rebus Emanuelis. Iouius, alij.*

* *Parte 2. Indiæ orientalis cap. 26.*

Chinenses vel Sinenses typographiæ periti.

Typographia DEI donum.

Ea quemodo vtendum.

Ioannem Medinbachium, alios. Sunt è diuerso, qui asserant â *Fausto, & Petro Scheffero, de Gernsheim*, genero illius, cui vnicam filiam Christinam desponderat, hoc diuinissimum munus inter secreta adactis omnibus σιωπῆς iurisiurandi religione ad silentii fidem, aliquantisper habitum literasq; in sacculis clanculum in officinas importatas, rursumque ita exportatas: donec postea decennio exacto *Fausti* ministet, *Ioannes* ille *Guttenberger*, in Germaniâ vulgarit. Sed quicquid huius sit, id tamen in confesso apud omnes est, Germanos artificij huius, nunquam satis laudati, primos esse auctores. Deinde & hoc constat, vt omnium aliarum rerum, ita & typographicæ artis tenuia initio fuisse exordia, quæ progressu temporis magis magisque fuerunt aucta â diuersis & exculta. Nam integras paginas inciderunt primum in lignum, deinde chartis commiserunt literas ibidem incisas & literæ primum ê ligno factæ sunt; deinde ex orichalco, tandem ê stanno. Et cum, vt Philosophus ait, *facilius* sit *inuentis addere, quam inuenire*: municipes illorum duûm annis sequentibus adeò id artificij genus expoliuerunt; vt quid in eo desiderari hodie possit, ne Momus quidem facile inueniat. *Vldericus Han*, quod nomen Latinis * gallum gallinaceum significat, natione Germanus, formas librarias Romam, rem inauditam, nec vnquam Romanis visam, circa annum sexagesimum supra millesimum quadringentesimum intulisse fertur. Venetiis eandem occeperunt *Hanson Hamman*, dictus Herzog, & *Octauianus Scotus*, vt etiãnum libri impressi testantur. Anno autem millesimo, quadringentesimo, septuagesimo primo, *Sixtus Rusiger*, Argentorato oriundus Neapoli libros primus cepit excudere. In Galliâ *Nicolaus Ienson* librariam istam artem excoluit; quâ, vt *Campani*, Aprutini præsulis, versu vtar,

Imprimit ille die, quantum non scribitur anno.

Per Germaniam autem passim exercuerunt eam artifices in plerisque celebrioribus vrbibus: vt Augustæ *Iohan. Bemler* Biblia Latina excudit anno 1466. Eslingæ typographus fuit an. 1475. *Conrad Finer*: Vlmæ circa eadẽ tempora *Ioan. Zainer & Conrad Denckmuth*: Coloniæ Anno 1490. *Henricus Quentel*; Basileæ eodem anno *Nicolaus Kesler*: Noribergæ *Antonius Koburger*. Petrus Ramus exemplum habuit officiorum Ciceronis, in membranâ impressorum; qui ad finem hanc continuerunt adscriptionẽ: *Præsens M. Tullii clarissimum opus Ioannes Fust, Moguntinus ciuis, non atramento plumali, canná neque æreâ, sed arte quadam perpulcrâ, manu Petri de Gernsheim, pueri mei, feliciter effeci. Finitum anno M. CCCCLXVI quarta die mensis Februarii.*

Huius artis periti erant primum summo in precio, diuitiisque

Ioann. Medinbach.
Petrus Scheffer.
Primordia omnium artium tenuia.
Typographiæ progressus.
Vldericus Han.
* *Hinc Campanus & alii, natione Gallum finxerunt.*
Sixtus Rusiger.
Nicolaus Ienson.
In Germania primi typographi, varius in vrbibus.
Officia Ciceronis primũ typis exscripta.
Honos typographis habitus.

I.

IOANNES FAVSTVS,

Inclaruerunt circa annum 1440. vel 1450.

&

IOANNES GVTTENBERG.

NOMINA haud ratò aliquid portendere, iam olim non vno exemplo confirmatum scimus. Ita enim, vt de sacris nihil dicamus, *D. Octauius*, Monarchiæ Romanæ confirmator, vero augendi omine, volente Senatu, *Augusti* cognomen adsumsit: sicut contrà *Augustuli*, malè ominoso nomine appellatus est * vltimus in Italiâ Occidentis Imperator.

Nomina sæpe sunt ominosa in vtramque partem.

** Anno Christi quadringentesimo, septuagesimo quinto.*

Hac ratione & *Iohanni* illi, *Fausti nomen* fatale non absurdè dixerim; qui primus vel artem typographicam inuenit, vel saltem inuentam adiuuit & feliciter absoluit. Fuit * is *Faustus* Germanus, ciuis Moguntinus; qui, diuino haud dubiè instinctu agitatus, ingenij sagacitate plus quam Dædaléa aut Cadmeá, nouum scribendi genus adinuenit; quam chalcographiam, typographiam, Græcè; artem impressoriam excusoriamve Latinè nominamus. Factum id *Friderico III.* Augusto imperante, sub annum Christi millesimum, quadringentesimum, quinquagesimum. Verum hic sunt diuortia historiarum.

Ioannes Faustus, typographi autor.

** Aliqui Fustum nominant.*

Typographia quando inuenta.

Alii enim, ijque non postremæ notæ historici, * *Ioanni Guttenbergero* Argentinensi, equestris ordinis viro, acceptam hanc artem ferunt, idque decennio antè, anno nempe millesimo, quadringentesimo, quadragesimo, atque sic narrant: *Ioannem* illum cum suo puero *Scheffero*, diu multumque de tali artificio cogitasse; tandemq; literis vel cõpositis, vel in asseres tábulasve insculptis, artis specimen quale quale exhibuisse: ei postea opibus & consilio adiutores fuisse *Ioannem Faustum*,

** Sunt qui Petrum, sunt qui Iacobum nuncupent.*

Ioan. Guttenberg.

BAYERISCHE STAATS-BIBLIOTHEK MUENCHEN

ELENCH. Pag.

S.

Samuel Heilandus
Sebaſtianus Münſterus
Simon Erynæus
Sixtus ab Hemmingæ
Suffridus Petri

V.

Valentinus Erythræus.
Valentinus Trocedorſius

W.

Weſſelus Gransfortius
Wolffgangus Lazius.

X.

Xyſtus Betuleius.

FINIS.

373 Taubmanig. 509.
145 Tiara. 340.
118 Tileng. 354.
322 Trocedorfig. 167.
422 Valerig. 248.
Volmārig. 232.
192 Vulcanig. 523.
167 Vultejus. 266.
Utenhofig. 443.
22 Wirſungg. 225.
240 Witekindg. 413.
Wolfig. 304.
160 Xylander. 289.
Zigler. 140.

Pag. Lin.
Abraham, Bishop of Ephesus 1 1
Abraham, Bishop of Carra 1 1
Abraham, Bishop of Nisibis 1 1
Abraham, Bishop of Arzon 1 1
Abraham, Bishop of Beth-Rhemai 1 1
Abraham, Bishop of Beth-Garmai 1 1
Abraham, Bishop of Beth-Nuhadra 1 1
Abraham, Bishop of Beth-Waziz 1 1
Abraham, Bishop of Beth-Dasen 1 1
Abraham, Bishop of Beth-Sinai 1 1
Abraham, Bishop of Beth-Mahoze 1 1
Abraham, Bishop of Beth-Aramaie 1 1
Abraham, Bishop of Beth-Zabdai 1 1
Abraham, Bishop of Beth-Bagash 1 1
Abraham, Bishop of Beth-Rhemai 1 1
Abraham, Bishop of Beth-Garmai 1 1
Abraham, Bishop of Beth-Nuhadra 1 1
Abraham, Bishop of Beth-Waziz 1 1
Abraham, Bishop of Beth-Dasen 1 1
Abraham, Bishop of Beth-Sinai 1 1
Abraham, Bishop of Beth-Mahoze 1 1
Abraham, Bishop of Beth-Aramaie 1 1
Abraham, Bishop of Beth-Zabdai 1 1
Abraham, Bishop of Beth-Bagash 1 1

I.

Iacobus Christmannus	Kekermañg. 499.
Iacobus Micyllus	453
Ianus Guilielmus	179 Langius. 35.
Ioachimus Camerarius	317 de Lasso Orlandg.
Ioachimus Meisterus	258 381.
Ioachimus Fortius Ringelbergius	325 Lazius. 240.
Ioannes Auentinus	81 Leonclavig. 379.
Ioannes Bochius	75 Lindebergius.
Ioannes Capnio	497 418.
Ioannes Cario	37 Lipsig. 465.
Ioannes Caselius	104 Longolig. 45.
Ioannes Cuspinianus	514 Lonicerg. 248.
Ioannes Faustus	71 Lossig. 309.
Ioannes Frobenius	1 Lotichig. 206.
Ioannes Guttenberger	63 Lüdovicg. 392.
Ioannes Hartungus	1
Ioannes Leonclauius	300 Macropedig. 182.
Ioannes Lonicerus	379 Marcellg. 145.
Ioannes Marcellus	248 Meisterg. 325.
Ioannes Müller alias Regiomontanus.	145 Melanchthon. 184.
Ioannes Murmelius	5 Melissg. 446.
Ioannes Nauclerus	32 Mercator. 392.
Ioannes Oporinus	27 Micyllg. 179.
Ioannes Posselius	242 Modig. 425.
Ioannes Riuius	368 Morata. 162.
Ioannes Sapidus	147 Mosellang. 57.
Ioannes Schönerus	205 Müller. alias Re
Ioannes Schosserus	131 giomontang. 5.
Ioannes Secundus	319 Münsterg. 143.
Ioannes Sleidanus	101 Murmelig. 32.
Ioannes Stadius	176
Ioannes Stigelius	302 Nannig. 178.
Ioannes Stöflerus	234 Naucterg. 27.
Ioannes Sturmius	73 Neander. 395.
Iustus Lipsius	342 Opmeerg. 405.
Iustus Vulteius	465 Oporing. 242.
	266 Ortelig. 429.

Lam-

E.

Elias Putſchius 457
Eobanus Heſſus 105
Eraſmus Roterodamus 86
Eraſmus Oſwald Schreckenfuchſius 299
Eſromus Rudingerus. 372

F.

Franciſcus Modius 425
Franciſcus Raphelengius 423
Fridericus Sylburgius 416
Fridericus Taubmannus. 509

G

Georgius Calaminus 407
Georgius Fabricius 253
Georgius Macropedius 182
Georgius Purbachius 4
Georgius Ioachimus Rheticus 293
Georgius Sabinus 223
Georgius Tilenus 354
Gerardus Mercator 392
Gregorius Berſmannus 503
Guilielmus Canterus 272
Guilielmus Xylander. 289

H.

Hartwicus Smidenfeld. 403
Henricus Bebelius 26
Henricus Glareanus 236
Henricus Pantaleon 396
Hermannus Buſchius 76
Hermannus Witekindus 453
Hieronymus Gemuſæus 129
Hieronymus Wolfius 304
Hubertus Goltzius 309
Huldericus Schoberus 437

Iaco-

ELENCHVS NOMINA EORVM, QVORVM heic vitæ habentur, recenſens ſecundum Alphabetum.

A.

	Pag.
Abraham Ortelius	429
Adrianus Barlandus	122
Alardus Amſtelrodamus	121
Albertus Crantzius	33
Albertus Durerus	66
Alexander Hegius	12

B.

Bartholomæus Keckermannus	499
Beatus Rhenanus	132
Bernardus Zigler	140
Bonauentura Vulcanius	523

C.

Carolus Vtenhouius	448
Caſpar Bruſchius	182
Chriſtophorus Longolius	45
Chriſtophorus Wirſungus	225
Conradus Celtes	29
Conradus Daſypodius	445
Conradus Goclenius	80
Cornelius Valerius	298

D.

Dominicus Baudius	522

Agricola. 13.
Amſtelodamus. 121.
Aſianus Petrus 141.
Aſpang Philipp 347.
Auentinus. 75.
Barland. 122.
Baudius. 522.
Bebelius. 26.
Berſmannus 503.
Betuleius. 160.
Bertberg. 328.
Bochius. 497.
Bruſchig. 182.
Buſchig. 76.
Calaminus. 407.
Camerarij Joach. 258.
Canter. 272.
Capnio. 37.
Cario. 104.
Caſelig. 519.
Celtes. 29.
Chriſtmann. 453.

Lambertus Ludolfus Pithopæus 1596.d.29. Ianuarii. 411.
Fridericus Sylburgius 1596.d.16 Febr. 416.
Petrus Lindebergius 1596. d.16.Feb. 418.
Suffridus Petri 1597. menſe Febr. 422.
Franciſcus Raphelengius 1597.d. 20.Iul. 423.
Franciſcus Modius 1598. 425.
Abrahamus Ortelius 1598.d. 29. Iun. 429.
Laurentius Circlerus 1598.d. 28. Iulii. 433.
Huldericus Schoberus 1598. d. 2. Octobr. 437.
Conradus Daſypodius 1600.d. 22.April. 441.
Carolus Vtenhouius 1600. d. 1. Auguſt. 443.
Paulus Meliſſus 1602. d. 3. Febr. 446.
Hermannus Wittekindus 1603.d.7.Febr. 453.
Melchior Iunius 1604. d. 23. Ian. 455.
Elias Putſchius 1606. d.9.Martii. 457.
Iuſtus Lipſius 1606. d. 13. Martii. 465.
Martinus Cruſius 1607. d. 25. Febr. 481.
Matthæus Dreſſerus 1607. d. 5. Octobr. 495.
Ioannes Bochius 1609. d. 13. Ian. 497.
Bartholomæus Keckermānus 1609.d.25. Iul. 499.
Gregorius Berſmannus 1611. d. 5. Octob. 503.
Rodolphus Snellius 1613. d. 2. Martii. 507.
Fridericus Taubmannus 1613. d. 24. Martii. 509.
Ioannes Caſſelius 1613. d. 9. April. 514.
Iacobus Chriſtman. 1613. d. 16. Iunii. 518.
Dominicus Baudius 1613.d.22.Auguſt. 522.
Bonauentura Vulcanius 1614. 523.

FINIS.

Ioachimus Camerarius 1574. d.17.April.	258.
Iuſtus Vulteius 1575. d.31. Martii.	266.
Guilielmus Canterus 1575. d. 18. Maii.	272.
Guilielmus Xylander 1576. d. 10. Febr.	289.
Valentinus Erythræus 1576. d. 29. Martii.	292.
Georg. Ioachimus Rheticus 1576. d. 4. Dec.	293.
Lambertus Hortenſibus 1577.	295.
Martinus Smetius circa annum 1578.	297.
Cornelius Valerius 1578. d. 11. Auguſt.	298.
Eraſmus Oſwald Schreckenfuchs 1579.	299.
Ioannes Hartungus 1579. d. 16. Iunii.	300.
Ioannes Stadius 1579. d. 17. Iun.	302.
Hieronymus Wolfius 1580. d. 8. Octobr.	304.
Lucas Loſſius 1582. d. 8. Iulii.	309.
Hubertus Goltzius 1583. d 24. Mart.	309.
Ianus Guilielmus 1584. d. 10. Septemb.	317.
Ioannes Schoſſerus 1585. d. 3. Iul.	319.
Sixtus ab Hemminga 1586.	322.
Ioachimus Meiſterus 1587. d. 10. Febr.	325.
Michael Beutherus 1587. d. 27. Octobr.	328.
Petreius Tiara 1588. d. 8. Febr.	340.
Ioannes Sturmius 1589. d. 3. Martii.	342.
Philippus Apianus 1589. d. 14. Nouemb.	347.
Georgius Tilenus. 1590. d. 4. Martii.	354.
Nicodemus Friſchlinus 1590. d. 29. Nouēb.	356.
Ioannes Poſſelius 1591. d. 15. Auguſt.	368.
Eſromus Rudingerus 1591. d. 2. Decembr.	372.
Samuel Hailandus 1592. pridie Pentecoſt.	373.
Ioannes Leonclauius 1593.	379.
Orlandus de Laſſo 1593. d. 13. Iunii.	381.
Laurentius Ludouicus 1594. d. 15. April.	382.
Gerardus Mercator 1594. d. 2. Decembr.	392.
Henricus Pantaleon 1595. d. 3. Martii.	396.
Michael Neander 1595. d. 26. April.	395.
Hartuicus Smidenſtet 1595. d. 31. Iul.	403.
Petrus Opmeerus 1595 d 10. Nouemb.	40 .
Georgius Calaminus 1595. d. 1. Decemb.	407.

Erasmus Roterodamus 1536. d. 12. Iulii.	86.
Ioannes Secundus 1536. d. 1. Octob.	101.
Ioannes Cario 1538.	104.
Eobanus Hessus 1540. d. 5. Octobr.	105.
Simon Grynæus 1541. d. 1. August.	118.
Alardus Amstelrodamus 1541.	121.
Adrianus Barlandus 1542.	122.
Nicolaus Clenardus 1542.	123.
Nicolaus Copernicus 1543.	126.
Hieronymus Gemusæus 1545. d. 29. Ian.	129.
Ioannes Schönerus 1547. d. 16. Ian.	131.
Beatus Rhenanus 1547. d. 20. Mai.	132.
Bernhardus Zigler 1552. d. 1. Ianuar.	140.
Petrus Apianus 1552. d. 21. April.	141.
Sebastianus Münsterus 1552. d. 23. Maii.	143.
Ioannes Marcellus 1552. d. 25. Decembr.	145.
Ioannes Riuius 1553. d. 1. Ian.	147.
Xystus Betuleius 1554. d. 19. Iun.	160.
Olympia Fuluia. 1555. d. 26. Octobr.	162.
Valentinus Trocedorfius 1556 d. 26. April.	167.
Ioannes Sleidanus 1556. d 31. Octob.	176.
Petrus Nannius. 1557. d. 21. Iul.	178.
Iacobus Micyllus. 1558. d. 28. Ian.	179.
Georgius Macropedius. 1558. mense Iul.	182.
Caspar Bruschius. 1559.	182.
Philippus Melanchthon. 1560. d. 19. April.	184.
Ioannes Sapidus. 1560. d. 8. Iun.	205.
Petrus Lotichius. 1560. d. 7. Nouemb.	206.
Georgius Sabinus. 1560. d. 2. Decembr.	223.
Melior Volmarius. 1561.	232.
Ioannes Stigelius. 1562. d. 11. Febr.	234.
Henricus Glareanus. 1563. d 28. Martii.	236.
Wolffgangus Lazius 1565.	240.
Ioannes Oporinus 1568. d. 6 Iulii.	242.
Ioannes Lonicerus. 1569. d. 20. Iulii.	248.
Christophorus Wirsungus 1571. d. 25. Ian.	252.
Georgius Fabricius 1571. d. 13. Iul.	253.

Ioa-

INDEX EORVM, QVORUM VITA HOC VOLUMINE DESCRIBUNTUR, IUXTA NUMERUM ANNORUM EMORTUALIUM.

Ioan. Fauſtus Ioan. Guttenberg	typogr. primi, 1440.	Pag. 1.
Georgius Purbachius	1462. die 8. April.	4.
Ioannes Regiomontanus	1470.	5
Alexander Hegius	circa annum 1483. fl.	12.
Rodolphus Agricola	1485. d. 28. Octobr.	13.
Weſſelus Gansfortius	1489.	21.
Ioannes Nauclerus	1490. circiter fl.	27.
Petrus Schottus	1491.	24.
Henricus Bebelius	1500.	26.
Conradus Celtes	1508. die 4. Febr.	29.
Ioannes Murmelius	1517. d. 2. Octobr.	32.
Albertus Crantzius	1517. d. 7. Decembr.	33.
Rodolphus Langius	1519.	35.
Ioannes Capnio	1521. d. 30. Iunii.	37.
Chriſtophorus Longolius	1522. d. 7. Sept.	45.
Petrus Moſellanus	1524. d. 19. April.	57.
Ioannes Frobenius	1527.	63.
Albertus Durerus	1528. d. 6. April.	66.
Ioannes Cuſpinianus	1529.	71.
Ioannes Stöflerus	1531. d. 16. Febr.	73.
Ioannes Auentinus	1534. d. 9. Ian.	75.
Hermannus Buſchius	1535.	79.
Conradus Goclenius	1535. d. 24. Ianuar.	80.
Ioach. Fortius Ringelbergius	1536. circiter	81.

IANI GRVTERI
POLYHIST. CLARISS.

Ad

MELIOREM ADAMVM
Trochaicum.

DVM tu Adame, fascem in vnum luculenter
colligis
Aliteis Apollinares, Oscinesq; Palladis,
Queis adhuc superbus est fons Pegasi, ac biuerticis
Quos adhuc crebris susurris arbores iugi sonant:
Dumq; eorum item in tabella florulenta publicas
Inde vitas, inde scripta; non modo tuos facis
Aliteis Apollinares, Oscinesque Palladis,
Queis adhuc superbus est fons Pegasi, ac biuerticis
Quos adhuc crebris susurris arbores iugi sonant;
Insolubili at quoque illos demereris vinculo,
Quos modo per antra Pindi, perq; Daphnes laureas
Fax rapit sacræ Mineruæ, ter triumq; Virginum.
Quare & isti & illi vtring; profitentur publice,
Vitam item tuam Monetæ literis smaragdinis
Marmore aureo inscribendam, fas cui ac ius viuere
Orbe donec literato hoc nostro erunt superstites
Alites Apollinares, Oscinesque Palladis.

IN

ILLVST. GENEROSIS, MAGNIFICIS AC NOBILISSIMIS VIRIS,

MELCHIORI A RECHENBERG, L. B. IN Warremberg, Slaua Rotenburgi Sacr. Cæsar. Maiest. consiliario.

CHRISTOPHORO GEORGIO A BERG, in Herndorff & Claden, Freiwaldæ & Buræ hæreditario: Tribunalis Glogouici adsessori regio:

IOANNI A BERG, IN HERNDORFF ET Claden &c.

TOBIÆ SCVLTETO DE BREGOSCHVTZ & Schwanensch, S. Cæsar. ac Regiæ Maiest. Consiliario & Commissario: Comiti sacri Palatij, fiscique regij per Silesiam & Lusat. inferior. Patrono, IC.

Magnificis Musarum patronis, perpetuo obseruantiæ cultu mihi bonisque omnibus prosequendis;

L. M. Q. D.

Melior Adamus Silesius.
Bergerianus alumnus

Bayerische Staatsbibliothek München

BIBLIOTHECA
REGIA
MONACENSIS.

VITÆ GERMANORVM SVPERIORI, ET QVOD EXCVRRIT, SECVLO PHILOSOPHICIS ET HVMANIORIBVS literis clarorum;

SIVE

LITERATI IN GERMANIA seculi

Ex Libris J. Weislinger
Ss. Th. Lolem. Altdorf
A. 1721.

Volumen I.

coactum

studio & opera

M. MELIORIS ADAMI SILESI.

Cum Indice triplici; personarum gemino, tertio rerum.

FRANCOFVRTI
Typis Nicolai Hoffmanni, sumptibus IONÆ ROSÆ.

Anno M. DC. XV.

J. H.

Gyrach. 44. p. 1. Laudemus viros gloriosos.

Vita Authoris ex Menckenio*.

* aus der Ausgabe des Jöcherschen Gelehrten Lexico

Adamus (Melchior) Lebete im 17. Seculo, und war burtig von Grotkau auß Schlesien. er wurde in der Reformirten Religion erzogen, und studierte in dem Gymnasio zu Brieg auf Kosten eines Schlesischen Edelmanns von berg. hierauß wurde er Rector zu Heidelberg, da er sich dann bemühete, das Leben vieler gelehrten Leute in Teutschland, von 1500. biß 1618. wiewohl partheyisch, zusammen zu tragen; zu welchem ende 1615 das Leben der Philosophorū, Historicorū, Poeten &c. 1618. das Leben 20 außländischer Theologorū +; so der Protestirenden Religion zugethan gewesen, und 1620 das Leben der Juristen und Medicorū herauß kommen, welche theile 1705 zu Franckfurt am Mayn in einem band in folio sind gedruckt worden. Er starb 1622. hac Menckenius in seinem Lexico gelehrter Leuthen pag. 26.

\+ insere seqq. 1619. das leben der Theologorū,

Digitized by Google

Vf 11053

Hist lit part Germ. 949.
L. 2. C. 3.

~~Biogr. Coll. 6.~~

Die Epistola dedicatoria dd. Haidelberg
d. 2. Septembr. Jul. 1615 fehlt in
diesem Exemplar resp. Druck

Digitized by Google

Unus dies hominum eruditorum plus patet,
quam impiti longissima aetas. Senec. epist. 79.

<36602175260017

<36602175260017

Bayer. Staatsbibliothek

Digitized by Google